ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS V. - VOLUMEN V.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXIII



Annus V. - Vol. V. Die 25 Ianuarii 1913. Num. 1.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO

QUO PROVIDETUR REGIMEN ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM DURANTE INFIRMA VALETUDINE MINISTRI GENERALIS.

Supremum officium in universa Ecclesia humilitati Nostrae commissum rei sacrae procurationis gerendae postulat, ut rectae cuiuscumque Ordinis actioni pro videamus. Quum porro dilecto filio Victori Mariae Sottaz, Fratrum Minorum Conventualium generali Ministro, diuturna invaletudo a laboribus quiescendi necessitatem faciat; ipso in Ministri generalis munere permanente, ad totius Ordinis Conventualium administrationem religiosum virum Franciscum Mariam Dall'Olio, eiusdem Ordinis Procuratorem, etiam in Vicarium generalem cum omnibus facultatibus eidem debitis eligimus. Duobus vero modo Adsistentibus, dilectis Hieronymo Mariae Mileta et Stephano Mariae Ignudi, duos alios adiungimus, dilectos Aloisium Mariam Santoro, in Basilica Vaticana Poenitentiarium, et Dominicum Mariam Tavani in collegio seraphico S. Theodori de Urbe moderatorem, qui in officio, quod obtinent, permanentes, eidem Vicario generali in cunctis praesto erunt, et quorum ipse vota deliberativa exposcere tenebitur. In omnibus vero Curiae generalis conventibus etiam religiosi Francisci Mariae Formenti consilia et vota erunt exquirenda, praecipue si de sacris expeditionibus populis ad pietatem excolendis aliquid erit pertractandum.

Haec a Nobis, uti supra, decreta et statuta, usque ad Congregationem generalem anno 1913 habendam ab universis Ordinis Conventualium sodalibus ita erunt servanda, ut unicuique religiosum sit moderatorum voluntati morem gerere, iisdemque obedientiam et reverentiam prompto hilarique animo in omnibus praestare : non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, etiam speciali mentione dignis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dum porro Deum adprecamur, ut quantocius dilectus Minister generalis plene convalescat, omnibus dilectis filiis apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die 17 decembris 1912.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

13 decembris 1912. — Metropolitanae • ecclesiae Strigoniensi praefecit Rmum D. Ioannem Csernoch, hactenus archiepiscopum Colocensem et Bacsiensem.

14 decembris. — Archiepiscopali ecclesiae Cusentinae sac. Thomam Trussoni, vicarium generalem Comensem et canonicum ecclesiae cathedralis.

— Cathedrali ecclesiae Lugosiensi Rumenorum sac. Valerium Traianum Frentin, presbyterum eiusdem dioecesis, ibidem vicarium foraneum.

— Cathedrali ecclesiae Banialucensi Rev. P. Iosephum Garic, in saeculo Stephanum, Ordinis Fratrum Minorum Unionis Leonianae, provinciae ßosnae-Argentinae.

S. Congregatio de Religiosis.

19 decembris 1912. — Titulari ecclesiae episcopali Amisensi Rmum D. Franciscum Di Costanzo, iam episcopum Monopolitanum.

20 decembris. — Cathedrali ecclesiae Catalaunensi sac. Iosephum Mariam Tissier, vicarium generalem Carnutensem.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

LITTERAE CIRCULARES

AD SUPERIORES ORDINUM ET CONGREGATIONUM RELIGIOSARUM CIRCA EPHEMERIDUM LECTIONEM.

Nel fascicolo N.° 21 dell'-ácta *Apostolicae Sedis,* del *2* dicembre 1912, si pubblicò la seguente Avvertenza: « A togliere l'equivoco che certi « giornali vanno creando in mezzo al clero ed ai fedeli, si dichiara che « la Santa Sede non riconosce per conformi alle direttive pontificie e « alle norme della Lettera di Sua Santità all'Episcopato Lombardo, in « data del I° luglio 1911, i giornali seguenti: *L'Avvenire d'Italia, Il Mo-« mento, Il Corriere d'Italia, H Corriere di Sicilia, L'Italia,* ed altri dello « stesso genere, checche ne sia delle intenzioni di alcune egregie persone, « che li dirigono ed aiutano ».

Ora, sebbene questa sacra Congregazione sia persuasa che nessuna famiglia religiosa abbia rinnovato l'abbonamento ai suddetti giornali in seguito a tale Avvertenza, pure, avendo saputo che ad essa si danno le più strane interpretazioni, crede opportuno di dichiarare, a togliere ogni equivoco, che ai Religiosi è proibito non solo l'abbonamento, ma anche la lettura dei menzionati giornali. Che se qualche Religioso per giuste ragioni si trovasse nella necessità di leggerne qualcuno, egli dovrà riceverne speciale autorizzazione in iscritto da' suoi Superiori maggiori.

Roma, 15 gennaio 1913.

Fr. **G. C. CARD. VIVES,** *Prefetto*

f Donato, Arci v. di Efeso, *Segretario.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus apostolicis nominati sunt:

14 septembris 1912. — *Episcopus titularis Ecclesiae Bathnensis et auxiliaris Patriarchae Antiocheni Syrorum,* R. P. D. Dominicus Tappuni.

10 decembris. — *Episcopus tit. ecclesiae Corycensis et Coadiutor cum futura successione Vicarii Apostolici Gabonensis in Africa centrali,* R. P. Ludovicus Martrou, e Congregatione S. Spiritus.

11 decembris. — *Episcopus titularis ecclesiae Magydensis et Vicarius Apostolicus Tom-kin meridionalis,* R. D. Andreas Leontius Ioseph Eloy, alumnus Seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteros.

12 decembris. — *Episcopus tit. Larandensis et Coadiutor cum futura successione Vicarii Apostolici Cocincinae Occidentalis,* R. D. Victor Carolus Quinton, alumnus Seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteros.

— *Vicarius Apostolicus novi Vicariatus de Kivu in Africa, R.* P. D. Ioseph Hirth, episcopus tit. Thevestinus et vicarius apostolicus de Victoria Nyanza meridionali.

13 decembris. — *Episcopus tit. Ecclesiae Lyrbensis et Coadiutor cum futura successione Vicarii Apostolici Sophiae et Philippopolis,* R. P. Cletus a Baltaggia, in saeculo Vincentius Peiov, Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum.

II.

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

19 novembris 1912. — *Praefectus Apostolicus novae Praefecturae Apostolicae de Nygata in Iaponia,* R. P. Iosephus Reiners, e Societate Verbi Divini de Steyl.

S. CONGREGATIO INDICIS

i.

DECRETUM.

Feria II, die 13 ianuarii 1913.

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X sanctaque Sede apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio apostolico Vaticano die 13 ianuarii 1913, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

BEGEY e **FAVERO,** *S. E. Monsignor Arcivescovo L. Puecher-Passavalli, Predicatore apostolico, Vicario di S. Pietro, Ricordi e lettere (1870-1897). Milano, Torino, Boma 1911.*

KARL HOLZHEY, *Kurzgefasstes Lehrbuch der speziellen Einleitung in das Alte Testament. Paderborn 1912.*

LASPLASAS, *Mi concepto del mundo. Libro tercero : El mundo y el yo humano. San Salvador 1911.*

— *Discurso sobre la filosofía; resumen de " Mi concepto del mundo ,,. Barcelona (1912).*

45 **THESEN ZUR GEWERKSCHAFTS-ENZYKLIKA** « Singulari quadam » *von Ghibellinus und Germanicus. Seiner Eminenz, dem Herrn Kardinal Kopp, Fürstbischof von Breslau und Seiner Exzellenz, dem Herrn Kultusminister Trott zu Solz ehrerbietigst zugeeignet. Herford in Westf. 1912.*

VALERIANO FERRACCI, *Cenni biografici della Serva di Dio Paola Mandatori-Sacchetti. Boma 1905. - Beer. S. Off. 28 Aug. 1912.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis. v

Quibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. Tn quorum fidem etc.

Datum Romae, die 20 ianuarii 1913.

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. $ S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

IL

ALOYSIUS IZSÓF, TH. DE GAUZONS, et **VALERIANUS FERRACCI** decretis, quibus quidam eorum libri prohibiti sunt, laudabiliter se subiecerunt.

In quorum fidem etc.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

VIENNEN, **SEU** VENETIARUM.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI P. MARCI AB AVIANO, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM, ET MISSIONARII APOSTOLICI.

In oppido Aviano, dioecesis Goncordiensis, ditionis Venetae, ex honestis piisque parentibus Marco Cristofori et Rosa Zanoni ortum duxit infans cui in baptismo impositum fuit nomen Carolus. Hic, vix per aetatem licuit, paternam domum dulcemque matrem relinquens, in disciplinam Patrum Societatis Iesu penes collegium Goritiae transiit, ut litteras cum virtutibus studiose coniungeret. Quum quindecim iam esset annorum, martyrii desiderio flagrans, occulte in Turcarum regiones iter arripuit, sed omnia alimenta sua cuidam pauperi largitus, Iustinopoli in coenobio Capuccinorum sistere et victum hospitiumque petere coactus est. Quem Superior humanissime excepit, et certior effectus de proposito iter prosequendi, consilio et opere adiuvit ut ad suos rediret. In familiam reversus, vocationem religiosam quam senserat, divina opi-

tulante gratia, ita fovit ut, post annum, Ordinem Gapuccinorum ingressus sit. Tyrocinio Coneliani rite peracto, die 21 novembris anni 1648, per manus Aloisii a Verona, moderatoris provinciae Venetae, maximo cum gaudio religionis habitum sumpsit, mutato nomine Carolo in Marcum. Solemni votorum professione obstrictus et per singulos gradus ad sacerdotium evectus, totum se dedit per septemnium sacro ministerio peragendo, iisque dotibus comparandis quibus magis idoneum Christi ministrum se redderet atque exhiberet. A Superioribus missus primum ad Bellunensem postea ad Opystengiensem praefecturam regendam, singulari prudentia regularique observantia praestitit. Verbo Dei praedicando destinatus, eiusmodi munus Veronae in templo S. Michaelis per quadragesimales conciones bene auspicatus, in aliis plerisque Italiae ac Europae civitatibus, egregius missionarius, salutariter obivit. Annus 1683 decurrebat valde infensus Hungariae, Austriae, eiusque potissimum urbi principi Viennae, quae, iam fame ac peste vexata, ab innumeris Turcarum copiis irrumpentibus stricta obsidione premebatur. Propugnaculis atque moenibus magna ex parte deiectis, totoque commeatu fere exhausto, civitas illa numero et robore impares habebat defensores contra hostes quinquies maiores. Extremis hisce in angustiis veluti angelus ac sequester pacis apparuit Marcus, missus a Summo Pontifice Innocentio XI uti legatus ad confoederatum Christianorum exercitum. Duces ad concordiam revocat, omniumque in Dominum Deum exercituum erigit victoriae spem. Vix pugnari coeptum est, ipse, arrepta Crucifixi imagine per medias acies convolans, animos Christianis, terrorem Turcis iniicit. Inde parta victoria et liberatio Viennae a Turcarum obsidione et incursu. Venetias reversus, ipsius Summi Pontificis auctoritate, foedus adversus communes hostes inter Venetam Rempublicam, Leopoldum imperatorem et Ioannem Sobieski regem felici exitu iniri curavit: quod maxime profuit. Et postquam Turcae, a foederato exercitu terra marique profligati, pacem petierint atque obtinuerint, Dei Famulus non minus Viennensium et Venetorum quam omnium Christianorum salus et columen atque caelestium benedictionum administer consalutatus est. Tandem vertente anno 1699, quadragesimali praedicatione Cenedae absoluta, Viennam iterum petiit, sperans se aliquid rei catholicae ita profuturum. Verum paucos post menses laboribus fractus, in lethale morbum incidit. Leopoldus imperator, qui Marcum uti amicum et in Christo patrem habebat, aegrotantem sollicita cura frequenter invisit cum sua familia, ipsumque inviserunt Patres purpurati, praelati ac principes, et Nuntius Tañara, nomine Summi Pontificis, indulgentiae plenariae largitione morientem recreavit; qui sacramentis Ecclesiae refectus et solus cum Deo

suo conversatus, piissimam animam exhalavit die decimatertia augusti. Leopoldi imperatoris iussu, solemnibus exsequiis, frequentissimo clero ac populo confluente, nobilique sepultura et epitaphio honorate est Dei Famulus, cuius sanctitatis fama post obitum ita constans usque in praesens perduravit atque increvit ut super ea in Curiis Viennensi ac Veneta processus Ordinarii Informativi conditi sint; atque huic Venetae inquisitioni idem Patriarcha adstitit ac praefuit qui nunc in Cathedra Petri sedet beatissimus Pater Pius X. Delatis autem actis processualibus ad sacram Rituum Congregationem ac servato iuris ordine, instante Rmo P. Iosepho Antonio a S. Ioanne in Persiceto, Ordinis Minorum Capuecinorum Postulatore generali, attentis obsequentibus litteris postulatoriis Francisci Iosephi Austriae imperatoris et Hungariae regis, necnon archiducis Francisci Ferdinandi, aliorumque archiducum et archiducissarum, rogantibus etiam aliquot Emis Patribus S. R. E. Cardinalibus, plerisque Rmis Archiepiscopis atque Episcopis, itemque Capitulis ac religiosis Familiis praesertim Ordinis S. Francisci, una cum multis personis dignitate vel nobilitate praestantibus, Emus ac Rmus Dnus card. Dominicus Ferrata, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrae Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu Commissionem esse signandam, si Sanctissimo placuerit.* Die 10 decembris 1912.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei P. Marci ab Aviano, sacerdotis professi Ordinis Minorum S. Francisci Capuecinorum et missionarii apostolici, die 11, eisdem mense et anno.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *S. M. C. Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

In S. Romana Rota, anno 1912, adae sunt sub secreto *sequentes Causae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva in sequentem modum:*

I. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* **RR.** PP. DD. G. Sebastianeiii, *Ponens,* S. Many et J. Mori, Auditores de turno, sub die 15 ianuarii 1912, respondendum censuerunt : *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio, et habita est sententia 24 maii hoc anno.

II. ROMANA. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* **RR.** PP. DD. Auditores, *videntibus omnibus,* sub die 17 ianuarii 1912, respondendum censuerunt: *Negative.*

III. JANUEN. - *Remotionis et refectionis damnorum.*

Propositis dubiis: **I.** *An Sac. NN. iniuste dimissus fuerit a suo officio:* et quatenus affirmative, **II.** *An, a quibus, et qua mensura, et quomodo sint eidem reficienda damna in casu;* **RR.** PP. DD., A. Sincero, *Ponens,* J. Mori et F. Cattani, Auditores de turno, sub die 1 februarii 1912 respondendum censuerunt: Ad primum dubium, *Affirmative;* ad secundum, *Damna esse reficienda, mensura decem millia libellarum per ratas ab Ordinario determinandas, infra biennium solvendarum, cautione tamen statim in Curia data.*

Adversus sententiam interposita est appellatio, et habita est sententia 13 aug." h. a.

IV. VERSALIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* **RR.** PP. DD. F. Cattani, *Ponens,* A. Perathoner et J. Alberti, Auditores de turno, sub die 10 februarii 1912, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

V. CONSTANTINIANA. - *Diffamationis.*

Proposito dubio: *An sententia rotalis diei 12 iunii 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* RR. PP. DD. **G.** Sebastianeiii *Ponens,* S. Many et P. Rossetti, Auditores de turno, sub die 24 febr. 1912, respondendum censuerunt : *Negative ad primam partem ; affirmative ad secundam,* seu *confirmandam esse primam sententiam rotalem diei 12 decembris 1910.*

VI. AQUBN. IN GALLIA. - *Usus domus scholae.*

Propositis dubiis : **I.** *An Dnus NN. teneatur, et quidem efficaciter etiam quoad heredes, concedere Dno VV. usum gratuitum domus de qua agitur, pro schola ibi habenda:* et quatenus affirmative: **II.** *An et quanta compensatio Dno NN. debeatur;* RR. PP. DD. S. Many *Ponens,* F. Heiner et J. Prior, Auditores de turno, sub die 2 aprilis 1912, respondendum censuerunt: *Negative: sed tantum tenetur aliquam contributionem annuam Dno VV. pro schola parochiali solvere, ab arbitro modo in sententia statuendo determinandam.*

VII. GNESNEN. - *Iurispatronatus.*

Proposito dubio: *An sententia rotalis diei lé februarii 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* RR. PP. DD. S. Many *Ponens,* F. Heiner et J. Prior, Auditores de turno, sub die 12 aprilis 1912, respondendum censuerunt : *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam,* seu *praedictam sententiam esse confirmandam.*

VIII. MATRITEN. - *Separationis quoad thorum et cohabitationem.*

Proposito dubio: *An constet de legitimis causis divortii semipieni, seu separationis quoad thorum et cohabitationem in casu;* RR. PP. DD. Auditores, *videntibus omnibus, pro voto,* ex commissione Ssmi, sub die 20 aprilis 1912, sequens emiserunt votum : *Constare de causis separationis temporaneae iuxta modum expressum in sententiis Curiarum Matritensis et Toletanae.*

IX. PAMPILONEN. - *Iurisdictionis parochialis.*

Propositis dubiis: **I.** *Cui competat iurisdictio parochialis super domum de qua in decreto Rmae Curiae in casu:* **II.** *Cui competat hereditas DM NN. ut in testamento;* RR. PP. DD. A. Perathoner *Ponens,* **J.** Alberti et P. Rossetti, Auditores de turno, sub die 14 maii 1912 respondendum censuerunt: ad **I.** *Iurisdictionem parochialem super domum*

de qua in decreto Curiae, competere parocho NN. Ad II. *Hereditatem Dm NN. competere eidem parocho.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

X. VERSALIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. J. Prior *Ponens,* A. Sincero et J. Mori, Auditores de turno, sub die 20 maii 1912, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XI. BITURIGEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. S. Many *Ponens,* F. Heiner et J. Prior, Auditores de Turno, sub die 23 maii 1912, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XII. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An sententia rotalis diei 15 ianuarii 1912 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* Rmus M. Lega *Decanus Ponens,* et RR. PP. DD. J. Alberti et P. Rossetti, Auditores de turno, sub die 24 maii .1912, respondendum censuerunt: *Sententiam rotalem esse confirmandam.*

XIII. WLADISLAVIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. F. Heiner *Ponens,* G. Sebastianelli et S. Many, Auditores de turno, sub die 24 iunii 1912, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

XIV. VESTMONASTERIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. S. Many *Ponens,* F. Heiner et J. Prior, Auditores de turno, sub die 1 iulii 1912, respondendum censuerunt : *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio, et habita est sentent. 21 decembris 1912.

XV. ROMANA SEU SALERNITANA. - *Refectionis damnorum.*

Proposito dubio : *An constet de iure Sac. NN. ad indemnitatem seu refectionem damnorum adversus Rmum Dnum X. ob eiusdem rationem agendi in litteris, etc. et in quanam mensura et quomodo in casu,* Rmus **M.** Lega *Decanus Ponens,* et RR. DD. F. Cattani et A. Perathoner, Audi-

tores de turno, sub die 10 iulii 1912, respondendum censuerunt: *Negative* seu *non constare.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XVI. **CINCINNATENE** - *Remotionis seu translationis a paroecia.*

Proposito dubio: *An decretum Rmi Archiepiscopi quo parochum NN. a paroecia transtulit, sit confirmandum vel infirmandum in casu:* RR. PP. DD. J. Prior *Ponens,* A. Sincero et J. Mori, Auditores de turno, sub die 16 iulii 1912, respondendum censuerunt: *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam,* seu *confirmandum esse decretum Archiepiscopi.*

XVII. **HEUOPOLITANA.** - *Iurispatronatus.*

Propositis dubiis: I. *An quaestio resoluta per rescriptum diei... sit incidentalis vel definitiva in casu?* Et quatenus affirmative seu *sit incidentalis,* IL *An sit locus revocationi rescripti vel sententiae diei... in casu;* Rmus M. Lega *Becanus Ponens,* et RR. PP. DD. G. Sebastianeiii et S. Many, Auditores de turno, sub die 24 iulii 1912, respondendum censuerunt : Ad I. *Quaestionem esse incidentalem;* ad II. *Negative et ad mentem.*

XVIII. **IANUEN.** - *Remotionis et refectionis damnorum.*

Proposito dubio: *An sententia rotalis diei 1 februarii 1912 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* RR. PP. DD. S. Many *Ponens,* F. Heiner et J. Prior, Auditores de turno, sub die 13 augusti 1912, respondendum censuerunt: *Sententiam esse infirmandam.*

XIX. CONVERSANEN. - *Impedimenti ad matrimonium contrahendum.*

Propositis dubiis: *1. An constet de nullitate sententiarum primae et •secundae instantiae;* et quatenus negative: IL *An sit locus restitutioni in integrum;* et quatenus affirmative ad alterutrum dubium: III. *An constet de exsistentia impedimenti in casu.* IV. *An sit locus refectioni damnorum in casu;* RR. PP. DD. A. Sincero *Ponens,* J. Mori et F. Cattani, Auditores de turno, sub die 26 augusti 1912, respondendum censuerunt: *Negative in omnibus.*

XX. **PETROCORICEN.** - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* Rmus M. Lega *Decanus Ponens,* et RR. PP. DD. G. Sebastianeiii et P. Rossetti, Auditores de turno, sub die 27 augusti 1912, respondendum censuerunt: *Negative.*

XXI. **VESTMONASTERIEN.** - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An sententia rotalis diei 1 iulii 1912 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* Rmus M. Lega *Decanus Ponens,* et RR. PP. DD. G. Sebastianeiii et P. Rossetti, Auditores de turno, sub die 21 decembris 1912, respondendum censuerunt: *Sententiam rotalem esse confirmandam.*

Romae, ex Gancelleria S. R. Rotae, die 22 ianuarii 1913.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

-AD R. P. VIRGILIUM MERA U, EX. ORDINE FRATRUM MINORUM CAPULATORUM, PRAESIDEM.CONFOEDERATIONIS SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI OB CATECHISMUM INTER FAMILIAS CATHOLICORUM VULGANDUM BEATISSIMO PATRI REVERENTER OBLATUM.

Reverende Pater,

Una cum officiosis litteris tuis redditum beatissimo Patri est exemplar catholici catechismi, quem ista Confoederatio S. Michaelis Archangeli inter Catholicorum familias studet, laudabili sane proposito, vulgare; gratumque scito augusto Pontifici fuisse munusculum illud, gratissimam vero voluntatis significationem, qua tuam ac sociorum pietatem testatam Eidem voluisti. Paternae pietatis vice Sanctitas Sua memorem profitetur animum, et apostolicam benedictionem, caelestium auspicem bonorum, tibi ac praefatae Confoederationis sociis ex animo impertit.

Habeas et gratias meas pro altero catechismi .eiusdem exemplari •mihi perhumaniter exhibito, meque tibi credas

Die 16 decembris 1912.

Addictissimum

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD COMITEM DE MUN, QUI NOMINE OPERIS CUI PRAEEST « DES CERCLES CATHOLIQUES D'OUVRIERS », OBEDIENTIAE AC DEVOTIONIS BEATISSIMO PATRI TESTIMONIUM EXHIBUIT.

Monsieur le Comte,

Le Saint-Père a très vivement agréé l'expression des sentiments de piété filiale que vous Lui avez présentée au nom de l'Œuvre des Cercles catholiques.

Ces sentiments, Il les connaissait de longue date, Il en savait la parfaite sincérité, ayant suivi les développements de l'Œuvre avec une attention très sympathique, n'ignorant pas surtout qu'après en avoir été le créateur, vous en êtes resté l'âme.

Il Lui a été très agréable de constater que cette piété filiale à l'égard du Souverain Pontife, faite surtout de docilité aux enseignements de l'Église, dont II est le Chef, et de soumission aux évêques qui sont ses représentants, avait voulu, au cours de l'année qui vient de finir, se donner de nouvelles garanties.

Il trouve surtout très opportun, très heureux que le Conseil des Études ait tenu à se prémunir de plus en plus contre toutes les opinions qui ne seraient pas entièrement conformes avec la saine théologie.

Comme vous le remarquez, Monsieur le Comte, il y a dans la doctrine sociale catholique des points délicats, sur lesquels il importe d'être bien fixé, si l'on veut que l'action à exercer sur les masses populaires, au triple point de vue religieux, moral et matériel, non seulement soit régie, comme il est nécessaire, par la vérité, mais n'en vienne pas à se retourner contre elle, pour la fausser.

Faute de l'esprit que vous avez su imprimer à votre Œuvre, ne voit on pas, par exemple, le domaine de la justice élargi, plus que de mesure, au détriment de la charité ; le droit de propriété subordonné à son usage, et celui-ci devenu une fonction, non plus de la charité, mais de la justice; au nom d'une conception erronée de certaines organisations sociales, des droits et des devoirs créés de toutes pièces, là où la loi naturelle consacre la liberté? Ne voit-on pas encore la charité, elle-même volatilisée en une vague fraternité, où d'une part, l'ordre qui lui est essentiel, et que, pour cela, l'on a appelé l'ordre de la charité, tend à s'effacer, où, d'autre part, l'on rêve de fondre les inégalités

sociales? Ne voit on pas enfin, ce qui est lé pire, un droit naturel soi-disant catholique, chercher à se fonder, non plus sur les principes éternels gravés au fond de la conscience, mais sur les contingences dont s'occupent l'expérience et l'histoire?

Le Saint-Père ne peut que déplorer ces doctrines et d'autres semblables. Ce qui rend d'autant plus vive sa joie de constater, en votre Œuvre, un esprit de parfaite orthodoxie, qui veut, à tout jamais, grâce à un redoublement de précautions, s'en préserver. C'est de quoi II tient surtout à la féliciter hautement, et à vous féliciter.

Et afin que la grâce divine féconde ce qu'elle a déjà inspiré, Sa Sainteté vous envoie de tout cœur, ainsi qu'à vos zélés collaborateurs, Sa bénédiction apostolique.

Je vous remercie, pour ma part, des souhaits que vous avez bien voulu m'adresser, et je profite volentiers de cette occasion pour vous offrir, Monsieur le Comte, l'assurance de mon entier dévouement en Notre-Seigneur.

Le 3 janvier 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

III.

AD SAG. ALOISIUM BETHLEEM, DIOECESIS CAMERACENSIS, DE OPERE « L'ŒUVRE DES LECTORES», QUOD IPSE INSTITUIT ET ALACRITER PROVEHIT.

Monsieur l'abbé,

L'« Œuvre des lectures » que vous avez commencée il y a déjà plusieurs années, et que vous poursuivez avec un succès toujours croissant, sous la haute approbation de S. G. Monseigneur l'Archevêque de Cambrai, répond à un besoin trop actuel et trop capital pour n'avoir pas attiré l'attention bienveillante du Souverain Pontife, du Pasteur des Pasteurs, à Qui est confiée la sollicitude de toutes les âmes rachetées par le sang de N.-S. J.-C.

Faire connaître au public catholique et spécialement aux familles et au clergé la valeur morale et religieuse des ouvrages de tout genre sur lesquels ils doivent être renseignés, mettre en garde contre les lectures mauvaises et signaler les bonnes, et cela, tant par la publication d'ouvrages, brochures, tracts, que par une Revue périodique justifiant pleinement son titre de « Guide général de lectures », c'est une entreprise non moins vaste que nécessaire, qui fait le plus grand honneur

à votre zèle et à votre activité sacerdotale, et qui mérite au plus haut point la reconnaissance de tous les honnêtes gens et surtout des Pasteurs des âmes.

Autant cette œuvre est opportune, autant elle présente des difficultés de plus d'un genre et demande à être poursuivie avec vigilance et courage, dans des vues et avec un esprit toujours absolument catholiques et surnaturels. Les résultats déjà très consolants que vous avez obtenus sont la meilleure preuve que vous êtes demeuré constamment fidèle aux devoirs d'un ministère si élevé et si délicat.

Le Saint-Père s'applaudit de ces succès et souhaite que votre œuvre continue d'éclairer, de prémunir, de diriger les Catholiques dans le choix si important des lectures. De tout cœur Sa Sainteté approuve et bénit votre œuvre et ses collaborateurs et vous accorde à vous-même une affectueuse bénédiction apostolique.

Je suis heureux de vous exprimer mes félicitations personnelles, et de vous renouveler, Monsieur l'abbé, l'assurance de mes meilleurs sentiments en Notre-Seigneur.

Le 13 janvier 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL S. OFFIZIO.

AVVISO DI CONCORSO.

D'ordine degli End signori Cardinali Inquisitori generali emanato in feria IV, 8 gennaio 1913, s'indice il concorso per l'officio di Sostituto nella Cancelleria del S. Offizio.

S'invitano quindi i RR. Sacerdoti che vi aspirano a far pervenire al sottoscritto, non più tardi del giorno 15 febbraio, la domanda coi relativi requisiti per l'ammissione all'esame scritto, il quale avrà luogo il giorno 20 detto mese nel palazzo del S. 0. alle ore 8 antimeridiane.

Dal palazzo del S. 0., li 13 gennaio 1913.

L. Castellano, *Notaro.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTI PREPARATORI A.

Il giorno 21 gennaio 1913, presso l'Emo e Riïio signor cardinale Giuseppe Calasanzio Vives y Tuto, Ponente della Causa, fu tenuta la Congregazione Aritipreparatoria dei sacri Riti, nella quale i Rmi Prelati Officiali ed i RR. Consultori teologi hanno discusso e dato il loro voto sopra tre miracoli, che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Venerabile Maria Crocifissa delle Piaghe di Nostro Signore Gesù Cristo, Terziaria Francescana, i quali sono proposti per la Beatificazione di lei.

SEGRETERIA DISTATO.

AVVISO.

A causa della stagione estiva, per disposizione superiore, la Cappella papale del 20 luglio per l'anniversario della morte del Sommo Pontefice Leone XIII viene trasferita al 5 novembre, e la Cappella papale dei 9 agosto per l'anniversario dell'incoronazione di S. S. Pio X felicemente regnante, viene parimenti trasferita al 16 novembre, data in cui ricorre l'anniversario della consacrazione episcopale della medesima Santità Sua,

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

3 gennaio 1913. — L'Eino signor card. Gaetano Bisleti, *Protettore dell'Istituto delle figlie dei Ss. Cuori, che hanno la casa madre in Genova.*

7 gennaio. — L'Emo signor card. Guglielmo van Rossum, *Protettore della Congregazione dei Fratelli di Nostra Signora della Misericordia.*

10 gennaio. — Mons. Giovanni Bressan, cappellano segreto di S. S., *Consultore della Commissione cardinalizia per V Opera della Preservazione della Fede.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

12 dicembre 1912. — Mons. Rodolfo de Linde, prelato arcidiacono della metropolitana di Olmütz.

— Mons. Giovanni Pospisil, canonico della stessa metropolitana.

— Jl Rev. Adamo Potulicki, decano della medesima metropolitana.

14 dicembre 1912. — Il Rev. Luciano Augusto Ghosson, vicario generale della diocesi di Valence.

— Il Rev. Luigi Alessandro Guichard, altro vicario generale della stessa diocesi.

18 dicembre. — II. Rev. Carlo Mayer, canonico lettore della cattedrale di Alba Regale.

8 gennaio 1913. — Il Rev. canonico Giacomo Pliveric, rettore del Seminario maggiore di Diakovo e penitenziere della Cattedrale di Sirmio.

9 gennaio. — Il Rev. Francesco Ehrmann, segretario e canonico *a latere* del Sig. Cardinale Bauer, arcivescovo di Olmütz.

Prelati Domestici di S. S.:

11 dicembre 1912. — Il Rev. Francesco Vaculik, decano della collegiata di Kromeriz, nell'archidiocesi di Olmütz.

— Il Rev. Ignazio Maiss, canonico onorario della predetta collegiata.

13 dicembre. — 11 Rev. dott. Candido Manzanos Saens, della diocesi di Madrid.

16 dicembre. — Il Rev. dott. Giuseppe Gruber, canonico scolastico del capitolo di S. Ippolito.

— Il Rev. Alfonso Scheglmann, vicario generale della diocesi di Ratisbona.

— Il Rev. Volfango Schreiner, decano della cattedrale della stessa diocesi.

22 dicembre. — Mons. Giuseppe Pescini, cappellano segreto di S. S.

9 gennaio 1913. — Il Rev. Giovanni Ireneo Joffily, canonico della diocesi di Parahyba.

— U Rev. dott. Pietro Chirico, dell' archidiocesi di Bari.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

19 dicembre 1912. — Mons. Carlo Lorenz, dell'archidiocesi di Olmütz.

11 gennaio 1913. — Mons. Mattia Dubrovié, della diocesi di Trieste.

— Mons. Massimiliano Rippler, parroco di Memmingen, della diocesi di Augsburg.

13 gennaio. — Mons. Francesco Biskup, parroco castrense ed arcicappellano minore dell'esercito prussiano in Francoforte.

14 gennaio. — Mons. Emanuele Gonzalez y Garcia, dell'archidiocesi di Siviglia.

— Mons. Luigi Magnavacca, dell'archidiocesi di Bologna.

17 gennaio. — Mons. Carlo Forstner, della diocesi di S. Ippolito.

— Mons. Leopoldo Gstettner, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

19 dicembre 1912. — Mons. Francesco Gillig, dell'archidiocesi di Olmütz.

— Mons. Carlo Polzer, della medesima arebidiocesi.

13 gennaio 1913. — Mons. Antonio Bertaccini, della diocesi di Forlì.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa di S. S. :

15 gennaio 1913. — Sig. Paolo Geng, della diocesi di Versailles.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

5 dicembre 1912. — Al Sig. conte Gustavo Norman« de Ehrenfels, consigliere intimo di Stato di Sua Maestà I. e R. Apostolica.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 dicembre 1912. — Al Sig. Agostino Thyssen, residente nel castello di Landsberg presso Kettwig.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

5 novembre 1912. — Al Sig. comm. Giuseppe Burgstallerde Bidischini, dell'archidiocesi di Trieste.

11 dicembre. — Al Sig. comm. Francesco Sedlácek, consigliere aulico, dell'archidiocesi di Olmütz.

17 dicembre. — Al Sig. comm. prof. Alberto Galli, direttore generale dei musei e gallerie pontificie.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 dicembre 1912. — Al Sig. Eugenio Hofman, domiciliato neh'archidiocesi di Parigi.

18 dicembre. — Al Sig. Cornelio Leonardo Bressers, residente in Doügen nella diocesi di Breda.

8 gennaio 1913. — Al Sig. marchese Giacomo di Kernier, deputato del dipartimento d' Ille-et-Vilaine.

10 gennaio. —- Al Sig. don Giovanni Bello Rozas, primo segretario della Legazione del Cile presso la S. Sede.

La Commenda delV Ordine di S. Silvestro Papa :

12 dicembre 1912. — Al Sig. Domenico González Eyzaguirre, di Santiago del Cile.

— Al Sig. cav. dott. Maurizio Hruban, dell'archidiocesi di Olmütz.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 novembre 1912. — Al Sig. avv. Francesco't Kint de Roodenbeke, di Bruxelles.

29 novembre. — Al Sig. dott. Goloniano Ghyezy de Ghyczy Assa e Ablanczkiirtb, della diocesi di Segna.

10 dicembre 1912. — Al Sig. Davide Howell, della diocesi di Plymouth.

14 dicembre. — Al Sig. Federico P. Kenkel della diocesi di S. Luigi (Missouri).

— Al Sig. Nicola Gonner, di Dubuque.

15 dicembre. — Al Sig. Enrico Lino Margerin, domiciliato nella diocesi di Versailles.

18 dicembre. — Al Sig. Alberto Beckmann, della diocesi di Münster.

19 dicembre. — Al Sig. Giuseppe Mertens, console generale di Germania a Costantinopoli.

21 dicembre. — Al Sig. Giulio Zimheld, dell'archidiocesi di Parigi.

30 dicembre. — Al Sig. Edmondo de Montardy, della, diocesi di Angoulême.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 dicembre 1912. — Al Sig. Giovanni Fiedler, direttore della Cassa di risparmio di Königgrätz.

3 gennaio 1913. — Al Sig. Gustavo de Vos, di Anversa.

NECROLOGIO.

Gennaio 1913. — Mons. Riccardo Viia y Matheu, vescovo tit. di Adraa, vicario apostolico di Guam, nelle Isole Marianne.

4 gennaio. — Mons. Giovanni Blandini, vescovo di Noto.

7 gennaio. — Mons. Domenico Martino Carlo Willi, vesc. di Limburgo.

12 gennaio. — Mons. Filippo Meunier, vescovo di Evreux.

Annus V. - Vol. V. Die 15 Februarii 1913. Num. 2.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

L

ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI DE KIVU IN AFRICA.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Apostolatus munus, quo fungimur * in terris, Nos admonet, ut ea sedulo studio decernamus quae Catholico nomini, aeternaeque fidelium saluti, bene, prospere ac feliciter eveniant. Idcirco ad omnes vel dissitas orbis christiani partes, ex hac divi Petri Apostolorum principis Cathedra, tanquam e sublimi specula oculos mentis nostrae convertentes, ante omnia consulimus ut, aucto Pastorum numero, Dominici gregis custodiae diligentiori ratione prospiciatur. Hoc ducti consilio, benigne excipiendam censuimus postulationem venerabilis fratris Leonis Livinhac episcopi titularis Pacandensis et superioris generalis Societatis Missionariorum Africae, qui cum Nos enixis precibus rogaverit ut regionem « de Kivu » appellatam in novum apostolicum vicariatum, proprio Antistiti committendum, erigeremus, ideo Nos, omnibus rei momentis diligenter perpensis, cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, Motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, superenunciatam regionem de Kivu ad oras occidentales vicariatuum apostolicorum Victoriae Nyanzae meridionalis et Unianembensis iacentem, ab his territoriis seiungimus, et in independentem Vicariatum Apostolicum constituimus. Novi autem huius vicariatus confinia sint: ad septentrionem limes posses-

sionis Anglicae, a puncto in quo relinquit flumen « Kagera » usque ad limitem Belgicae ditionis, deinde limes Belgicus usque ad lacum « Kivu ». Ad occidentem praedictus limes Belgicus : ad meridiem confînia septentrionalia districtuum de U vi n za et Ujyi : ad orientem demum cursus fluminum Kagera et Ruinvu, deinde limes occidentalis Ussuwi-Ovest, et tandem confinia orientalia districtus de Una. Sit huic novo vicariatui nomen Vicariatus Apostolicus de Kivu, curisque Missionariorum Africae concreditus servetur. Haec concedimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, sive spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari, contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis ceterisque omnibus, speciali licet et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xii decembris **MCMXIT**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

L. *fß* S. . *a Secretis Status.*

IL

CONSOCIATIO A S. CORDE IESU PRO PIANDIS IN PURGATORIO IGNE DETENTIS ANIMABUS, NOVUM TEMPLUM, OMNIAQUE OPERA A PIO SACERDOTE P. VICTORE JOUËT INSTITUTA, SODALIBUS MISSIONARIIS A S. CORDE IESU PROVINCIAE ITALICAE ADMINISTRANDA CONCREDUNTUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Nobis supremum in terris Apostolatum divinitus obtinentibus antiquius nihil magis sit quam ut divinus cultus ubique terrarum promoveatur, illud potissimum cordi habemus, ut in hac alma Urbe catholici Orbis centro, idem cultus debito in honore sit, et succrescenti civium frequentiae, sacrarum etiam aedium numerus et decor respondeat. In regione Urbis, quae adiacet penes Hadriani mausoleum, et a Pratis Castelli vulgo nominatur, ubi iam nudus ager fuit, nunc autem civilium habitationum ornamentum

încolarumque numerus floret, iam inde ab anno **MDCCCLXXXXIII** pius sacerdos Victor Jouet, Missionarius, ut fidelium spiritualibus necessitatibus suppetias veniret, Oratorium publicum sub sacri Cordis titulo aperuit, ibique auctoritatis ecclesiasticae consensu et auspiciis fretus, piam Consociationem a sacro Corde Iesu, pro piandis in purgatorio igne detentis animabus instituit. Pius ipse sacerdos oratorium memoratum centralem sedem esse voluit super enunciatae Consociationis, quam quidem decessor Noster Leo PP. XIII rec. me. singularibus privilegiis atque indulgentiis ditavit et auxit. Opus tam frugiferum toto Nos corde probantes, eique benedicentes, praefatum sacellum a sacro Corde per similes apostolicas Litteras die xiv mensis iunii anno **MDCCCCVII** annulo Piscatoris obsignatas, indulgentiae de Portiuncula toties quoties lucrandae privilegio ad septennium ornavimus : pariterque ad septennium bina illius altaria, nempe maius et illud quod divo Archangeli Michaeli dicatum est, apostolico Missarum pro defunctis privilegio locupleta vimus. Sed cum brevi augustius Oratorium impar visum sit fidelium ad sacras functiones confluentium multitudini excipiendae* cura et studio pii eiusdem Missionarii, fundamenta posita sunt amplioris templi affabre delineati, et conspicuis artis operibus ornandi, similiter honori sacri Cordis Iesu pro piandis in purgatorio igne detentis animabus erigendi. Nos ipsi probe noscentes quot quantaque bona ex novo eo templo condendo e ventura forent in regione illa potissimum populo confertissima, per chirographum Nostrum, omnibus qui oblata stipe ipsius templi aedificationem adiuvarent, coelestium munerum auspicem apostolicam benedictionem impertiti sumus. Fundator autem, spiritu ductus caritatis vere sacerdotalis erga fratres tum vivos, tum defunctos, neque curis neque laboribus pro piae Sodalitatis incremento, et pro inchoati templi fabrica pepercit, tum longis atque iteratis susceptis itineribus, tum verbo plurimisque scriptis in vulgus diffusis. Sed pio operi intentum mors intercepit, eumque ad sempiternam requietem vocavit Dominus, antequam opus, feliciter initum, absolutum videret. Nos vero prae oculis habentes operis illius opportunitatem et utilitatem, ne tam valido spirituali praesidio fideles destituantur, in eam mentem venimus, ut omnia pia opera quae vita functus Missionarius suscepit, a Nobis iuxta mentem fundatoris ipsius ad exitum perducantur. Quae cum ita sint, Motu-proprio atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, memoratum Oratorium a sacro Corde Iesu, adnexamque domum et inchoatam novi amplioris templi fabricam Nobis assumentes, ea concredimus universa dilectis filiis Missionariis a sacro Corde Iesu e provincia Italica, qui

cum fundatore spiritualis consuetudinis vinculis sociati, novissima morienti religionis solatia praebuerunt. Volumus pariter, ut eodem in Oratorio et suo tempore novo in templo sedes permaneat salutaris illius Consociationis a sacro Corde Iesu, quam pro animabus in purgatorio igne detentis rite expiandis vita functus Missionarius, uti supra diximus, instituit: illudque praeterea statuimus, Sodalitatem eandem sibi prospicere ex corrogata stipe atque ex reditibus sibi propriis debere. Porro Missionarii iidem a sacro Corde Iesu sacerdotes e provincia Italica, super enunciatae Sodalitatis omniumque adnexorum operum, non minus quam praesentis Oratorii erigendique templi regimen atque administrationem suscipient. Quod si novum templum, cuius fundationes mox e solo surrexerunt, in paroeciam, sicuti propositum Nobis est, erigatur, decernimus ut eadem Curia, servatis canonici iuris praescriptionibus de regularibus paroeciis, iisdem Missionariis sacerdotibus e provincia Italica committatur. Mandamus simul, ut novae huius curialis aedis pro tempore Parochus, idem semper Sodalitatis Moderator adnexaeque domus Superior sit. Ut vero huic operi prima per Nos in ordinem digestio stabilis fiat, simulque singulare propensae voluntatis pignus dilecto filio Petro Benedetti sacerdoti e Congregatione Missionariorum S. Cordis Iesu exhibeamus, qui tempore mortis pii institutoris, et in gravibus difficultatibus quae obitum illius secutae sunt, summo studio consuluit ne quid ipsum opus detrimenti caperet, eundem, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, tum Sodalitatis, tum templi praefati, Moderatorem eligimus, eundemque suo tempore futurum Parochum designamus. Praeterea ipsum Petrum Benedetti ad Nostrum beneplacitum pro cunctis dictis operibus specialem Delegatum Nostrum ita deputamus, ut idem in omnibus quae spectent ad enunciata opera, a Nobis dumtaxat dependeat, atque ad Nos et apostolicam Sedem solummodo referat. Futuris autem temporibus decernimus, ut Moderator Parochus eligatur a Superiore provinciali Missionariorum sacri Cordis Iesu de consensu sui Consilii, atque ad sanctam hanc Sedem pro adprobatione praesentetur. Collatis autem mutuo consiliis, idem Superior provincialis memorato Moderatori Parocho, tot e confratribus suis coadiutores concedet, quot hic ad varia munera implenda necessarios iudicaverit. Id vero summopere Nobis cordi est, ut frugifera Consociatio a bo. me. religioso viro Victore Jouet condita, in eodem caritatis spiritu perseveret, atque in eorundem piorum operum exercitatione versetur, quae pius fundator intellexit ac statuit: minimeque dubitamus quin ipsa opera sapientibus atque actuosis curis commissa sodalium Missionariorum sacri Cordis Iesu e provincia Italica, potiora in dies

incrementa capiant, et tum in Ecclesiae bonum, tum in aeternam christiani populi salutem bene vertant. Haec concedimus, mandamus, precip^mus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare et manere, suosque plenarios atque integros; effectus sortiri atque obtinere; illisque, ad quos spectant, sive spectare-poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx ianuarii **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**
a Secretis Status.

L.)$(S.

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. IOSEPHUM A. ARCHAMBEAULT, JOLIETTENSIUM EPISCOPUM, DE FLORENTI STATU COLLEGII IOLIETTENSI, GRATULATIONIS ERGO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Tuae sane ac decessorum providentiae vigilantiaeque tribuenda quae vel nuperrime relata ad Nos sunt de fiorenti statu Collegii Joliettensis. Rem, quam tantopere in oculis ferimus, cum certis nuntiis comperuimus, laetati in Domino sumus, tecumque, venerabilis frater, plurimum gratulati. Neque enim quicquam esse arbitramur ex quo Ecclesiae ac civitati spes suppetat uberior, quam ex adolescenti aetate quae sit rite expolita litteris, virtute commendabilis. Prosperae huic quidem Collegii fortunae, praeter Dei providentis opem, haud parum profuisse censemus, quod Instituti disciplinam studiorumque rationem sic volueris temperatas ut, quod quisque alumnorum praeoptaverit civilium munerum genus, apte ad illud comparetur: qui autem bonam et animi et ingenii ad sacerdotium habeant indolem, opportuna iis adsint adiumenta. Ita, Dei beneficio, factum ut, ex ingenti alumnorum numero quos Joliettense Collegium aluit, bene plures sint qui civitatis bono perutilem dederint, dent operam: haud pauci qui, sacerdotio aucti, probabile Ecclesiae exhibeant ministerium. Ad Nos quod attinet, nihil profecto tam avemus quam ut Collegium idem, non florere modo sine ulla temporis intermissione per-

gat, sed virtutum atque artium optimarum laude crescat in dies atque amplificetur. Quod porro ut feliciter fiat, divina subsidia tibi affluere et cupimus, et petimus; eorumdemque auspicem Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem tibi ipsi, venerabilis frater, Instituti moderatoribus atque alumnis, universo denique tuo clero ac populo propensissima voluntate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die sacra honori Caelitum omnium anni **MCMXII**, Pontificatus Nostri decimi.

PIUS PP. X.

II.

AD R. P. D. PETRUM E. GARCIA NARANJO, ARCHIEPISCOPUM L1MANUM, CETEROSQUE PERUANAE REIPUBLICAE EPISCOPOS, POST CONCILIUM AB EISDEM LIMAE CELEBRATUM.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Una cum officiosis litteris vestris acta accepimus Limani Concilii, quod haud ita pridem, Deo opitulante, celebravistis; et dileximus in illis quidem perspectissimae pietatis in Nos vestrae testimonium, in his vero, quae, ut nostis, sacrae Congregationi Concilii transmisimus recognoscenda, catholicae disciplinae in dioecesibus vestris instaurandae provehendaeque studium.

Laetamur utrumque: nihil enim avemus magis quam eos omnes quibuscum apostolici muneris onus communicamus, et coniunctissimos Nobis, et sui cuiusque gregis diligentissimos cernere : utrimque quippe suppetit bene sperandi facultas. Quae quidem, venerabiles fratres, dicere vix attinet, eo profecto erit uberior quo sanctiorem et ad omne opus bonum instructum habueritis clerum. Hortamur igitur atque obsecramus in Domino, ut cleri disciplinae antiquissima sit vobis cura, in primisque ut adolescentes in oculis habeatis qui in sacris Seminariis in ecclesiarum vestrarum spem succrescunt: horum enim recta institutio cum dioecesum fortuna, ut probe scitis, coniungitur maxime.

Qua quidem in re fidelium vestrorum bono egregie vos consuluisse putate, cum, hórtatù Nostro, provinciale Seminarium istic condendum cura vistis: sed eo etiam diligentius utiliusque consulueritis, si Urbano Collegio Pio Latino Americano instituendos tradideritis delectos ex singulis dioecesibus clericos, in quibus ingenii diligentiaeque laus maiorem spem faciat sacerdotum qui futuri sint, praesertim in docendi munere,

peritiores. Auctores vobis sumus, venerabiles fratres, usu vos experturos desideriis hisce Nostris nonnisi cum maximo emolumento paruisse. Quas enim iidem clerici, Roma altrice ac magistra, sibi compararint doctrinae virtutisque opes, eas, ad sua reversi, religioni patriaeque utillime impenden! Vestra igitur haud sinat diligentia Nos, vel post instir tutum provinciale Seminarium, desiderare Romae, ut modo facimus, Peruanos clericos. Ad rem, non improvide^ si opus fuerit, vos facturos scitote, si eorum numerum minueritis qui aere aluntur vel huius ipsius Seminarii, vel ceterorum quae cuiusque dioecesis sunt propria, ut nimirum subsidia suppetant iis impertienda quos dignos, prae ceteris, iudicaveritis qui Romam studiorum causa mittantur. - Sed haec vix attigisse satis sit: novimus enim studia atque officia vestra, ex iisque nihil Nos non consecuturos confidimus.

Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis, venerabiles fratres, clero ac populo cuique vestrum tradito, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxin ianuarii **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. IOSEPHUM ANGEJLUCCI, EPISCOPUM CIVITATIS PLEBIS, EIUSDEMQUE DIOECESEOS CLERUM UTRUMQUE, QUI BEATISSIMO PATRI SINGULARIS VENERATIONIS ADHAESIONISQUE SPECIMEN EXHIBUERUNT. .

Venerabilis frater ac dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. —Gratae Nobis vehementer vestrae litterae. Inest in iis suavissima pietatis atque absoluti immutabilisque obsequii in Nos significatio ; cuius praebendae singulis occasionem dedisse comperimus verba, gravissima equidem ac moeroris plena, quibus cum affari non multo ante contigit sacerdotes Unionis Apostolicae, conquesti apud eos sumus prava nonnullorum sacerdotum exempla qui Sedis apostolicae dicto minus sunt audientes. Deus, omnium auctor bonorum, hanc tam bonam mentem perpetuo vobis tueatur, dilecti filii: ea profecto nihil optatius Nobis, vobis nihil utilius. Et utinam adsimilem referrent ac foverent animo reliqui ad unum omnes sacerdotes! quot offensiones populis, quot Nobis minuerent aegritudinis causas; quanto melius vocationi suae sanctae responderent!

Ad vos quod attinet, venerabilis frater ac dilecti filii, pro delatis officiis gratias habete Nostras; habete et apostolicam benedictionem, quam testem benevolentiae Nostrae ac caelestium munerum conciliatricem, unicuique vestrum, vestris insuper gregibus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S» Petrum, die VIII februarii MGMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

CIRCA MISSAS TRICEN ARIAS GREGORIANAS ET ALTARIA ITEM GREGORIANA.

Supremae S. Congregationi S. Officii sequentia exhibita sunt dubia de Missis triginta quae Gregorianae nuncupantur, nec non de Altaribus, tum ecclesiae S. Gregorii in Monte Coelio Urbis, tum alibi exsistentibus, quae ad instar illius appellata sunt Gregoriana:

I. Utrum sit necessarium quod Missae triginta, quae Gregorianae appellantur, celebrentur triginta diebus continuis sine interruptione? Et quatenus affirmative:

II. Utrum in casu satisfaciat sacerdos, qui eadem die bis vel ter, vel per se (v. gr. die Natalis Domini) vel per alios, celebrationem réassumât, ita ut triginta dierum spatio Missae omnes celebrentur ? Et quatenus negative :

III. Utrum idem sacerdos teneatur alium sibi substituere celebraturam Missam aliquam tricenariam?

IV. Utrum quis satisfaciat obligationi curandi tricenarium Gregorianum, si pluribus sacerdotibus triginta Missas Gregorianas distributas committat, eadem die vel paucorum dierum spatio omnes celebrandas ad dictam intentionem?

V. Utrum diebus in tricenario occurrentibus, in quibus Missa de requie a rubricis permittitur, ipsa legi debeat ad onus tricenarii Gregoriani satisfaciendum?

VI. Utrum Altare S. Gregorii in Monte Coelio de Urbe sit vere ac proprie privilegiatum?

VII. Quaenam requirantur conditiones ad obtinendum privilegium Altaris Gregoriani « ad instar » ?

VIII. Utrum concedatur privilegium personale Altaris Gregoriani « ad instar » ? Et quatenus negative :

IX. Quid dicendum de concessionibus Altaris Gregoriani personalis forsitan iam factis?

Quibus dubiis mature perpensis, Emi Patres una mecum Generales Inquisitores, feria IV, die 11 decembris 1912, dixerunt:

Ad I. Affirmative, prout in decisis a S. Congregatione Indulgentiarum, die 14 ianuarii 1889.

Ad Ii. Negative.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Negative.

Ad V. Negative; poterit tamen laudabiliter legi, pietatis gratia erga defunctum, diebus quibus licet et decet.

Ad VI. Affirmative, iuxta Rescriptum ex audientia Ssmi, diei 18 februarii 1752.

Ad VII. Deinceps Altaria Gregoriana non esse concedenda,

Ad VIII. Negative.

Ad IX. Habeantur ut merae concessiones Altaris personalis simpliciter privilegiati.

Et feria V, die \% iisdem mense et anno, Ssmus D. N. D. Pius div. Prov. Pp. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, supra relatas Emorum Patrum resolutiones benigne adprobare dignatus est.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. £g S.

-j- D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

-iq

SACRA CONGREGATIO CONCILII

BISMARCKIEN. ET ALIARUM.

INCARDINATIONIS.

(Per summaria precum).

Delegatus Apostolicus in Republica Washingtonien. H. S. G. retulit, die 30 maii 1912, quae sequuntur:

« Il Vescovo di Bismarck, Mons. Wehrle, O. S. B., mi scriveva, in « data 20 corrente, quanto segue: " Nel fascicolo dello scorso marzo del- « *VActa Apostolicae Sedis,* si trova una decisione della S. Rota, in cui si << asserisce che il giuramento è necessario per la validità della incardi- « nazione. Mi consta che in questa diocesi molti sacerdoti furono incar- « dinati senza prestare il giuramento all'atto della incardinazione. Ciò « posto, chiedo: I° Ha il vescovo il diritto di dichiarare che tali incar- « dinazioni sono invalide? °2° *Quatenus affirmative;* devono, i sacerdoti « che furono così invalidamente incardinati, ritornare alla diocesi dalla « quale furono escardinati? 3° Può obbligarsi il vescovo che li escardinò « a riceverli di nuovo nella sua diocesi ? „.

«È da ritenersi per certo che anche in molte altre diocesi degli « Stati Uniti, siano stati incardinati sacerdoti senza far loro emettere il « giuramento richiesto dalla Costituzione *Speculatores* e dal decreto *A «primis,* e che i vescovi intendano valersi di tale omissione per disfarsi « di quelli che non hanno fatto buona prova. Come pure si possono « facilmente prevedere le questioni che sorgerebbero se i vescovi si deci- « dessero a ciò fare.

« Tutto considerato, mi è sembrato opportuno sottomettere i quesiti « del vescovo di Bismarck a cotesta sacra Congregazione, con preghiera « di dare quella risposta e di emanare quelle disposizioni che giudicherà « convenienti ».

Super praemissis exquisitum fuit R. P. Consultoris votum, quod nunc typis impressum ad EE. W. huic folio adnexum mittitur.

Quare, etc.

Et Emi Patres, in congregatione plenaria diei **14** decembris **1912,** rescribendum censuerunt:

Ad L Attentis omnibus, *negative.*

Ad **II.** et **III.** Provisum in primo.

Romae, e Secretaria S. C. Concilii, die **31** ianuarii **1913.**

I. Grazioli, *Subsecretarius.*

VOTUM CONSULTORIS.

1. Occasione sententiae a S. Romana Rota prolatae die **9** ianuarii **1912,** ac publicatae in *Act. Apost. Sçdis,* vol. **IV,** pag. **249** seq., circa valorem incardinationis clerici in aliquam dioecesim, quae declarata est invalida ob defectum formae praescriptae in decreto *A primis* huius S. C, ab episcopis Americae septentrionalis dubitari coeptum est de valore aliarum incardinationum in illis dioecesibus factarum, in quibus omnia et singula decr. *A primis* requisita non fuerunt observata, praesertim iuramentum ab incardinando emittendum.

2. Nominatim episcopus Bismarckiensis ad Delegatum apostolicum Washingtoniensem ea de re scripsit, referens in sua dioecesi plures adesse sacerdotes qui in eam incardinati sunt quin praescriptum iuramentum praestiterint, atque inde a Delegato apostolico triplici dubio responsum postulabat:

I. An episcopus ius habeat declarandi invalidas tales incardinationes.

II. Quatenus affirmative, an sacerdotes ita invalide incardinati debeant reverti ad dioecesim ex qua excardinati fuerunt.

III. An episcopus qui excardinationem dedit, possit obligari ad illos recipiendos. —

Quae dubia a memorato Delegato apostolico ad hunc S. O. fuerunt transmissa, hoc addito opportuno monito : « È da ritenersi per certo che « anche in molte altre diocesi degli Stati Uniti, siano stati incardinati « sacerdoti senza far loro emettere il giuramento della Costituzione *Spe- « culatores* e del decreto *A primis,* e che i vescovi intendano valersi di « tale omissione per disfarsi di quelli che non hanno fatto buona prova ».

3. Ut breviter circa proposita dubia meum votum pro m am, quod ad primum quaesitum attinet, res videtur pendere ab illa quaestione, utrum modus incardinationis decreto *A primis* praescriptus, sit substantialis, ita ut incardinatio aliter facta non tenebat. Sententia quidem S. Rotae in citata causa Londonensi, quae hisce dubiis occasionem praebuit, hoc pro certo videtur habere, quippe hoc ipsum tamquam fundamentum iuri-

dicum decisionis allegatur. Non omnes quidem rationes ibidem adductae eamdem videntur habere vim probativam, sed de re ipsa non videtur posse esse dubium, quin in memorato decreto *A primis,* licet desint expresse clausulae irritantes, incardinatio aliter quam numero secundo praescribitur facta, penitus irritetur.

Nam profecto in foro ecclesiastico *non absolute* recepta est R. I. 64, in Sext. prout sonat: « Quae contra ius fiunt, debent utique pro infectis « haberi » ; sed potius attendendum est principium Innocentii III, cap. 16, X, *De regular.* (III, 31): «Multa fieri prohibentur, quae si facta fuerint, « obtinent roboris firmitatem » scil. si desit expressa clausula irritans (D'Annibale, *Theol, mor.,* v. I, n, 210, not. 4; Wernz, *Ius Decret,* v. I, n. 50, not. 35, n. 110; Reiftenstuél, in tit. II, *De Const.*, n. 246 sq.; Suarez, *De legibus,* lib. V, c. 25, c. 29, n. 4, 5).

4. At pariter omnes Auctores conveniunt quod, quando lex ecclesiastica praescribit formam actus, ea non servata, actus, sua forma carens, irritus est. D'Annibale, loc. cit., n. 210, 211, 213. Ita Reiffenstuel, loc. cit., n. 243: « Irritatio actus alia est *implicita,* alia *explicita.* Et « quidem irritatio explicita dicitur, quae fit verbis claris et expressis, « ut si lex dicit: "si secus fìat, omni careat robore firmitatis,,, ***G***. *Decet,* « § fin., *De Immunit. Eccl.,* in Sext., aut " irritum sit et inane „. Glem., 2, *« De rebus Eccl. non alien.* - Irritatio *implicita* est, quae fit per verba « aequipollentia, ut fit quando *certa forma praescribitur* actui sive con« tractui. Nam quia forma dat esse rei, consequenter ea deficiente cor« ruit actus ».

5. Porro decretum *A primis, n.* 2, sensu obvio intellectus, formam actus praescribit, in eum praecise finem ut *controversiis et abusibus* occurreretur, ut ibidem dicitur, quae praecedenti tempore passim oriebantur ex non observatis cautionibus in decreto pro futuro tempore statutis; qui finis cum minime obtineretur per legem mere praecipientem, prona est consequentia, legislatorem, dum actus solemnia praescripsit, eiusdem formam assignasse.

6. Concilium quidem plenarium Baltimorense III pro Statibus Foederatis Americae septentrionalis admiserat praeter incardinationem *formalem,* aliam praesumptam (n. 66), quae habetur dum episcopus clericum excardinatum ab alia dioecesi et in sua admissum post triennium vel quinquennium probationis (quod debet praecedere incardinationi formali, ibid., n. 63), omiserit actum formalis incardinationis, seu incardinationis decretum.

At post publicatum decretum *A primis* ortum est dubium, an per illud fuerit derogatum memoratae dispositioni Conc. plen. Baltimorensis;

quod dubium ab hoc S. O. fuit decisum *(Acta Sanctae Sedis,* vol. 39, pag. 486 sq.). Sed maximi momenti est accurate referre ipsum dubium eiusque solutionem. Dubium ergo fuit ita propositum:

« Si domanda se in forza del detto decreto del Concilio, il quale « richiede 1' incardinazione *in scriptis,* sia restato annullato il decreto «del Concilio di Baltimora, che ammette *V incardinazione presunta,* ed « in caso affermativo, se detta legge abbia vigore retroattivo riguardo « a casi quando il triennio o quinquennio di prova, secondo il detto « Concilio di Baltimora (n. 62, 63), sia già spirato prima dell'emanazione « del citato decreto della S. C. del Concilio ».

Et responsio fuit: « Ad I: *affirmative,* ad II: *negative».*

7. Per talem decisionem quoad ius particulare per Conc. Baltimorense inductum, solum constat fuisse illi iuri derogatum *relate ad admissionem incardinationis praesumptae* seu sine documento scripto factae post certos annos probationis in sacro ministerio: « Qui eo elapso tem« pore, ut ibi statuitur, clericum qui dioecesi adscribi petierat, nec for« maliter admittit nec admittere plane diserteque recusat, iure praesu« mitur adscripsisse ».

At quoad alteram incardinationem ordinariam et formalem in eodem Concilio Baltimorensi admissam ac variis cautionibus munitam ac sapienter ordinatam, ex memorata decisione huius S. C. non constat praefatum decretum Baltimorense fuisse abrogatum. Sane decretum *A primis,* de incardinatione agit in ordine praesertim ad Ordines recipiendos; decretum vero Baltimorense refertur ad *sacerdotum* incardinationem, quae ibidem apte ordinatur requisitis etiam pluribus conditionibus (v. gr. quoad probationem praemittendam), quam quae decreto *A primis* exiguntur. Scripto enim fieri praecipitur, et solum difficultas in casu fit quoad emissionem iuramenti *ad instar* Constitutionis *Speculatores,* quod in pluribus casibus dicitur fuisse omissum. Iam vero defectus solius iuramenti non videtur certo invalidam reddere incardinationem; nam argumenta quibus id probat Rota in citata causa Londonensi non sunt convincentia, iuramentum namque in Const. *Speculatores* non requiritur ad *valide* acquirendum domicilium, quae est res in iure inaudita, sed ad acquirendum *domicilium qualificatum* quod requiritur ut episcopus *legitime* ordinet subditum ratione domicilii. At hic agitur de incardinatione *sacerdotis* iam ordinati, relate ad quam iuramentum potius simpliciter praecipitur, seu imponitur ut obligatio suscipienda ab incardinando, non exigitur ut conditio sine qua non ad valorem incardinationis. Qua in hypothesi iuramentum potius videtur dicendum esse implicite inclusum in ipsa incardinatione; quemadmodum votum casti-

fatis implicite includitur ex lege Ecclesiae in susceptione primi Ordinis sacri. '•'

8. Praeterea illa causa Rotale refertur ad dioecesim Canadiensem, in qua non viget ius Conc. plenarii Baltimorensis, quod vim habet in solis dioecesibus Statuum Foederatorum, pro quibus illud ius fuit specialiter recognitum a S. G. de Prop. Fide.

9. Insuper, ad maiorem abundantiam iuramentum, etsi fuerit Omissum in actu incardinationis, ex iure particulari dioecesum Statuum Foederatorum, *ipso iure suppletur.* Nam ibidem generatim ordinatio fit titulo missionis; porro ipsum Concilium Baltimorense n. 66 statuit in taliter ordinato: *Iuramenli^m praestitum in aliena dioecesi censetur pro nova esse servandum.* Iam vero ini'hypothesi talis dispositionis, obligatio iuramenti, etsi in actu incardinationis expresse non emissi, adest; ac proinde in casu non deest etiam in hac parte substantia rei praescriptae.

10. Dum ergo quaeritur an episcopus possit declarare invalidas incardinationes factas non praestito iuramento : cum ex disputatis illae incardinationes quoad alia, quae sola videntur esse substantialia, sint factae ad normam decreti *A primis,* immo observatis etiam aliis conditionibus in Concilio Baltimorensi requisitis; et iuramentum ex dictis aequivalenter saltem adsit; putarem respondendum : *negative.*

11. *Nota:* Quodsi argumenta facta non convincerent, putarem tamen interim, dum expectatur novus Codex, in quo sine dubio de hac re curabitur, spectata perturbatione quae ex responso affirmativo ex relatione Delegati apostolici induceretur, potius 'abstinendum esse a tali responso affirmativo dando.

12. II-III. Cum secundum et tertium dubium dependeant a responso affirmativo dato in primo; si huic detur propositum responsum negativum, consequenter ad II et III esset respondendum : *provisum in primo.*

13. Aliquid tamen in particulari de II et III dubio videtur esse directe proponendum.

Sane licet verum esset incardinationes de quibus in casu agitur, validas non fuisse, non inde sequeretur sacerdotes ita invalide incardinatos *debere* reverti ad dioecesim ex qua excardinati fuerunt, aut *absolute et simpliciter* posse cogi eorum episcopum ad illos recipiendos.

Nam primo nullibi est prohibitum in iure, ne sacerdos aliquis de consensu proprii Ordinarii suum'ministerium praestet in aliena dioecesi ab huius episcopo admissus; quin potius est positive permissum, ut unus Ordinarius alteri indigenti" subsidium sacrorum ministrorum praebere possit. Nec est necesse ad^hoc demonstrandum, ut recurratur ad ius commune, cum habeamus hac in parte ius particulare illius regionis

a Conc. plen. Baltimorensi sancitum et a sancta Sede recognitum; ita namque in memorato Conc. n. 69 edicitur: « Quae de sacerdotum excor- ie poratione et in aliam dioecesim adscriptione definivimus, nullatenus «obstant consuetudini, iuxta quam episcopi sacerdotes, si qui in sua « dioecesi satis abundent, egentioribus dioecesibus ad auxilium in cura « animarum ferendum pro longiore etiam tempore concedunt. Quem « morem, uti zeli apostolici indicium, S. Sedes commendavit » *(Instr. S. G. G. ad Conv. Epp. Prov. Mediol.* 1849).

Ergo debitum revertendi non habet per se sacerdos male incardinatus, sed potius ius est episcopo proprio eum revocandi, quam tamen revocationem non debet facere nisi observata aequitate naturali. Quae aequitas non servaretur, si eum revocatum haberet in sua dioecesi otiosum ac sine mediis congruae sustentationis, dum in dioecesi in qua *male* incardinatus est, ob defectum alicuius requisiti essentialis, naviter, approbante eius dioecesis episcopo, in salutem animarum laboräret. Qua in hypothesi *obligatio* revertendi ad propriam dioecesim pro tali sacerdote asserta, in ipsius sacerdotis damnum et in detrimentum salutis animarum redundaret. Atque haec quoad secundum dubium in hypothesi quod primo daretur responsum affirmativum, seu incardinationes in casu invalidae declararentur. -

14. Quod vero attinet ad tertium, seu ius episcopi male incardinantis sacerdotem remittendi, et consequens inde obligatio episcopi proprii eum recipiendi, res etiam videtur decidenda non spectato tantum stricto iure, sed etiam secundum naturalem et canonicam aequitatem.

Sane de stricto iure remittendi ad suam dioecesim sacerdotem non rite incardinatum non potest esse dubium. At summum ius non raro est summa iniuria, et aequitas naturalis et canonica postulat ut qui sentiat commodum sentiat etiam incommodum, nec beneficia grato animo accipiuntur si pro bonis acceptis retribuantur mala.

Porro vidimus esse actum caritatis et zeli a S. Sede commendatum, si episcopus qui sacerdotibus abundat, alteri episcopo indigenti aliquem sacerdotem seu operarium concedit. Si ergo hic esset casus in Statibus Foederatis, circa quem proponitur dubium, evidenter violaretur naturalis et canonica aequitas ab illo episcopo .qui ab alio in auxilium curae animarum postulasset sacerdotem, atque sacerdotem ita obtentum vellet solum retinere quamdiu ipsi inservit, et|id proprium episcopum remittere quando non inserviat: et quod peius esset, si post plurimos annos laudabilis servitii, tum demum remitieret ad proprium episcopum, cum sacerdos, aut lapsus est in delicta, aut saltem difficilis conditionis factus fuerit.

15. Ergo in hypothesi, quod i dubio non daretur propositum responsum negativum, in tertio dubio non esset dandum responsum simpliciter affirmativum, sed esset respondendum: *affirmative, servata tamen naturali et canonica aequitate.*

Atque haec habui quae circa proposita dubia dicerem, salvo meliori iudicio.

PETRUS YIDAL, S. L, *Consultor.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM.

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KAFFA MERIDIONALI ERIGITUR.

Quo uberes salutis fructus in Apostolico inter populos Galla Vicariatu adhuc suscepti laetius in dies augeantur, cumque propitia dilatandae fidei ibidem non desint auspicia, opportunum consilium visum est ab eodem Apostolico Vicariatu, curis concredito Ordinis Minorum Gapuccinorum, territorium ad occidentales oras, dissito tractu iacens, distrahere ac in separatam missionem erigere. Emi itaque Patres sacrae huius Congregationis Christiano Nomini Propagando, in plenariis comitiis die 20 vertentis mensis ianuarii habitis, novam Apostolicam Praefecturam, de Kafla meridionali nuncupandam, alumnisque Instituti Taurinensis a Consolata pro missionibus ad exteros tradendam, erigere censuerunt, sequentibus statutis limitibus:

Ad Boream Baro flumen a confiniis anglo-aethiopicis ad eius fontes in monte Secia, deinde flumen Goggeb a fontibus ad eius influxum in Omo, et latitudinis gradus qui, exinde procedens, pervenit usque ad montes Arussi.

Ad Orientem displuvium aquarum inter flumina quae hinc in lacus Margherita, Ciamò et Stefania, illinc in Indicum Oceanum influunt.

Ad Meridiem linea quae coniungit praedicti displuvii terminum cum litore orientali laci Rodolfo ubi a 4° latitudinis borealis gradu secatur.

Ad Occidentem demum priores fines Apostolici inter populos Galla Vicariatus, nunc per praesens decretum inno van tur et ad confinia civilia anglo-aethiopica, inter lacum Rodolfo et flumen Baro interiecta, proferuntur.

Quam sententiam Ssmo Domino nostro Pio, div. prov., Pp. X per infrascriptum eiusdem S. Congregationis Secretarium, in audientia die 27

praefati mensis habita, relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobavit ratamque habere dignata est ac praesens ea de re Decretum confici mandavit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 28 ianuarii, anno 1913.

Fr. **H. M. CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

L.ÜBS.

C. Lamenti, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

DECRETUM

DE CAUSIS SERVORUM DEI PROCEDENTIBUS PER VIAM CASUS EXCEPTI, QUARUM DISCUSSIO, EDITO DECRETO « CUM IN AGENDIS » 11 NOVEMBRIS 1912, SUSPENSA FUIT DE MANDATO SANCTISSIMI.

Edito Decreto *Cum in agendis* die 11 novembris superioris anni, quo sanctissimus Dominus noster Pius Papa X iudicialem ordinem sancivit servandum in Causis Servorum Dei procedentibus per viam Casus excepti, cum Sanctitas Sua mandasset, ut suspensae manerent Causae omnes eius generis quae apud sacrorum Rituum Congregationem agi coeperant, non exclusa Causa Servi Dei Isnardi ex Ordine Praedicatorum, Beati nuncupati, donec ipsa Sanctitas Sua eminentissimo Cardinali eidem Congregationi Praefecto, vel eiusdem Congregationis Secretario, mentem suam aperiret: cumque interea nonnulli Postulatores per infrascriptum Secretarium supplicibus votis ab ipso sanctissimo Domino nostro quaesissent, an sibi liceret prosequi Causas ante memoratum Decretum inclioatas, easque ad finem perducere veteri procedendi ordine servato; Sanctitas Sua negativum dedit responsum.

Ex speciali vero gratia concedendum esse duxit, ut resumi possint illae Causae quae, quamvis tractatae iam fuerint apud sacrorum Rituum Congregationem, nondum tamen ad exitum pervenerunt per approbationem vel confirmationem Sanctitatis Suae: et illae praeterea quarum positiones typis impressae traditae fuerunt Promotori Fidei ante promulgationem Decreti memorati, iuxta elenchum ab ipso Promotore confectum et sacrae Rituum Congregationis Secretario exhibitum ; quae

omnes ita pertractandae erunt, ut quadam indulgentia et moderatione adhibita, eiusdem Decreti substantia omnino servetur, hoc tamen pacto ut r

1. Non procedatur ad ulteriora, nisi peractis, more solito, perquisitione et revisione scriptorum, si quae sint.

2. Si post revisionem scripta approbata fuerint, in Congregatione Ordinaria discutiatur Dubium, nisi discussum iam fuerit, « An sententia lata ab Ordinario super Casu excepto confirmanda sit ». Cuius Dubii favorabilis resolutio erit, vel « *Confirmandam esse sententiam, ita ut ad ulteriora procedi possit* », vel « *Sufficienter constare de Casu excepto, ut ad ulteriora procedi possit* », prout res tulerit.

3. Secretarius favorabilem Congregationis resolutionem, ut supra, Sanctissimo referat cum rationum momentis, in compendium redactis, quibus suffragatores innixi sunt; quam Pontifex, si ei visum fuerit, auctoritate Sua confirmabit, iuxta ea quae Ipse constituit in Decreto *Cum in agendis.* Declarat autem Sanctitas Sua vim huius confirmationis, prout ex eodem Decreto eruitur, non eam esse ut censeatur Pontifex illico/ permittere cultum Servi Dei, sed tantum facultatem facere ut ad ulteriora procedatur: cum enim agatur de antiquissimis Causis, eadem Sanctitas Sua non intendit cultum approbare, nisi iudicialiter constiterit de fundamento rationabili cultus nempe de virtutibus Servorum Dei.

4. Si Sanctissimus hanc confirmationem addiderit, mandetur Ordinario, onerata eius conscientia, ut sacrorum Rituum Congregationi significet, an eo loci vigeat fama de sanctitate vitae et virtutibus et miraculis Servi Dei, et quae opera virtutum praecipua a fidelibus, ex traditione, Servo Dei tribuantur; vel an fama sit de martyrio eiusque causa et signis. Postulator autem syllogem virtutum ipsius Servi Dei cum instrumentis, et documentis historicis illius virtutes probantibus tradat Promotori Fidei, qui pro rei veritate relationem faciat; eaque typis impressa eminentissimis PP. Cardinalibus et Praelatis Officialibus distribuatur. Si eminentissimi Cardinales in Congregatione Ordinaria, audito voto Praelatorum Officialium, decernendum censuerint, constare de virtutibus Servi Dei in gradu heroico, eorum resolutio Sanctissimo referatur, ut videat utrum cultus Servo Dei praestitus, sit confirmandus necne.

5. In ceteris omnibus Causis huius generis Decretum diei 11 novembris 1912 ut supra, religiose servetur.

Atque ita servandum Sanctitas Sua censuit, decrevit et mandavit hac die 31 ianuarii **1913.**

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L.©S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IL

DECRETUM SEU DECLARATIO

CIRCA RUBRICAS TIT. X, NUM. 2 ET 5 DE MISSIS VOTIVIS ET « DE REQUIE ».

In nova Rubrica Constitutioni Pianae *Divino afflatu* adiecta Tit. X, num. 2 et 5, « prohibentur Missae votivae privatae seu lectae pro « defunctis, in feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, IL Rogatione num, in vigiliis, et in feria in qua anticipanda vel reponenda est Missa « Dominicae: in Quadragesima vero permittuntur Missae privatae defun« ctorum tantum prima die cuiuscumque hebdomadae libera in kalen« d ario ecclesiae in qua Sacrum celebratur ».

Nunc vero ad dirimendas quaestiones nonnullas huic S. Congregationi propositas circa applicationem praefatae Rubricae quibusdam Missis votivis privilegiatis tum in Ecclesia universali, tum certis in locis per Indultum apostolicae Sedis concessis, firmis manentibus legibus et privilegiis Missas solemnes seu in cantu respicientibus, quoad Missas privatas lectas sequentia decernuntur et declarantur:

I. Privilegium Missae votivae lectae, de speciali gratia nonnullis Sanctuariis concessum, ita ut celebrari possit in duplicibus I. et IT. classis, seu etiam II. classis tantum; et privilegium Missae votivae Ss. Cordis Iesu in prima feria VI cuiusque mensis, permanent in suo robore, etiam in feriis et vigiliis per dictam rubricam exclusis.

II. Privilegium Missae votivae lectae aliquibus Sanctuariis aut aliis ecclesiis vel communitatibus regularibus quocumque modo et titulo concessum, ita ut celebrari queat tantummodo in duplicibus maioribus et minoribus, et exclusis feriis, vigiliis et Octavis privilegiatis, sic erit deinceps applicandum, ut dictae Missae votivae lectae prohibitae sint in omnibus feriis in praefata rubrica enumeratis. Loco tamen huiusmodi Missae votivae, extra feriam IV Cinerum, hebdomadam maiorem et vigilias Nativitatis et Pentecostes, adiungi poterit oratio ipsius Missae votivae, vel in Missa de die post orationem feriae seu vigiliae, vel in Missa de feria seu vigilia ante alias orationes. Quod si adsit specialis concursus populi, unica Missa lecta ex praedictis Missis votivis celebrari poterit, quoties Missa in cantu commode haberi nequeat,

III. Privilegium Missae votivae lectae pro sponsis ita erit applicandum, ut liceat, extra tempus clausum, haec Missa dici etiam in praedictis feriis et vigiliis.

IV. Privilegium Missae pro defunctis lectae aliquibus locis vel Ordinibus concessum ita ut bis vel ter in hebdomada celebrari possit etiamsi occurrat aliquod duplex maius vel minus, in posterum ita erit applicandum, ut intelligatur tantummodo concessum pro diebus in quibus non occurrat aliqua feria aut vigilia, ut supra. Quapropter in huiusmodi feriis vel vigiliis Missae lectae pro defunctis semper prohibitae sunt, exceptis Missis in die obitus vel pro die obitus, in ecclesiis ubi celebratur funus alicuius defuncti cum Missa in cantu; item excepta unica Missa quae pro defuncto paupere celebrari potest iuxta decretum 9 maii 1899, n. 4024; item Missis «quae in sepulcretis celebrantur, ad normam decreti 19 maii 1896, num. 3903; item exceptis Missis lectis in prima die libera uniuscuiusque hebdomadae in Quadragesima iuxta novas rubricas. - Ex indulgentia vero sanctae Sedis habentur adhuc valida, donec expirent, Rescripta quinquennalia, aliquibus dioecesibus et provinciis religiosis exteris nuper concessa, celebrandi bis in hebdomada Missas lectas de Requie in die obitus seu depositionis, tertio, septimo, trigesimo et anniversario.

Contrariis non obstantibus quibuscunque, die 8 februarii 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

L1MBURGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (TEICHERT-WILHELM).

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 2 mensis ianuarii 1913, RR. PP. DD. Fridericus Cattani, Antonius Perathoner, Ponens, *et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* Limburgen. - Nullitatis Matrimonii, *inter* Aemilium Iacobum Teichert *appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem ex officio deputatum, sac. Carmelum Conte, advocatum, et* Elisabetham Wilhelm, *contumacem, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Aemilius Iacobus Teichert, civis catholicus vici Lorsbach, semper, ut ipse narrat, ex quo de nuptiis cogitare coepit, propter peculiares

circumstantias, firmissimam habuit voluntatem nonnisi cum virgine, nunquam vero cum persona iam deflorata, matrimonium ineundi.

Qua de causa cum mense novembri 1907, post initas secundas nuptias matris suae, solus in domo exsistens, de matrimonio contrahendo cogitaret, puellam sibi optime commendatam, Elisabetham seu Elsam Wilhelm, quam tamen iam cum alio iuvene de matrimonio ineundo tracta visse sciebat, sic allocutus est: « Elsa, ego numquam puellam « ducam quae iam cum alio commercium carnale habuit. Habuistine « hoc? » Respondit ipsa: « Non, numquam ».

Cui assertioni fidem exhibuit Iacobus noster nec postea hac de re inter sponsos sermo fuit. Die 1 februarii 1908, matrimonium in ecclesia parochiali, dispensatione supra impedimento mixtae religionis (Elsa enim protestanticae adhaerebat religioni) rite obtenta, celebratum est. Sed ecce post tres fere menses - sub fine mensis aprilis - mulier marito-vespere ex officina domum redeunti sponte confitetur, se ex copula cum quodam Hahn, fabro, gravidam esse. Quo audito, Teichert illico, eodem adhuc vespere, mulierem e domo sua expulit; mox etiam a tribunali civili annullationem contractus civilis petiit, et die 5 ianuarii 1909 obtinuit.

Qua obtenta, Curiam quoque episcopalem Limburgensen] adiit, rogans ut matrimonium suum cum Elsa, etiam quoad vinculum, nullum declararetur, sive ex errore qualitatis in personam redundantis, scilicet virginitatis, sive ex defectu consensus propter appositam et non verificatam conditionem. Curia Limburgensis, processo canonico instituto, per sententiam diei 7 mensis octobris 1910, revera matrimonium in casu declaravit nullum, edicens « constare de nullitate matrimonii et quidem « propter defectum consensus ex parte mariti ».

A qua sententia Defensor vinculi pro munere suo appellavit ad Curiam metropolitanam Friburgensem, quae die 7 februarii 1911 sententiam primae instantiae cassavit, pro nuntiando « non constare de « nullitate matrimonii ».

Unde causa hodie H. S. O. ad quem Actor appellavit, proponitur sub consueta dubii formula: « An constet de nullitate matrimonii in casu?»

Ius quod attinet, RR. PP. DD. praeprimis animadverterunt satis constare, errorem tum solummodo irritare matrimonium, cum est error vel personae, vel qualitatis in personam redundantis, vel qualitatis quae tamquam conditio sine qua non ante nuptias posita sit, vel denique si est error conditionis servilis.

Cum primus et ultimus error extra casum sint, remanet ut inquiratur an adsit error in qualitate in personam redundante, vel error in

qualitate quae tamquam conditio sine qua non posita fuit. Iamvero error in qualitate quae in personam redundat, adest quando erratur in tali qualitate, ob cuius defectum persona oblata non amplius eadem est in cuius matrimonium consentitur. Ad rem Instructio Austriaca, § **14**, hanc statuit regulam: << In personam redundat error in ea tantum qua-
« lítate, qua sola futuri coniugis persona determinatur ». Quam regulam cl. Aichner *(Comp. iur. Eccl.,* ed. **11,** p. 605 seq.) sic interpretatur: « Si
« quis contrahit cum persona quam prius ex visu, auditu, colloquiis non
« cognovit, sed tantum ex certa qualitate ipsi proposita, quae non est
« communis aliis sed individualis alicuius certae et determinatae per-
« sonae, tunc error huius qualitatis refunditur in errorem personae et
« matrimonium dirimit. Ratio est, quia errans, de illa persona quacum
«contraxit, nullam animo informaverat ideam, nisi ex illa qualitate per
« quam persona futuri coniugis unice designata animoque apprehensa
« fuit. Iamvero, quia qualitas ista deest, deest etiam fundamentum cui
« consensus innititur, et obiectum substantiale consensus, ideoque deficit
«ipse consensus. Ex quibus elucet, duo requiri, ut error qualitatis in
« personam redundet: *a)* ut persona circa quam erratur, prius ex visu,
« auditu, colloquiis cognita non fuerit, quod contigit ubi per literas vel
« per procuratorem de matrimonio praevie tractatum est, vel ubi matri-
« monium mediante procuratore contrahitur; *b)* ut eadem persona
« tamquam individuum unice ex certa quadam qualitate (quae tamen
« non adest) denotetur, v. g. si quis consentiat contrahere cum filia pri-
« mogenita comitis N., offeratur autem postea secundogenita aut alia,
« quae primogenitam se simulat. An haec duo requisita adsint, quaestio
« facti est, quae .pro foro externo semper rigorose probari debet ». Eamdem doctrinam tradunt praeter antiquiores canonistas (Cfr. v. g., Reiffenstuel, 1. IV, t. 1, h. 348) etiam recentiores, inter quos Gasparri (II, ed. 3, p. 883) et Wernz (IV, ed. 2, n. 223).

Ex quibus iam patet, quanta sit differentia inter errorem qualitatis in personam redundantis, et errorem simplicis qualitatis, seu qualitatis accidentalis; qui ultimus error regulariter matrimonium non irritat, etsi det causam contractui, et proveniat ex dolo aut simulatione alterius contrahentis.

Adest autem error simplicis qualitatis quoties futurus coniux non unice per qualitatem in qua alter errat, designatur, ut v. g. si quis putat, futuram sponsam esse pulchram, nobilem, virginem, cum est deformis, ignobilis, deflorata (Cfr. Reiffenstuel, P. IV, t. I, n. 349). Rem perbelle illustrat Wernz (L c, nota 6) dicens: « Profecto filia primoge-
« nita principis Monacensis, illa qualitate individuali est certo de termi-

« nata sicuti per nomen et cognomen. At complures filiae eiusdem « patris possunt esse virgines, nobiles, divites; illae igitur qualitates non « determinant unam personam in individuo, et si forte una ex iisdem quali- « tatibus in matrimonio contracto cum certa et determinata persona desit, « matrimonium non irritatur nisi apposita fuerit ut conditio sine qua « non ». Imo error simplicis qualitatis nec tum quidem matrimonium irritat, si probari posset partem errantem nequaquam matrimonium ini- turam fuisse, si qualitatem illam (v. g. sponsae graviditatem ex alio) •cognovisset. Ex quo etiam sequitur, ut cl. Aichner (1. c, p. 606 seq.) optime concludit, «falsam esse aliquorum recentiorum Canonistarum « assertionem, matrimonium semper irritum esse, quod ex errore invin- « cibili et antecedente contractum est cum persona, aut gravi melancholia « morbove insanabili laborante, aut ob crimen aliquod publice castigata. « Nec etiam matrimonii valor afficitur quando sponsa a tertio impraegnata « fuit, sponsoque haec circumstantia in contrahendo non erat cognita. Id « quod etiam ex decisionibus S. C. C. et Rotae Romanae abunde colli- « gitur ». Harum decisionum plures affert Gasparri (1. c, n. 889 seq).

Error tamen circa qualitatem irritat matrimonium, si haec qua- litas praecise posita fuit tamquam conditio sine qua non; ita scil. ut quis intendat non contrahere cum certa persona, nisi ipsi haec vel illa qualitas insit vel absit. Deficiente enim conditione posita, etiam con- sensus deficit, ut unanimiter tradunt doctores. Ut autem iudex eccle- siasticus matrimonium propter conditionem non impletam possit decla- rare nullum, saltem pro foro externo, necessarium est, ut de conditione apposita indubitanter constet. Ad rem Wernz (t. IV, num. 229 haec tradit: « In foro externo, nisi apertissime constet personae qualitatem « fuisse principaliter intentam, locus non datur solutioni matrimonii. « Quare in controversia inter Pignatelli atque Pitonium ea sententia « videtur praeferenda, quae tenet, saltem in foro externo, valorem « matrimonii esse praesumendum, nisi conditio (non verificata) expresse « fuerit addita in ipsa matrimonii celebratione, aut licet antea sit addita « nec in actu celebrationis nuptiarum expressa et iterata, tamen, omnibus « praecedentibus et subsequentibus simul iunctis, nullus sit locus suspi- « candi coniuges a conditione praevie apposita recessisse, sive revocasse « consensum conditionatum ». Et sane ex circumstantiis anteceden- tibus et subsequentibus certo quandoque probari potest praevia appo- sitio conditionis et perseverantia voluntatis, ut demonstratur in causa Cameracen, (coram Perathoner 11 aug. 1910; A. A. S., II, pag. 961 sqq.) quam causam tamen,,, cum a praesenti toto caelo differat, actor in suum favorem invocare nequit.

Hisce in iure stabilitis, *factum quod attinet,* RR. PP. DD. censuerunt iam ex dictis sat superque elucere, in casu nostro non agi de errore circa qualitatem in personam redundantem, sed ad summum de errore circa qualitatem quae posita fuerit tamquam conditio sine qua non. Et revera huiusmodi conditionem ante matrimonium positam fuisse asserit actor. Pluries enim deponit et iuramento confirmat, se duobus circiter mensibus ante matrimonium futurae suae uxori dixisse: « Elsa, ego numquam puellam ducam, quae iam cum alio commercium carnale habuit. « Habuistine hoc? ». Ipsa respondit: « Non, numquam ». Actor porro, cum semper firmissimam habuerit voluntatem numquam contrahendi cum persona deflorata, putat verba sua ad Elisabetham directa continere conditionem irritantem, seu exprimere voluntatem generalem numquam defloratam ducendi, quae voluntas, utpote numquam retractata, matrimonium cum quacumque deflorata nullum efficere debuit.

Verba ad Elisabeth directa certo certius exprimunt firmam actoris voluntatem virginem tantum ducendi, hanc autem voluntatem virtualiter perseverasse non constat. Ipse enim actor fatetur, se semel tantum hac de re cum futura uxore esse collocutum: « Poi io non ho più parlato con lei relativamente a questo argomento ». Nec constat illa verba veram propriamque conditionem sine qua non exprimere, eamque ab actore appositam fuisse. Ipse actor sibi viam praecludit ad hanc condidionem probandam, declarans se hanc conditionem ante matrimonium nemini patefecisse: « Io prima dei matrimonio non ho parlato con néssuno relativamente a tale condizione ». Et iterum interrogatus: « Avete voi prima del vostro fidanzamento esternato mai avanti a delle persone la vostra intenzione di non voler sposare altra ragazza all'infuori di una vergine? Quali persone possono attestare ciò? », respondit: « Io non mi ricordo di aver manifestato tale mia intenzione in presenza « di terze persone, poiché io presi assai rapidamente la decisione dì « sposare ». Et revera testes producti nil aliud afferre valent, quam se audisse de hac conditione ab ipso Teichert et quidem post electionem mulieris e domo, ergo tempore quam maxime suspecto. Quod si iidem, testes deponunt, actorem esse fide dignum ideoque in iudicio falsa iuramento non confirmasse, id quidem admitti potest; nihil enim obstat, quominus Teichert putet, ut post nuptias infelices sponsi saepius sibi fucum faciunt, se posuisse conditionem} dum fortasse expresserit tantummodo propositum seu intentionem non ducendi nisi virginem.

Quod ultimum eo magis praesumi potest, quia Teichert numquam de exsistentia virginitatis in sponsa suspicatus est, et tunc demum ad praetensam conditionem appellavit, quando mulier, post tres fere a matri-

moriio menses, ipsi confessa est se ab alio cognitam fuisse et gravidam evasisse.

Imo nec tunc quidem cogitavit de matrimonio dissolvendo ob conditionem appositam, sed demum postquam a parocho de matrimonii impedimentis edoctus fuit. Conditionem igitur veram propriamque appositam fuisse probari nequit, idque eo minus, quia nonnulla argumenta contra exsistentiam conditionis militare videntur et revera militant.

Praeprimis scil. ante matrimonium noverat Teichert, sponsam suam cum alio viro amoribus induisisse. Ipse enim fatetur: « Quando io entrai « in relazione con Elisabetta Wilhelm, io non conoscevo esattamente « per quanto tempo ella fosse stata in relazione col fabbro Hahn, ma « sapevo tuttavia di certo che ciò era stato per più di un anno ». At haec relatio dubium saltem de sponsae integritate in mente actoris generare, eumque ad ulteriores investigationes de exsistentia qualitatis a se volitae movere debuisset. Actor autem contentus fuit verba supra relata semel proferre, nec sponsam ulterius de hac re interpellavit.

Praeterea mulier rem alio modo exponit quam maritus. Ipsa enim in epistola diei 2 martii 1910 asserit, se amplius non recordari quid Teichert ei dixerit, et relationes suas cum fabro Hahn numquam negasse. Idem mulier confirmat in interrogatòrio diei 30 decembris 1910. Interrogata enim, cur Iacobo Teichert ante nuptias non confessa sit, se cum fabro Hahn relationes habuisse et gravidam esse, respondit: « Teichert mi dimandò se io avessi avuto relazioni col Hahn. Io non dissi « nè sì nè no, ma ho dichiarato che se Hahn ciò avesse voluto e io « non lo avessi fatto, egli sarebbe stato cattivo con me. Teichert non « mi ha domandato se io fossi rimasta incinta di Hahn ». Et interrogata, an Teichert ante desponsationem vel matrimonium ei direxerit verba, « Elsa, ego numquam ducam puellam, quae iam cum alio com- « mercium carnale habuit. Habuistine hoc ? », respondit : « Io oggi non «posso più ricordarmi di ciò che Teichert mi abbia detto tre anni fa ».

Elsa Wilhelm porro asserit, se ante nuptias ignorasse an gravida fuerit nec ne, et medicum demum unum fere post mensem a matrimonio contracto, scil. sub fine mensis februarii, praegnantiam declarasse.

Interrogata demum an Iacobus post separationem de verbis supra relatis (scil. Elsa, ego numquam ducam etc.) cum ipsa collocutus sit, respondit: «Egli mi incontrò in Eppstein e mi disse: "Elsa, io non « posso, lasciarmi unire in matrimonio religioso, se tu in Limburgo non « riferisci al Vescovo, che io ti ho détto ciò „ ». Actor quidem negat se hisce verbis usum esse, admittit tamen se colloquium in Eppstein

cum Elsa habuisse, et ei hac occasione dixisse, se post absolutam causam coram tribunali civili aditurum esse etiam tribunal ecclesiasticum.

In casu igitur actor solus affirmat se conditionem apposuisse, nee ullum huius conditionis appositae testem afferre valet, imo coniugem habet sibi contrariam.

Solius autem actoris confessio, et etiam iuramentum ab eo praestitum in subiecta materia omni valore destituuntur. « Iusiurandum enim », ut ait Instructio Austriaca (§ 169), « a coniugibus praestitum, aeque ac « eorum confessio, probationem de impedimenti exsistentia suppeditare « aut supplere nequit ».

Etiam ex capite *Super eo* (c. 5, X, IV, 13) constat, confessionem quam coniuges in ipsa disquisitione iudiciali faciunt, aut ante illam quidem fecerunt sed post matrimonii quod accusant celebrationem, quatenus contra valorem matrimonii pugnat, omni vi probandi carere.

Iacobus Teichert certe propositum habuit non ducendi mulierem corruptam, et in casu specifico, non ducendi Elsam, s^ scivisset eam esse corruptam. At haec voluntas habitualis nihil prodest ad hoc ut matrimonium quoad vinculum dissolvatur. Nam matrimonium contractum ex errore circa qualitatem dante causam contractui (ita nempe ut ob eum quis contraxit, non contracturus si contrarium sciret) validum est.

« Unde etiam infertur (ait Reiffenstuel, 1. IV, t. I, n. 345) validum « esse matrimonium, quod cum Caia contrahit Titius, putans, velfalso « asserenti credens, eam esse sanam vel virginem vel divitem aut vir- « tuosam, cum tamen esset infirma, corrupta, pauper aut vitiis dedita, « etiamsi talis falsa persuasio fuerit causa quod eam duxerit, non « ducturus si contrarium scivisset ». Praeterea, ut iudex ecclesiasticus possit pronuntiare nullitatem matrimonii, debet ei de exsistentia impedimenti dirimentis constare per probationem plenam et perfectam, qualis est quae fit per duos saltem testes omni exceptione maiores (Cfr. Ferraris, *Divortium* N. 16; Reiffenstuel, 1. IV, t. 19, num. 17). Unus testis, quantumvis habilis, plenam probationem non facit. Ratio est, quia causa dissolvendi matrimonium quoad vinculum est gravissima, et praecaveri debet ne ex collusione partium:dissolutio fiat cum magna irreverentia Sacramenti (Cfr. Maschat, tit. Í9, q. 1).

Iam vero in casu plena probatio conditionis appositae non habetur, quod abunde ex dictis patet. Unde recte iudicavit iudex Friburgensis edicens, « non constare an actor voluntatem suam generalem numquam « ducendi puellam corruptam in foro externo patefecerit, neque constare

« an actor sponsam suam de virginitate interpellaverit, et si interpellavit, « iterum non constare interrogationem Elsae factam habuisse naturam « conditionis sine qua non ».

Quibus omnibus in iure et facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes *negative,* seu *non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronuntiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trid. iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 2 ianuarii 1913.

Fridericus Cattani.
Antonius Ferathoner, *Ponens*
Iosephus Alberti.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

Apud supremum Signaturae Apostolicae Tribunal actae sunt anno 1912 nonnullae causae *reservatae,* quarum sententia definitiva fuit prouti sequitur:

I. **FENABOREN.** - *designationis paroeciae,* sive *Nullitatis sententiae incidentalis Rotalis.*

Proposito dubio: *Sitne nulla sententia incidentalis in casu et sitne locus eius circumscriptione?* Emi Iudices, relatore E. P. D. Basilio Card. Pompilj, sub die 23 martii 1912, responderunt: *Sententiam in casu esse nullam.*

II. **ROMANA.** - *Nullitatis matrimonii,* sive *Nullitatis sententiae Rotalis.* **r**

Proposito dubio: *Sitne nulla sententia Rotalis in casu et sitne locus eius circumscriptam?* Emi Iudices, relatore E. P. D. Basilio Card. Pompilj, sub die 27 iulii 1912, responderunt: *Negative.*

III. **FESULANA.** - *Compositionis (Ex commissione Sanctissimi).*

Propositis dubiis: 1) *An sit locus compositioni in casu?* Et quatenus affirmative: 2) *Qua mensura componendum sit ?* Emi Iudices, relatore E. P. D. Basilio Card. Pompilj, sub die 28 decembris 1912, responderunt: Ad 1um *Affirmative, ad obtinendam contractuum sanationem.* - Ad 2um *Supplicandum Ssmo ut ad compositionem heredes L. B. admittere velit, soluta sex millium libellarum summa.*

IV. **APRUTINA.** - *Privationis beneficii* sive *Nullitatis sententiae incidentalis Rotalis.*

Propositis dubiis: 1) *An querela nullitatis, ob Fori incompetentiam, ab Episcopo Aprutino prolata contra Rotalem interlocutoriam sententiam, die 5 augusti 1911 sustineatur in casu?* Et quatenus affirmative: 2) *An ab hoc supremo Tribunali etiam de causae merito iudicium proferendum sit in casu?* Et quatenus affirmative: 3) *An decretum Curiae Aprutinae diei 17 februarii 1911 sit confirmandum vel infirmandum in casu?,* sub die 28 decembris 1912 Emi Iudices responderunt: Ad 1um *Affirmative, nempe Episcopum Aprutinum in sacerdotem A. 1. via administrativa legitime procedere potuisse.* - Ad 2um *Negative; et sacerdoti A. L, si velit, recursum ad S. Concilii Congregationem patere.*

Praeterea, iuxta Legem Propriam can. 40, tamquam fundamento boni iuris destituti, reiecti sunt recursus in causis quae sequuntur:

I. **NEAPOLITANA.** - *Exsecutionis sententiae* (Decr. diei 3 ianuarii 1912).

II. **DUBLINEN.** - *Remotionis,* sive *Nullitatis sententiae incidentalis Rotalis* (Decr. diei 24 augusti 1912).

III. **CONSTANTINIANA.** - *Diffamationis,* seu *Nullitatis sententiae Rotalis* (Decr. diei 29 decembris 1912).

Romae, ex Cancellaria supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 14 februarii 1913.

Iosephus Adv. Fornari, *S. T. A.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA.

AD R. P. ALFREDUM MARGERIN, RECTOREM CATHOLICAE STUDIORUM UNIVERSITATIS INSULARUM, GRATULANDI CAUSA OB LAETABILES FRUCTUS QUI IBIDEM DOCTORUM AUDITORUMQUE DILIGENTIA COLLIGUNTUR.

Monseigneur,

D'après les rapports autorisés qui Lui ont été faits au sujet de l'Université Catholique de Lille, le Saint-Père Pie X a constaté avec une grande satisfaction l'esprit qui inspire et pénètre l'enseignement donné par ses savants professeurs, la piété et l'amour du travail de ses nombreux étudiants. Ces informations ne pouvaient ne pas être l'objet d'une vive consolation pour l'auguste Pontife, soit à cause de la sollicitude paternelle qu'il témoigne à votre cher pays, soit à cause de l'intérêt tout spécial qu'il porte à la grave question, si agitée de nos jours, de l'enseignement catholique.

Il Lui a été de même particulièrement agréable d'apprendre les succès que les jeunes gens de cet Institut remportent dans leurs examens, et qui honorent à la fois le zèle des maîtres et l'application des élèves. Ces succès sont remarquables dans toutes les facultés: de théologie, de droit, de lettres, de sciences, mais plus encore, semble-t-il, dans la faculté de médecine.

Sa Sainteté n'ignore pas, d'ailleurs, que cette faculté, la seule qui ait pu être instituée en France, compte un nombre considérable de professeurs éminents par leur science et leur expérience professionnelle ; qu'elle dispose de plusieurs hôpitaux, de nombreux dispensaires, où les étudiants, sous la direction immédiate de leurs maîtres, acquièrent facilement et sûrement la science de la chirurgie et de la médecine; qu'elle est munie de musées et de laboratoires nécessaires pour l'étude théorique et les travaux pratiques.

Aussi bien le Saint-Père la recommande-t-Il aux familles chrétiennes de la France entière, et engage-t-il volontiers les évêques à y envoyer de nombreux jeunes gens, qui y deviendront tout à la fois d'habiles médecins, et surtout des catholiques solidement préparés à l'apostolat qu'ils ont le devoir de pratiquer dans l'exercice quotidien de leur noble profession.

Gomme gage de Sa paternelle bienveillance et des faveurs célestes,. Sa Sainteté accorde de tout cœur à vous même, aux professeurs et aux étudiants de l'Université Catholique de Lille la bénédiction apostolique.

Je saisis avec plaisir cette occasion pour vous renouveler, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Le 14 janvier 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Il Santo Padre, con Biglietti della Segreteria di Stato, si è benignamente degnato di nominare:

29 gennaio 1913. — Il Revmo P. Giuseppe Lem ius, degli Oblati di Maria Immacolata, *Consultore della sacra Congregazione dell' Indice.*

— Il Revmo P. Enrico Le Floch, della Congregazione dello Spirito Santo, rettore del pontificio Seminario Francese iii Roma, *Consultore della* sacra *Congregazione degli Studi.*

^— Il Revmo P. Tommaso Pegues, dell' Ordine dei Predicatori, *Consultore della sacra Congregazione dei Sacramenti.*

1 febbraio. — L'Emo sig. card. Pietro Gasparri, *Protettore dell' associazione di Nostra Signora della buona Morte.*

9 febbraio. — Mons. Francesco Ragonesi, arcivescovo titolare di Mira,, *Nunzio Apostolico a Madrid.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

19 ottobre 1912. — Mons. Giuseppe Antonio Ireneo Douville, vicario generale della diocesi di Nicolet.

8 gennaio 1913. — Il Rev. Eugenio Almaráz y Santos, cancelliere arcivescovile di Siviglia.

— Il Rev. Michele Castillo Fosales, provisore della stessa archidiocesi.

22 gennaio. — Mons. Teodoro Weigert, dell'archidiocesi di Vienna.

28 gennaio. — Mons. Luigi Castro, arciprete-parroco nella diocesi di Nicosia.

A

Prelati Domestici di S. S. :

9 gennaio 1913. — Il Rev. Aureliano Sevillano Moro, canonico della Cattedrale di Siviglia.

10 gennaio. — Mons. Terenzio 0'Donnei, vicario generale dell'archidiocesi di Dublino.

11 gennaio. — Il Rev. dott. Federico Speiser, professore nell'Università cattolica di Friburgo.

— Il Rev. Guendelino M. Stulz, dell'archidiocesi di S. Paolo di Minnesota.

— Il Rev. Giovanni J. Slevin, della stessa archidiocesi.

— Il Rev. Francesco Tichy, della stessa archidiocesi.

— Il Rev. Giuseppe Guillot, della stessa archidiocesi.

16 gennaio. — 11 Rev. dott. Tommaso Facta, parroco e vicario foraneo di Racconigi.

22 gennaio. — Il Rev. canonico Leonardo Ruvolo, della diocesi di Mazzara del Vallo.

23 gennaio. — Mons. Fabiano Rohácek, canonico della cattedrale di Brünn.

— Il Rev. Adamo Ott, vicearcidiacono ordinario del distretto di Budapest.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Cameriere Segreto soprannumerario di S. S.:

27 gennaio 1913. — Mons. Nicola Plaurens, della diocesi di Smirne.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

14 gennaio 1913. — Mons. Bruno Kratzig, della diocesi di Trieste.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

4 febbraio 1913. — Il principe Olgierd Alessandro Czartoryski, della diocesi di Posen.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

L'Ordine della Milizia Aurata, detto dello Speron d'oro:

24 gennaio 1913. — A S. A. R. Alfonso di Borbone, conte di Caserta.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

9 gennaio 1913. — Al Sig. Antonio Halcón y Vinent, sindaco di Siviglia.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

15 gennaio 1913. — Al Sig. Giuseppe Suarez-Guanes y de la Borbolla.

La Commenda con placea dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 gennaio 1913. — Al Sig. Giovanni Nepomuceno Waldek, domiciliato a Praga.

22 gennaio. — Al Sig. Francesco dos Santos Pereira de Vasconcellos, della diocesi di Beja.

La Placca dell'Ordine Piano:

25 gennaio 1913. — Al Sig. comm. don Stanislao Ferrante, marchese di Ruffano.

La Placca dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

25 gennaio 1913. — Al Sig. comm. Giovanni Folie, della diocesi di Trieste.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 gennaio 1913. — Al Sig. Vittore Berard, della diocesi d'Annecy.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

8 gennaio 1913. — Al Sig. Luigi Mignot, della diocesi di Viviers.

11 gennaio. — Al Sig. avv. Enrico Barthez, della diocesi di Carcassona.

18 gennaio. — Al Sig. Gioacchino Ramonet, segretario incaricato d'affari di Monaco presso la Corte di Spagna.

— Al Sig. conte Alessandro Skrzynski, già attaché all'ambasciata di Austria-Ungheria presso la S. Sede.

22 gennaio. — Al Sig. dott. Luigi Francesco Roberto Van der Eist, medico a Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordirne di S. Silvestro Papa:

25 gennaio 1913. — Al Sig. Luigi Giuliarini, della diocesi di Cortona,

27 gennaio. — Al Sig. Domenico Amici, dell'archidiocesi di Camerino.

— Al Sig. prof. Cesare Ruggeri, di Roma.

NECROLOGIO.

18 gennaio 1913. — Mons. Giosuè Biechi, vescovo di S. Severino.

4 febbraio. — L'Emo signor cardinale Francesco Saverio Nagl, arcivescovo di Vienna.

7 febbraio, — Mons. Stefano Maria Alfonso Sonnois, arciv. di Cambrai.

14 febbraio. — Mons. Andrea D'Agostino, vescovo di Ariano.

Annus V. - Vol. V. Diei Martii 1913. Num. 3.

ACTiT APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

FACULTAS CONFERENDI GRADUS ACADEMICOS IN IURE CANONICO CONCEDITUR METROPOLITANO SEMINARIO MAIORI MEDIOLANENSI.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Romani Pontifices Nostri decessores, sacrarum disciplinarum custodes et vindices, sedulo studio iugiter advigiJarunt, ut in Ecclesiae spem succrescentes alumni canonicis disciplinis integre ac religiose imbuerentur. Hoc quidem sapienti consilio ducti, praecipuas quasdam studiorum facultates penes episcopalia seminaria erectas, quae vel doctorum fama, vel alumnorum frequentia ceteris praestarent, apostolica auctoritate probarunt, simulque conferendi academicos gradus iure donarunt. Iamvero compertum habemus iam sex ab annis in seminario maiori Mediolanensi, auctore Cardinali Archiepiscopo, canonici iuris facultatatem fuisse fundatam, eamque in praesens adeo florere, ut omnibus nominibus digna sit quae suprema Sedis apostolicae sanctione decoretur. Quare collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Studiorum Congregationi praepositis, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, praesentium tenore, facultatem canonici iuris in maiori Mediolanensi seminario exsistentem, canonice erigimus cum iure conferendi ad nutum sanctae huius apostolicae Sedis academicos gradus et ipsam doctoralem lauream alumnis qui facultatis eiusdem scholas rite celebraverint et, facto prius de sua doctrina periculo, huiusmodi honore digni habiti fuerint. Verum mandamus, ut in usu

ipsius privilegii, conferendi academicos gradus in canonico iure, religiose serventur statuta superenunciatae facultatis, quae, ad Nos transmissa, similiter p%r praesentes apostolica Nostra auctoritate "probamus et sancimus; ita ut ab eorundem statutorum perfecta observantia privilegii ipsius vigor et robur dependeat. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et manere, suosque plenos et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant nunc et in posterum plene suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex tunc et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque omnibus,, speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium, facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xvni decembris **MDCCCCXII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD? MERRY DEL VAL,**
a Secretis Status.

L.)$< S.

ALLOCUTIO

HABITA DIE XXII FEBRUARII ANNI MDCCCCXIII AD CIVES JANUENSES QUI ROMAM AD BEATISSIMI PATRIS PEDES ADVENERA NT, UT DE CIVILIS POTESTATIS IMPROBA VI CONQUERERENTUR, QUA NOVUS ARCHIEPISCOPUS SEDEM SUAM ADIRE PROHIBETUR.

La vostra visita in questa stagione a costo di disagi e di sacrifici,, o figli diletti, Ci *b* di vero conforto, perchè dimostrate con essa di prendere viva parte al Nostro dolore per la grave tribolazione, alla quale è sottoposta, con l'archidiocesi di Genova, la Chiesa cattolica. La vostra presenza infatti Ci assicura che voi siete persuasi, che Noi soffriamo- più di voi per la prolungata vedovanza della Chiesa di Genova, pel bene che viene impedito, e pel male che può derivare dalla mancanza del Pastore, che vegli alla custodia del gregge.

E questo dolore si accresce a dismisura, perchè non sappiamo come recare ad esso il rimedio, non conoscendo i motivi pei quali fu impedita finora la venuta dell'Arcivescovo da oltre dieci mesi da Noi preconizzato; perchè quelli che Ci fecero manifesti i giornali sono tutti a lode del Vescovo, che avrebbe demeritato tale officio, se si fosse altri-

menti contenuto. Fra le amarezze, che si fanno sempre più gravi per la condizione a cui siamo ridotti, la quale diviene di giorno in giorno più insopportabile, abbiamo tollerato in silenzio che, senza legge che lo imponga, si impedisca arbitrariamente per molti mesi ai nuovi eletti il governo delle diocesi. Abbiamo tollerato che si esigesse dai nuovi eletti la dimanda di essere ammessi al possesso dei benefici, ma mai all'esercizio di quel ministero avuto dall'unica autorità che lo poteva conferire. Abbiamo tollerato con pazienza gli attacchi vergognosi della stampa, le calunniose imputazioni, nelle pubbliche assemblee, di nemici delia patria, colla tacita approvazione e qualche volta coll'applauso dei presenti, senza che alcuno di coloro che ne avevano il dovere insorgesse alla difesa; ma non potevamo mai pensare che si arrivasse per la prima volta, nei dieci anni del nostro Pontificato, al punto di minacciare il rifiuto delle temporalità ad un Vescovo da Noi prescelto fra tanti ottimi per una diocesi così importante: Vescovo pei lunghi suoi precedenti riconosciuto in tutto esemplare, da tutti benamato, ed encomiato dalle stesse autorità, che ebbero con lui relazioni d'officio. Ma accettiamo anche questa nuova tribolazione che permette il Signore; non però senza sentire il grave insulto fatto al Capo della Chiesa nella sua divina missione, e non senza protestare contro la violenza a quella libertà e indipendenza, che non ha dagli uomini, ma da Dio stesso.

Voi quindi potete ben credere quanto conforto Ci rechino oggi colla vostra presenza le testimonianze di filiale affetto e di inalterabile devozione, che con voi Ci danno tutti i cattolici della diocesi di Genova. Anzi vi ringraziamo dell'assicurazione che Ci date, e della quale non abbiamo mai dubitato, di essere non solo disposti, ma lieti di accogliere subito fra voi l'Arcivescovo, e di provvederlo generosamente di quanto è necessario alia sua persona, alla sua dignità ed al suo ufficio. Ci rincresce però di non poter oggi esaudire la vostra preghiera, perchè Noi saremmo giudicati come autori di disordini (che studiosamente ecciterebbero i vostri e Nostri nemici) e anche come provocatori di nuove offese, che si preparerebbero alla Chiesa.

Perchè Ci offende ancora l'eco di certi discorsi fatti con sprezzante acrimonia, come Ci è impossibile non manifestare l'impressione penosa degli applausi con cui furono accolti: impressione che ha accresciuto a dismisura il Nostro cordoglio. Questa Nostra pena però non Ci toglie il coraggio e la speranza, perchè in qualunque vicenda abbiamo Iddio che Ci protegge e, a Nostro grande conforto, la preghiera. La preghiera è il principale dovere del cristiano in tutti i tempi, ma specialmente nei difficili e burrascosi. La sacra Scrittura per queste situazioni per-

plesse ha un consiglio, che si trova nelle parole del santo Re Giosafat: quando ignoriamo quello che dobbiamo fare non ci resta che innalzare gli occhi a Dio, da cui solo possiamo avere lumi, ispirazioni e soccorsi: *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad Dominum* (II, *Paral.,* xx, 12).

Oh! non si può sapere nè comprendere quanto valgano le preghiere, le invocazioni e i sospiri dei sacerdoti fervorosi, degli umili leviti, delle vergini consacrate e dei pii fedeli! Preghino pertanto i fanciulli impediti a ricevere la santa Confermazione; gli aspiranti al Sacerdozio, che al termine dei loro studi non possono esser promossi agli Ordini sacri; i sacerdoti, che nel maggiore bisogno restano senza guida, senza maestro, senza consigliere; i figli tutti della archidiocesi, che aspettano il padre, che li diriga, li istruisca e li conforti coll'esempio e colla parola. Preghiamo tutti con quella perseverante fiducia, che ci viene insegnata dal libro di Tobia, perchè per quanto sia il potere, che Dio concede agli uomini, questo non avrà mai la prevalenza contro i suoi decreti e consigli; ed ognuno sia certo, che se Iddio ci tiene nella prova, nella tribolazione e nel castigo, lo fa per condurci alla misericordia, alla liberazione e alla corona, per farci godere il sereno dopo la tempesta, per donarci la gioia dopo il dolore, e dopo le lagrime il gaudio *(Tob.* III, 20, 21, 22).

Questa è la raccomandazione, che facciamo a voi tutti, figli diletti, e che voi porterete ai vòstri concittadini e condiocesani, ai quali, come a voi, impartiamo di cuore l'apostolica benedizione.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DECRETUM.

ECCLESIA S. APOLLINARIS CONCREDITUR RECTORI TEMPLI SANCTISSIMAE TRINITATIS PROPE CURIAM INNOGENTIANAM, CUIUS ITEM TEMPLI ET ONERA SUSCIPIET ET TITULUM SUO AD1UNGET.

Apostolicae Sedi significatum nuper est a rectore templi sanctissimae Trinitatis apud -Curiam Tnnocentianam, vulgo *Monte Gitorio,* propter indictam publicae rei causa alienationem, se cogi sacram illam aedem coniunctamque domum relinquere, ubi multa decursu

temporis inducta sunt pia opera et onera, maxime vero stati per annum secessus clericis ad sacros Ordines promovendis, a nobili femina duce d'Aiguillon instituti saeculo xvn, deinde a Summis Pontificibus rati habiti et confirmati, praesertim a sa. me. Pio PP. IX apostolicis litteris datis die xi mensis octobris anno MDCCCLXVII.

Ob haec admotae ab eodem rectore sunt preces Ssmo Domino nostro Pio PP. X, ut sibi suisque in munere successoribus templum aliud aliasque assignaret aedes, in eaque dignaretur instituta et onera illa apostolica auctoritate transferre. Cum vero idem Ssmus Dominus commodiorem aptioremque Seminario Romano sedem exstruendam constituerit in adiacentibus Lateranensis Basilicae locis, ubi aedium amplitudo et opportunitas necessitatibus praesentium studiorum felicius respondeat, ideoque S. Apollinaris templum continentesque aedes, quae huc usque propriae Seminarii fuerunt, ad alium usum destinari iam possint; cumque praeterea Cardinalis in Urbe Vicarii et officiorum dioecesanae Romanae Curiae sedibus longe providerit melius; censuit votis postulantis annui posse, eidemque S. Apollinaris ecclesiam addici una cum ea parte continentium aedium, quae quoquoversum viis circumscribitur publicis, usque ad arcum uti vocant S. Augustini, quaeque in praesenti partim Seminario, partim officiis Vicariatus in Urbe usui est.

Quamobrem, omnibus diligenter perpensis, motu proprio et ex certa scientia, suppleto etiam, quatenus opus sit, quorum intersit, vel suo interesse praesumant assensu, Ssmus Dominus noster praesenti Consistoriali decreto pia opera, instituta et onera, quae in memorata ecclesia Ssmae Trinitatis exstant, una cum eiusdem titulo, iuribus ac privilegiis omnibus ad S. Apollinaris transfert, ibique in perpetuum constituit. Decernit autem ut, effecta translatione, Ravennatis Episcopi et Martyris templum hoc novo titulo decoretur: « Trinitati Augustae, in honorem Apollinaris E. M. »; eiusque ecclesiae regimen et cura, vi praesentis decreti, suscipiatur ab eo sacerdote qui modo rectoris munere fungitur ecclesiae Ssmae Trinitatis, imposita eidem ac successoribus eius legitimis obligatione satisfaciendi omnibus oneribus quae utriusque separatae ecclesiae erant propria. Utque haec fieri facilius, ac potissimum ut haberi possint ibidem piae exercitationes clericis ad sacros Ordines provehendis, aedium partem, quam diximus usui esse in praesens Seminario Romano et Vicariatui, rectori ecclesiae Trinitatis augustae et S. Apollinaris attribuit. Quia vero eidem rectori pro alienatione domus et ecclesiae Ssmae Trinitatis apud Innocentiánam Curiam congrua pecunia numerabitur, idcirco statuit Ssmus Dominus, ut haec pecunia in novas Seminarii Romani aedes apud Lateranensem Basilicam exstruendas Con-

feratur, et idcirco a rectore ecclesiae Ssmae Trinitatis illico remittatur personae a Se ad hunc finem designandae. Idem denique iussit praesens Consistoriale Decretum perinde valere ac si apostolicae sub plumbo litterae expeditae forent, non obstantibus quibuslibet, etiam specialissima mentione aut derogatione dignis.

Datum ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die xxv mensis ianuarii, anno **MDCCCCXI.**

C. **CARD. DE LAI,** *Secretarius.*

L.i$iS.

Carolus Perosi, *Substitutus.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

DE MONIALIUM ET SORORUM CONFESSIONIBUS.

Cum de sacramentalibus Monialium et Sororum confessionibus moderandis plures ad hunc diem, ex re et ex tempore, iussae sint leges, eas, aliqua ex parte immutatas et apte dispositas, visum est in unum colligere Decretum, prout sequitur:

1. Unicuique religiosae communitati tum Monialium tum Sororum, regulariter, unus dumtaxat detur Confessarius ordinarius: nisi ob magnum ipsarum numerum, vel aliam iustam causam, alterum vel plures dari oporteat.

2. Confessarius ordinarius, regulariter, non ultra triennium in hoc munere permaneat. Episcopus tamen seu Ordinarius eum ad secundum, immo etiam ad tertium triennium confirmare poterit:

a) si ob sacerdotum ad hoc officium idoneorum penuriam aliter providere nequeat; vel

b) si maior Religiosarum pars, earum quoque quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, in eiusdem Confessarii confirmationem, per secreta suffragia, convenerit; dissentientibus tamen, si velint, aliter providendum erit.

3. Pluries in anno, unicuique religiosae communitati detur Confessarius extraordinarius, ad quem omnes Religiosae accedant oportet, saltem ut benedictionem accipiant.

4. Unicuique domui religiosae aliquot ab Ordinario sacerdotes •deputentur, quos Religiosae in casibus particularibus, confessionis peragendae causa, facile vocare queant.

5. Si qua Religiosa, ad animi sui quietem et maiorem in via Dei progressum, aliquem specialem Confessarium vel moderatorem spiritualem postulet, erit facile ab Ordinario concedendus; qui tamen invigilabit ne ex hac concessione abusus irrepant: quod si irrepserint, eos caute et prudenter eliminet, salva tamen conscientiae libertate.

6. Si Religiosarum domus Ordinario loci subiecta sit, hic eligit sacerdotes a confessionibus tum ordinarios tum extraordinarios; si vero Superiori regulari, hic Confessarios Ordinario loci praesentet, cuius est iisdem audiendi confessiones potestatem concedere.

7. Ad munus Confessarii sive ordinarii, sive extraordinarii, sive specialis, deputari possunt sacerdotes, tum e Clero saeculari tum, de Superiorum licentia, e Clero regulari, dummodo tamen nullam habeant in easdem Religiosas in foro externo potestatem.

8. Hi Confessarii, qui annos quadraginta expleverint oportet, morum integritate et prudentia emineant; at Ordinarius, iusta de causa et onerata eius conscientia, ad hoc munus eligere poterit sacerdotes, qui nondum ea aetate sint, modo memoratis animi laudibus excellant.

9. Confessarius ordinarius non* potest renuntiari extraordinarius, et, praeter casus in articulo 2 recensitos, rursus eligi ut ordinarius, in eadem communitate, nisi post annum ab expleto munere. Extraordinarius immediate ut ordinarius eligi potest.

10. Confessarii omnes sive Monialium sive Sororum, caveant ne interno vel externo communitatis regimini sese immisceant.

11. Si qua Religiosa extraordinarium Confessarium expetat, nulli Antistitae liceat, vel per se vel per alios, neque directe neque indirecte, petitionis rationem inquirere, petitioni verbis vel factis refragari, aut quavis ratione ostendere se id aegre ferre; quod si ita se gesserit, a proprio Ordinario moneatur; si iterum id ipsum peccaverit, ab eodem deponatur, audita tamen prius sacra Congregatione de Religiosis.

12. Omnes Religiosae de sociarum confessionibus nullo modo inter se colloquantur, neve eas sorores carpere audeant, quae apud alium, quam deputatum, confessionem peragant; secus ab Antistita vel ab Ordinario puniantur.

13. Confessarii speciales, ad. monasterium, seu domum religiosam vocati, si intelligant Religiosas nulla iusta causa vel necessitatis vel utilitatis spiritualis ad ipsos accedere, eas prudenter dimittant. Monentur praeterea omnes Religiosae, ut facultate sibi concessa specialem

petendi Confessarium sic utantur, ut, rationibus humanis sepositis, tantummodo spirituale bonum et maiorem in religiosis virtutibus progressum intendant.

14 Si quando Moniales aut Sorores extra propriam domum, quavis de causa, versari contigerit, liceat iis in qualibet ecclesia vel oratorio, etiam semipublico, confessionem peragere apud quemvis Confessarium pro utroque sexu adprobatum. Antistita neque id prohibere, neque de ea re inquirere potest, ne indirecte quidem; Religiosaeque nihil Antistitae suae referre tenentur.

15. Moniales omnes aut Religiosae, cum graviter aegrotant, licet mortis periculum absit, quemlibet Sacerdotem ad confessiones excipiendas adprobatum arcessere possunt, eique, perdurante gravi infirmitate, quoties voluerint, confiteri.

16. Hoc Decretum servandum erit ab omnibus religiosis mulierum familiis, votorum cum sollemnium, tum simplicium, ab Oblatis aliisque piis communitatibus, quae nullis votis obstringuntur, etiamsi Instituta sint tantum dioecesana. Obligat etiam communitates, quae in Praelati regularis iurisdictione sunt; qui nisi fidelem observantiam huius Decreti curet, Episcopus seu Ordinarius illius loci id agat ipse tamquam Apostolicae Sedis Delegatus.

17. Hoc Decretum Regulis et" Constitutionibus uniuscuiusque religiosae familiae addendum erit, et publice legendum lingua vulgari in Capitulo omnium Religiosarum, semel in anno.

Ttaque praerogatis Erñis Patribus Cardinalibus sacrae Congregationis de Religiosis in plenario coetu ad Vaticanum habito die 31 mensis Ianuarii anno 1913, sanctissimus Dominus noster Pius PP. X, referente infra scripto Secretario, hoc Decretum in omnibus adprobare et confirmare dignatus est, et mandare ut in lucem edatur, et ab omnibus ad quos spectat, in posterum apprime servetur.

Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali et individua mentione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 3 mensis februarii anno 1913.

Fr. I. **C. CARD. VIVES,** *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

28 ianuarii 1913. — *Episcopus titularis Thuburbitanus >et Vicarius Apostolicus novi vicariatus de Banguelo in Africa centrali,* R. D. Stephanus Larue, e Societate Missionariorum ad Afros.

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

DUBIA

DE CAEREMONIIS QUIBUSDAM SERVANDIS CORAM AUGUSTISSIMO SACRAMENTO, ADSISTENTE VEL CELEBRANTE EPISCOPO.

Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proposita fuerunt; nimirum:

I. In solemni benedictione cum sanctissimo Eucharistiae Sacramento, quando episcopus assistit cappa indutus, et ponit incensum in thuribulo, debetne etiam ipse thurificare Ssmum Sacramentum ?

II. Si praedicta benedictio solemnis detur post vesperas pontificales, presbyter assistens throno, debetne genuflectere a dextris episcopi in infimo gradu altaris, eique ministrare incensum ac demum porrigere ostensorium pro benedictione impertienda?

III. Si aliquando contingat, ut episcopus Missam pontificalem celebret coram augustissimo Sacramento exposito, debetne ipse canere *Gloria* et *Credo* et legere Epistolam atque Evangelium in throno, more solito, absque mitra?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, propositis dubiis ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative iuxta decretum n. 3035 *Briocen.,* 21 iulii 1855, ad 1.

Ad II. Presbyter assistens accedit ad episcopum tantum pro ministrando incenso et thuribulo ad incensationem; mox locum cedat diacono assistenti qui deinde ostensorium episcopo est porrecturus.

Ad III. Affirmative in casu: sed iuxta morem et consuetudinem ecclesiarum cathedralium et congruenter menti Caeremonialis Episcoporum, lib. I, cap. 12, num. 8 et 9, episcopus se abstinet a celebranda Missa pontificali coram sanctissimo Sacramento publice exposito.

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 8 februarii 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. ® S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charistien., *Secretarius.*

*

II.

RUBRICAE

INSERENDAE RITUALI ET BREVIARIO ROMANO IN OFFICIO DEFUNCTORUM.

Ante Vesperas.

Quoties Vesperae separatim ab Officio divino recitantur, dicitur secreto *Pater* et *Ave;* secus absolute incipitur ab Antiphona: *Placebo Domino* etc.

Ante Matutinum.

Quoties Matutinum delationem cadaveris ad ecclesiam ac Responsorium: *Subvenite,* vel Matutinum diei currentis immediate non sequatur, dicitur secreto *Pater, Ave, Credo;* secus absolute incipitur ab Invitatorio.

Ante IX. Responsorium.

Sequens Responsorium dicitur quando tres tantum Lectiones huius Nocturni dicuntur.

Post IX. Responsorium.

Sequens Responsorium dicitur loco praecedentis, quando dicuntur pro defunctis novem Lectiones.

Suprascriptas Rubricas Rituali et Breviario Romano in Officio defunctorum addendas, ad normam recentium dispositionum et praesertim Decreti *Romana et aliarum* diei 25 octobris 1912, sacra Rituum Con-

gregatio adprobavit et in novis editionibus tum Ritualis tum Breviarii Romani inseri iussit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 februarii 1913.

Fr. S. **CARD. 'MARTINELLI,** *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

INSTRUCTIO

SEU DECLARATIO SUPER KALENDARIA PROPRIIS REFORMANDIS.

Evulgata Instructione sacrae Rituum Congregationis die 23 iulii vertentis anni 1912, quum nonnulli Rmi locorum Ordinarii et Superiores generales Ordinum seu Congregationum religiosarum, -expostulantes reformationem proprii Kalendarii, preces porrexerint haud omnino conformes memoratae Instructioni, sacra Rituum Congregatio, ut labor expeditior evadat, opportunum iudicavit ulteriorem edere instructionem, cui in posterum se conformare debeat quisque Kalendarii reformationem exoptat.

I. Supplex libellus ad S. Rituum Congregationem transmittatur, in quo, consentiente Capitulo ecclesiae cathedralis seu Consilio Ordinis, postuletur ut, relicto Kalendario hucusque adhibito, servari possit Kalendarium Ecclesiae universalis, additis tantummodo festis stricto sensu propriis, quae cum dioecesi aut instituto religioso particularem habeant relationem.

II. Supplici libello addatur elenchus praedictorum festorum, quae sunt stricto sensu propria.

III. In memorato elencho sequentia festa particularia praesertim inserantur:

Pro Dioecesibus :

a) Dedicatio ecclesiae cathedralis, aut omnium ecclesiarum (si collective recolatur),

6) Titulus ecclesiae cathedralis,

c) Patronus principalis dioeceseos, provinciae, nationis,

d) Patronus principalis civitatis episcopalis,

e) Patroni minus principales,

f) Sancti qui in dioecesi orti sunt, vel vixerunt, aut obierunt,

g) Sancti, de quibus habentur corpora, aut reliquiae insignes,

h) Cetera festa, quae cum dioecesi specialem habent relationem.

Pro Ordinibus seu Congregationibus:

a) Dedicatio omnium ecclesiarum (si collective recolatur),

b) Titulus principalis,

c) Sancti fundatores,

d) Sancti qui Ordinis, seu Congregationis, regulam professi sunt,

e) Cetera festa, quae cum instituto religioso specialem habent relationem.

IV. De unoquoque festo sequentia praesertim referantur:

a) Dies, in qua nunc celebratur,

b) Dies natalis, si constet,

c) Ritus, quo gaudet,

d) Relatio cum dioecesi aut Ordine seu Congregatione.

V. Mittatur ad hanc S. C. Proprium Officiorum dioeceseos vel instituti religiosi, et Kalendarium perpetuum hucusque adhibitum, vel saltem, huius loco, ultimus *Ordo divini Officii,* etc. typis cusus.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 12 decembris 1912.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secret.*

IV.

ROMANA.

DE KALENDARIO PRO CLERO ALMAE URBIS.

Emus et Rmus Dnus Cardinalis Petrus* Respighi, in alma Urbe Vicarius generalis et patriarchalis Archibasilicae Lateranensis Archipresbyter, sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam X suppliciter deprecatus est, ut facultatem concedere dignaretur, qua clerus suae ordinariae iurisdictioni subiectus, seposito Kalendario hucusque adhibito, in posterum Kalendario Ecclesiae universalis uti valeat, additis tantummodo quibusdam festis in supplici libello descriptis, specialem cum ipsa alma Urbe relationem habentibus. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, ita precibus annuere dignata est, ut Kalendario Ecclesiae universalis, ab

universo clero saeculari almae Urbis eiusque districtus integre servato, inde ab anno 1914, sequentes tantum fiant additiones et variationes: videlicet:

5	*januarii.*	Vigilia Epiphaniae, *semiduplex.*
11	»	De Octava, *semiduplex.*
16	»	S. Marcelli I Papae et Mart., *duplex.*
27	»	S. Vitaliani Papae et Conf., *duplex.*
28	»	S. Zosimi Papae et Conf. (d. a. ex 26 dec), *duplex.* Comm. S. Agnetis secundo.
30	»	S. Felicis IV Papae et Conf., *duplex.*
3	*februarii.*	B. Gasparis Del Bufalo Conf. (d. a. ex 28 dec), *duplex.* Comm. S. Blasii Episc et Mart.
13	»	S. Gregorii II Papae et Conf., *duplex.*
14	»	S. Antheri Papae et Mart. (d. a. ex 3 jan.), *duplex.* Comm. S. Valentini Presb, et Mart.
15	»	S. Telesphori Papae et Mart. (d. a. ex 5 jan.), *duplex.* Comm. Ss. Faustini et Jovitae Mm.
16	»	S. Agathonis Papae et Conf. (d. a. ex 10 jan.), *duplex.*
17	»	*B.* Gregorii X Papae et Conf. (d. a. ex 10 jan.), *duplex.*
18	»	S. Hygini Papae et Mart. (d. a. ex 11 jan.), *duplex.* Comm. S. Simeonis Episc, et Mart.
19	»	S. Joannis Chrysostomi Episc. Conf. et Eccl. Doct. (d. a. ex 27 jan.), *duplex.*
20	»	S. Martinae Virg. et Mart. (d. a. ex 30 jan.), *duplex.*
25	»	S. Felicis III Papae et Conf., *duplex.*
2	*martii.,*	S. Simplicii Papae et Conf., *duplex.*
4	»	S. Lucii I Papae et Mart., *duplex.*
5	»	S. Casimiri Conf. (d. a. ex 4 huj.), *semiduplex.*
15	»	S. Zachariae Papae et Conf., *duplex.*
28	»	S. Xysti HI Papae et Conf., *duplex.*
29	»	S. Joannis a Capistrano Conf. (d. a. ex 28 huj.), *semiduplex.*
6	*aprilis.*	S. Xysti I Papae et Mart., *duplex.*
7	»	S. Caelestini I Papae et Conf. (d. a. ex 6 huj.), *duplex.*
12	»	S. Jülii I Papae et Conf., *duplex.*
16	»	S. Benedicti Josephi Labre Conf., *semiduplex.*
17	»	S. Aniceii Papae et Mart., *duplex.*
19	»	S. Leonis IX Papae et Conf., *duplex.*
22	»	Ss. Soteris et Caji Pont. et Mm., *duplex.*
26	»	Ss. Cleti et Marcellini Pont. et Mm., *duplex.*

27 aprilis. S. Anastasii I Papae et Conf., *duplex.*
30 » S. Catharinae Senens. Virg., almae Urbis Patron, min. princ, *duplex majus.*
3 maß. Inventio S. Crucis, *duplex 2. ei.* Comm. Ss. Eventu et Theoduli Mm. atque Juvenalis Episc, et Conf.
7 » S. Benedicti II Papae et Conf., *duplex.*
11 » S. Alexandri I Papae et Mart. (d. a. ex 3 huj.), *duplex.*
13 » S. Stanislai Episc, et Mart. (d. a. ex 7 huj.), *duplex.*
14 » S. Paschalis I Papae et Conf., *duplex.* Comm. S. Bonifacii Mart.
21 » S. Felicis a Cantalicio Conf. (d. a. ex 18 huj.), *semiduplex.*
23 » S. Joannis Baptistae de Rossi Conf., *duplex.*
24 » B. M. V. tit. Auxilium Christianorum, *duplex majus.*
25 » S. Gregorii VII Papae et Conf., *duplex.*
26 » S. Philippi Nerii Conf., *duplex 2. ei.*
27 » S. Joannis I Papae et Mart., *duplex.*
30 » S. Felicis I Papae et Mart., *duplex.*
1 junii. S. Urbani I Papae et Mart. (d. a. ex 25 maji), *duplex.*
2 » S. Eugenii I Papae et Conf., *duplex.* Comm. Ss. Marcellini, Petri atque Erasmi Mm.
3 » S. Bonifacii IV Papae et Conf. (d. a. ex 25 maji), *duplex.*
7 » S. Eleutherii Papae et Mart. (d. a. ex 26 maji), *duplex.*
8 » S. Bedáe venerabilis Conf. et Eccl. Doct. (d. a. ex 27 maji), *duplex.*
12 » S. Leonis III Papae et Conf., *duplex.* Comm. Ss. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Mm.
15 » S. Joannis a S. Facundo Conf. (d. a. ex 12 huj.), *duplex.* Comm. Ss. Viti, Modesti atque Crescentiae Mm.
20 » S. Silverii Papae et Mart., *duplex.*
22 » B. Innocentii V Papae et Conf., *duplex.*
23 » S. Paulini Episc, et Conf. (d. a. ex 22 huj.), *duplex.*
25 » S. Gallicani Mart., *duplex.*
27 » S. Gulielmi Abb. (d. a. ex 25 huj.), *duplex.*
28 » S. Leonis II Papae et Conf., *duplex,* Comm. Vigiliae.
29 » Ss. Petri et Pauli App. almae Urbis Patron, princip., *duplex 1. ei. cum Octava.*
Dom. I julii. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C, *duplex 2. cl.* Comm. Dom. ac (nisi occurrat die 7) Octavae.
1 julii. Commemoratio omnium Ss. S. R. E. Summorum Pontificum, *duplex majus.* Comm. Octavae.

.2 *julii.* Visitatio B. M. V., *duplex 2. ei.* Comm. Octavae ac Ss. Processi et Martiniani Mm.

3 » S. Pauli I Papae et Conf. (d. a. ex 28 junii), *duplex.* Comm. Octavae.

4 » S. Irenaei Episc, et Mart. (d. a. ex 28 junii), *duplex.* Comm. Octavae.

7 » B. Benedicti XI Papae et Conf., *duplex.*

8 » S. Hadriani III Papae et Conf., *duplex.*

9 » Ss. Cyrilli et Methodii Episc, et Conf. (d. a. ex 7 huj.), *duplex.*

11 » S. Pii 1 Papae et Mart., *duplex.*

13 » S. Anacleti Papae et Mart., *duplex.*

17 » S. Leonis IV Papae et Conf., *duplex.*

19 » S. Sy m machi Papae et Conf., *duplex.*

21 » B. Eugenii III Papae et Conf. (d. a. ex 8 huj.), *duplex.* Comm. S. Praxedis Virg.

24 » S. Alexii Conf. (d. a. ex 17 huj.), *duplex.* Comm. Vigiliae ae S. Christinae Virg. et Mart.

27 » S. Vincentii a Paulo Conf. (d. a. ex 19 huj.), *duplex.* Comm. S. Pantaleonis Mart.?

28 » Ss. Victoris I Papae et Mart., Innocentii I Papae et Conf., Nazarii ac Gelsi Mm., *duplex.*

29 » S. Felicis II Papae et Mart., *duplex.* Comm. Ss. Simplicii, Faustini et Beatricis Mm.

30 » B. Urbani II Papae et Conf. (d. a. ex 29 huj.), *duplex?* Comm. Ss. Abdon et Sennen Mm.

2 augusti. S Stephani I Papae et Mart., *duplex.*

6 » Transfiguratio D. N. J. C, *duplex 1. cl. cum Octava.*

7 » S. Cajetani Conf., *duplex.* Comm. Octavae et S. Donati Episc, et Mart.

8 » Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mm., *semiduplex.* Comm. Octavae.

9 » S. Xysti II Papae et Mart. (d. a. ex 6 huj.), *duplex.* Comm. Octavae, Vigiliae ac S. Romani Mart.

11 » S. Hormisdae Papae et Conf. (d. a. ex 6 huj.), *duplex.* Comm. Octavarum ac Ss. Tiburtii et Susannae Virg. Mm.

12 » S. Clarae Virg., *duplex.* Comm. Octavarum.

13 » Octava Transfigurationis Domini, *duplex majus.* Comm. Octavae S, Laurentii ac Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.

14	*augusti.*	S. Alfonsi Mariae de Ligorio Episc. Conf. et Eccl. Doct. (d. a. ex 2 huj.), *duplex.* Comm. Octavae, Vigiliae ac S. Eusebii Conf.
16	»	S. Rochi Conf., *duplex.* Comm. Octavarum.
18	»	S. Hyacinthi Conf. (d. a. ex 16 huj.), *duplex.* Comm. Octavae ac S. Agapiti Mart.
19	»	S. Elisabeth Reg. Vid. (d. a. ex 8 jul.), *semiduplex.* Comm. Octavae.
23	»	S. Philippi Benitii Conf., *duplex.*
24	»	S. Marthae Virg. (d. a. ex 29 jul.), *semiduplex.* Comm. Vigiliae.
25	»	S. Bartholomaei Apost., *duplex 2. cl.*
26	»	S. Zephyrini Papae et Mart., *duplex.*
1	*septembris.*	S. Ludovici Regis Conf. (d. a. ex 25 aug.), *semiduplex.* Comm. S. Aegidii Abb. ac Ss. Duodecim Fratrum Mm.
9	»	S. Sergii I Papae et Conf., *duplex.* Comm. Octavae ac S. Gorgonii Mart.
10	»	S. Hilari Papae et Conf., *duplex.* Comm. Octavae.
11	»	S. Nicolai de Tolentino Conf. (d. a. ex 10 huj.), *duplex.* Comm. Octavae ac Ss. Proti et Hyacinthi Mm.
16	»	Ss. Cornelii Papae et Cypriani Episc, Mm., *duplex.* Comm. Ss. Euphemiae et Socior. Mm.
20	»	S. Agapiti Papae et Conf., *duplex.* Comm. Vigiliae.
23	•»	S. Lini Papae et Mart., *duplex.* Comm. S. Theclae Virg. et Mart.
25	»	Ss. Eustachii et Socior, Mm. (d. a. ex 20 huj.), *duplex.*
26	»	S. Eusebii Papae et Mart., *duplex.* Comm. Ss Cypriani et Justinae Virg. Mm.
5	*octobris.*	S. Gallae Vid., *duplex.* Comm. Ss. Placidi et Socior. Mm.
7	»	S. Marci I Papae et Conf., *duplex,* Comm. Ss. Sergii et Sociorum Mm.
11	»	B. Joannis Leonardi Conf. (d. a. ex 10 huj.), *semiduplex.*
16	»	B. Victoris III Papae et Conf., *duplex.*
25	»	S. Bonifacii I Papae et Conf., *duplex.* Comm. Ss. Chrysanthi et Dariae Mm.
26	»	S. Evaristi Papae et Mart., *duplex.*
5	*novembris.*	Sanctarum Reliquiarum, quae in ecclesiis almae Urbis asservantur, *duplex majus.* Comm. Octavae.
9	»	Dedicatio Archibasilicae Ssmi Salvatoris, *duplex 1. cl. cum Octava.*

10 novembris. S. Andreae Avellini Conf., *duplex.* Comm. Octavae ac Ss. Tryphonis et Socior. Mm.

11 » S. Martini Episc, et Conf., *duplex.* Comm. Octavae ac S. Mennae Mart.

12 » S. Martini I Papae et Mart., *duplex.* Comm. Octavae.

IS » S. Nicolai I Papae et Conf., *duplex.* Comm. Octavae.

lé » S. Josaphat Episc, et Mart., *duplex.* Comm. Octavae.

15 » S. Gertrudis Virg., *duplex.* Comm. Octavae.

16 » Octava Dedicationis Archibasilicae Ss. Salvatoris, *duplex majus.*

19 » S. Pontiani Papae et Mart., *duplex.*

26 » S. Siricii Papae et Conf., *duplex.* Comm. S. Petri Alexandrini Episc, et Mart.

27 » S. Deusdedit Papae et Conf. (d. a. ex 8 huj.), *duplex.*

28 » S. Gregorii III Papae et Conf., *duplex.*

29 » S. Gelasii I Papae et Conf. (d. a. ex 21 huj.), *duplex.* Comm. Vigiliae ac S. Saturnini Mart.

1 decembris. S. Elisabeth Vid. (d. a. ex 19 nov.), *duplex.*

5 » S. Silvestri Abb. (d. a. ex 26 nov.), *duplex.* Comm. S. Sabbae Abb.

9 » S. Eutychiani Papae et Mart. (d. a. ex 8 huj.), *duplex.* Comm. Octavae.

10 » S. Melchiadis Papae et Mart., *duplex.* Comm. Octavae.

11 » S. Damasi I Papae et Conf., *duplex.* Comm. Octavae.

12 » S. Stanislai Kostkae Conf. (d. a. ex 13 nov.), *semiduplex.* Comm. Octavae.

lé » S. Leonardi a Portu Mauritio Conf. (d. a. ex 26 nov.), *semiduplex.* Comm. Octavae.

17 » S. Didaci Conf. (d. a. ex 13 nov.), *semiduplex.*

19 » B. Urbani V Papae et Conf., *duplex.*

30 » S. Dionysii Papae et Conf. (d. a. ex 26 huj.), *duplex.* Comm. Octavarum.

Mandavit insuper Sanctitas Sua, ut huiusmodi Kalendarium cleri Romani adhibeatur tum in Basilicis patriarchalibus Lateranensi et Liberiana, tum in minoribus almae Urbis Basilicis, Collegiatis, ceterisque ecclesiis non exemptis; itemque in dioecesibus et familiis religiosis utriusque sexus, quae sive ex iure, sive ex privilegio, Kalendario cleri Romani utuntur: facta potestate memoratis Basilicis, ecclesiis, dioecesibus et familiis religiosis festa respective propria adiiciendi iuxta

rubricas et decreta, ac praesertim ad normam decreti- *De repositione et translatione festorum in ecclesiis particularibus,* diei 3 maii 1911. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 februarii 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

'•j- Petrus La Fontaine, Episc. Charystien, *Secretarius*

SACRA ROMANA ROTA

" i.

MILETEN.

IURIUM. •

Pio PP. X. feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae ann» decimo, die 16, mense ianuario, anno 1913, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Mileten. - Iurium, *inter* Confraternitatem B. M. Virginis Gratiarum *et* Parochum Arenae *appellantes, repraesentatos per legitimum procuratorem advocatum Nazarenum Patrizi, et* Confraternitatem S. Michaelis, *appellatam, repraesentatam per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Arenae, in oppido Miletensis dioeceseos, duae sunt Confraternitates, quarum una a B. M. V. Gratiarum,- altera a S. Michaele nomen habet.

Illa sedem habet in quodam oratorio, a parochiali ecclesia disiuneto, et regium, quem vocant, assensum obtinuit anno 1776, mense decembri, die vero 9; haec in ipsa ecclesia parochiali sedem obtinet, et regio assensu donata est anno 1777. »

An vero et quonam anno utraque orta sit et canonice erecta, ex actis directe non liquet.

De Confraternitate B. M. Virginis Gratiarum ipsius sodales in documento; quo regius assensus continetur, exposuerunt « qualmente in «detta città sin dall'anno 1722 si trova reintegrata una congregazione «sotto il titolo delle Anime del Purgatorio, la quale fin d'allora viene «governata colle regole riconosciute ed approvate da quel Diocesano «di Mileto ».

De Confraternitate vero S. Michaelis in actis sanctae Visitationis vicariatus Arenarum 1744 legitur: « . . .Visitavit altare sub titulo S. Mi-« chaëlis Archangeli, erectum ab imis ex proprio asse praefati adm. reve-« rendi archipr. (Fr. Dominici Gullà).... In dicto altari est Confrater-« nitas sub instituto Ssmi Sacramenti, et ad praesens regitur per « capellanum eligendum et procuratorem iuxta instructiones canoni-« zatas a Curia episcopali Mileten. ». Archipresbyter vero Gullà in suo testamento, die 7 mense iunio, anno 1764 condito, instituit: « a se « suo erede universale e particolare la cappella dei glorioso principe « S. Michele Arcangelo, eretta ab imis da esso testatore a sue proprie « spese nella sudd. venerabile archiepiscopale e matrice chiesa maggiore « di S. Maria de Latinis di detto luogo, e per essa la Congregazione di « detto glorioso Principe sotto l'istituto del Ss. Sacramento, canonica-le mente eretta - ut ipse ait - da detto Sig. Testatore... ».

Porro hae duae Confraternitates de iuribus, primatu, et praecipue de praecedentia in processionibus theophoricis iam pluribus abhinc annis animose et acriter, ut ex actis coniicitur, inter se se pugnant. Atque dissensiones, discordiae et querimoniae tam antiquae et crebrae sunt, ut anno 1835, die vero 18 martii, quaedam transactio inter ipsas intercesserit; anno dein 1885 Ordinarius Mileten. quasdam ediderit ordinationes, interim differendo ad proximam Visitationem alias dispositiones, quibus utriusque Confraternitatis jura sarcta et tuta evaderent, et postea anno 1889 episcopus De Lorenzo, suo decreto dato die 18, mense decembri, quin de merito iudicaret et Confraternitatum iuribus praeiudicium inferre vellet, severiores ordinationes contra utramque Confraternitatem ediderit, atque exinde anno 1893 eiusdem Episcopi auspicio, alia transactio « a solo oggetto di procurare un modus vivendi « nella ricorrenza della processione del *Corpus Domini* ed in altre cir-« costanze » inter Confraternitates intercesserit; tandem vero hodiernus episcopus Morabito anno 1903 novam consensionem utrique Confraternitati subiecerit.

At quum hisce remediis discordiae finem non haberent, Confraternitas S. Michaelis, per libellum diei °2 novembris 1909 Curiae Mileten, datum, iudicium instituit contra Confraternitatem B. M. Virginis Gratiarum et parochum Arenae.

Favorabilem ipsa sententiam tulit. Nam Tribunal Curiae Mileten., sententia die 2 iulii 1910 lata, haec in parte, ut aiunt, dispositiva statuit :

, « 1° Dichiara proprio della Confraternita di S. Michele Arcangelo « sotto il titolo del Ssmo Sacramento il diritto della precedenza sol-

«tanto nelle processioni del Ss. Sacramento il giovedì della solennità « del *Corpus Domini, e* in tutte le altre processioni del Ss. Sacramento, «come provenienti dalla natura e ragione del titolo di cui si onora.

«2° Dichiara che la stessa Confraternita ha il diritto di proprietà « della statua dell'Immacolata, e il diritto di esporre sul proprio altare « nella sua cappella ed oratorio tanto questa, quanto altre immagini « sacre, se ne abbia, per le funzioni soltanto interne nei limiti che le « vengono consentiti dalla dipendenza che ha dal parroco locale, e con « l'approvazione e licenza della superiore autorità ecclesiastica diocesana.

« 3° Dichiara che la medesima ha il diritto, ad esclusione dell'altra « Confraternita delle Grazie, proveniente dalla consuetudine, dell'acquie- « scenza del parroco locale. . . . e non mai contrastata, di fare le feste « tradizionali di Pasqua, di S. Domenica, S. Caterina Alessandrina, anche « sotto la dipendenza del parroco, a cui appartiensi la moderazione delle « feste suddette e la parte direttiva, e d'intervenire alla processione « delle Palme.

« 4° Dichiara proprio della stessa Confraternita il diritto di fare il « giorno stabilito dallo statuto e nel proprio oratorio, la festa di S. Mi- « chele Arcangelo con le consuete funzioni e processioni. Sarà larghezza « del parroco se le concederà di funzionare, mentre non ha diritto, all'al- « tare maggiore.

« 5° Rigetta la domanda del parroco, colla quale chiede che la Con- « fraternità di S. Michele passi nella chiesa di S. Domenica, avendo essa « Confraternita, se non altro, il trentennale possesso del domicilio nella « chiesa della Parrocchia.

« 6° Conferma la dipendenza di detta Confraternita al parroco « locale, a mente del decreto delia S. Congregazione dei Riti del 10 di- « cembre 1703, ricordando che se le funzioni della Confraternita non « debbono essere di ostacolo alle funzioni parrocchiali, il parroco non « deve ne impedire, nè menomare, nè ostacolare quelle della Confra- « ternita.

« 7° Dichiara che alla Confraternita delle Grazie spetta il diritto della « preèedenza in tutte le processioni, qualora intervenga, che non siano « del Ssmo, proveniente dalla sua anzianità, ma non il diritto di fare « la processione del Ssmo la Domenica immediatamente dopo l'ottava « del *Corpus Domini,* non essendo essa imposta e neppure accennata, « nè nello statuto della Confraternita, nè negli altri pretesi titoli, dai « quali si vorrebbe farla derivare.

« 8° Se per lo passato lo fece qualche volta, è stato per concessione «del Superiore, la quale per una volta o due non può costituire diritto.

« 9° Condanna il parroco D. Domenico Antonio Giamba e la Con-
« fraternità delle Grazie al pagamento delle spese del presente giudizio,
« e compensi di avvocati da liquidarsi dall'estensore ».

Posterius vero die 9 augusti 1910, ipse praeses tribunalis a quo sententia lata fuerat, can. Arch. Mancuso, vicarius generalis, hanc edidit declarationem: « Poiché i dispositivi numeri 3 e 7 della sentenza di « 4-5 luglio 1910 emessa da questa illma Curia nella causa canonica tra « le Confraternite di Arena sono stati interpretati, per come ci viene « riferito, in senso diverso da quello che presentano, richiesti dalle parti, « dilucitando meglio dichiariamo che il dispositivo N. 3 importa: che « la Confraternita delle Grazie non ha nessuna ingerenza nelle feste e « processioni che la Congrega di S. Michele o per ragioni di statuto, o « per diritto acquisito, come sarebbero quelle tradizionali di Pasqua, di « S. Domenica e di S. Caterina, suole celebrare, previo però il permesso « dell'autorità ecclesiastica diocesana.

« Il dispositivo N. 7 della stessa sentenza importa che la Confra-« ternita delle Grazie non ha diritto d'intervenire alle processioni non « sue, e che intervendo alle medesime per invito, ha per ragione del-« l'anzianità la precedenza su quella della Confraternita di S. Michele.

« Si eccettua sempre la processione del Ssmo, nella quale la prece-« denza spelta alla Confraternita di S. Michele per essere questa anche « sotto il titolo del Ss. Sacramento.

« Tolto così qualsiasi dubbio, la sentenza in parola non deve ese-« guirsi se non nel senso sopra dichiarato ».

A sententia Curiae Mileten. appellarunt Confraternitas B. M. Virginis Gratiarum et parochus Arenae, archipresbyter Dominicus Antonius Giamba: et causa nunc nobis definienda venit sub propositis et concordis hisce dubiis:

I. *Num in processionibus, in quibus defertur Ss. Sacramentum, ius praecedentiae competat Confraternitati B. M. Virginis Gratiarum, an potius Confraternitati S. Michaelis, in casu.*

II. *An Confraternitati B. M'. Virginis Gratiarum competat, ius, indicendi processionem Ss. Sacramenti die Dominica immediata post octavam.*

III. *Num et qua ratione Confraternitati B. M. Virginis Gratiarum competat ius interveniendi in processionibus omnibus et absque invitatione ex parte Confraternitatis S. Michaelis ; an secus.*

IV. *Num et qua ratione festa et processiones S. Michaelis, sanctae Dominicae, sanctae Catherinae et vulgo* dev'Affrontata, *et processio in Dominica Palmarum competant Confraternitati sancti Michaelis, an potius Parocho.*

V. *An proprietas simulacri B. M. Virginis Immaculatae, necnon ius celebrandi eiusdem festum cum processione, competat Confraternitati sancti Michaelis, vel Parodio.*

VI. *An et quomodo Confraternitati S. Michaelis sub Parochi dependentia competat ius indicendi festa et processiones pro cultu Sanctorum, quorum simulacra in Oratorio sunt, necnon alia simulacra introducendi.*

VII. *Cuinam imponendae sunt expensae primi gradus, in casu.*

I. *Primum dubium quod attinet,* praenotandum est ad episcopum spectare ex Tridentino, sess. XXV, *De reg. et mon.,* cap. 3, controversias omnes de praecedentia in processionibus publicis componere, remota omni appellatione et non obstantibus quibuscumque, S. R. C. *in Westmonasterien.,* 11 decembris 1896 ad 1; Ojetti, *Synopsis,* n. 3239. Verum in casu, quum hanc controversiam de praecedentia plures aliae de iuribus attingant, easque omnes iudex primae instantiae iudiciali forma defifiierit, iure meritoque hic sacer Ordo appellationem excepit ad normam can. 14-17 *Legis propriae S. R. R.* et *S. A.*

Substantiam vero quaestionis quod spectat, quamvis omnes Confraternitates laicorum in processionibus procedere et praecedere debeant •inter se iuxta Bullam Gregorii XIII, 15 iulii 1583, Sac. Congr. Rit. *in Nepesina,* 10 maii 1608 et *in Thelesina,* 19 martii 1611; et proinde praecedere debeat Confraternitas quae est in possessione praecedendi, et si de hoc non constet debeat illa praecedere quae prius sacris induta est, Sac. Congr. Conc. *in Baren.,* 25 maii 1901, *in Synopontina,* 10 septembris 1898, 18 maii 1899, Sac. Congr. Rituum *in Sorana,* 7 augusti 1628, et *in S. Severinae, Praecedentiae,* 24 septembris 1712, idque observari debeat vel ab ipsa Confraternitate Ss. Sacramenti in ceteris processionibus in quibus non defertur Ss. Sacramentum, pro quibus antianitas dat praecedentiam, Sac. Congr. Rituum *in Lauden.,* 18 iulii 1628 et *in Nullius,* 30 septembris 1628, tamen in illis processionibus in quibus defertur Ss. Sacramentum, Confraternitati Ss. Sacramenti, si sacco induatur, debetur praecedentia supra omnes alias Confraternitates, nullo ad antianitatem respectu habito, prout declaravit Sac. Congr. Rituum *in Vercellen.,* 18 iunii 1695, *in Cremonen.,* 3 augusti 1697, *in Mediolanen.,* 19 iunii 1655, *in Novarien.,* 26 aug. 1752 ad I, et *in Squillacen.,* 17 ian. 1887.

Quare summa quaestio, in qua tota causa vertitur est, num Confraternitas Arenae, quae a S. Michaele vulgo nuncupatur, legitime gaudeat titulo Ss. Sacramenti, isque titulus praecipuus, vel saltem aeque principalis sit. De hoc autem nullum dubium superest ex actis et probatis in causa. Nam acta Visitationis vicariatus Arenarum anni 1744

<eam appellant *sub instituto Ssmi Sacramenti:* « In dicto altari (sub titulo -« S. Michaelis Archangeli) est *Confraternitas sub instituto Ssmi Sacra^* «*menti...* iuxta instructiones canonizatas a Curia episcopali Mileten». Et ipse archipresbyter Gullà, qui ab imis ex proprio asse erexit hoc altare seu capellani, quique hanc capellani et ipsius nomine hanc Confraternitatem heredem omnium suorum bonorum instituit, ipsamque Confraternitatem canonice erigendam, ut ex testamento intelligitur, curaverat, eam vocat: «Congregazione di detto glorioso Principe sotto r isti- **nc** tuto dei Ss. Sacramento ». Quamvis igitur formale decretum canonicae erectionis desideretur, tamen liquet Confraternitatem a S. Michaele dictam, iam ab orto suo, titulo Ss. Sacramenti, eoque praecipuo, gavisam esse. Idque confirmatur ex supra citato regio decreto anni 1777, et praecipue ex regulis Congregationis, quae regi porrectae fuerunt ad ipsius assensum obtinendum, in quibus Confraternitas ista vocatur: « Congre- « gazione di S. Michele Arcangelo del santissimo Sacramento », pluries vero : « Congregazione di S. Michele Arcangelo sotto il titolo del santis- « simo Sacramento », nec alio donatur titulo. Nec satis; nam in iis regulis plura imponuntur sodalibus officia, et functiones ob hanc definitam rationem « per esser detta Congregazione sotto l'istituto del san- « tissimo Sacramento », ut ecce: « Principalmente sono obbligati con- « fessarsi e comunicarsi ogni terza Domenica del mese, giacche devono « assistere alla messa cantata ed alla processione, che fu sempre solito « farsi in giro alla chiesa, del santissimo Sacramento nel giorno del « *Corpus Domini* e Domenica infra ottava, *comechè per essere delta Con- « gregazione sotto l'istituto dell'augustissimo Sacramento debbono assistere «in dette funzioni...* », et « si deve fare... nel carnevale l'esposizione « delle Quarant'ore per l'ultimi tre giorni, come altresì la processione « nella Domenica infra l'ottava del *Corpus Domini, per essere detta Con- « gregazione sotto l'istituto del santissimo Sacramento* ». Quare huic cultui speciali erga Ss. Eucharistiam respondet signum in ipso vexillo Confraternitatis: « da un lato l'effigie di S. Michele e dall'altro quella del « Ssmo Sacramento », prout advertit et declaravit ipse iudex primae instantiae. Quibus omnibus insuper accedit plus quam saecularis pacifica observantia et consensio ipsius Confraternitatis B. M. Gratiarum tempore non suspecto, nam, ut alia praetermittamus, in concordiis initis inter utramque sodalitatem anno 1835 et 1903 Confraternitas S. Michaelis hisce semper donatur titulis et nominibus: « sotto il titolo di S. Michele -« Arcangelo e Ss. Sacramento, Congregazione di S. Michele Arcangelo e « Ss. Sacramento, Congrega di S. Michele Arcangelo, sotto il titolo del « Ssmo Sacramento ». Quibus positis, supervacaneum atque inutile est

expendere omnia argumenta, quibus patronus Confraternitatis B. M. Virginis Gratiarum ex ipsius antianitate contendere probatur eius ius praecedentiae in processionibus theophoricis.

Nec relevat distinctio quae in casu innuitur inter titulum ac institutum.

Nam vox *institutum* idem significat ac nomen, ut habetur in Constitutione Clementis VIII, die 7 decembris 1604 lata, quae incipit *Quaecumque;* ac proinde convertitur cum titulo; vel si quid aliud addit ad tituli significationem, id potius arguit canonicam erectionem in Confraternitate ipsa, arg. ex Rivarolo, *Governo della Parrocchia,* part. II, tit. II, cap. I, n. V.

Eoque minus relevat id quod idem patronus obicit, nempe quod « iuxta Constitutionem Clementis VIII licet cuique confraternitati dupli« cem titulum deferre; sed cum duplex titulus constituat duplicem per« sonalitatem iuridicam, duo efformet collegia moraliter distincta, iuribus « diversis et obligationibus pollentia; ideo ex eadem Constitutione, haec « diversa et distincta personalitas recognosci nequit, nisi superveniente « auctoritatis ecclesiasticae decreto, quo ipsi haec duplex personalitas « iuridica tribuatur ». Verum de hisce omnibus in Constitutione citata nec vola nec vestigium, et quod duplex titulus duplicem personalitatem iuridicam constituat, duo efformet collegia moraliter distincta, in casu tam absonum est a iure, ut ne refutatione quidem egeat. E contra-in citata Constitutione modo vox *institutum,* ut supra notatum est, idem sonat ac nomen, § 1, % 7, modo idem ac Ordo, Religio, Archiconfraternitas et Congregatio, § 1, % 3, 4, 5, 6, etc., idque tantum in ea statuitur, quod unica tantum Confraternitas eiusdem instituti et generis possit in ecclesiis tam saecularium, quam regularium institui et aggregari, Ferraris, v. *Confraternitas,* art. I, n. 3, quod toto coelo distat ab iis quae animo effingit idem Patronus.

Neque praeiudicium aliquod Confraternitati Ss. Sacramenti quoad hoc ius praecedentiae in processionibus theophoricis illatum est ex concordiis initis et ex decretis ab Ordinariis Mileten. editis, de quibus supra.

Nulla enim concordia, nullum decretum directe quidquam statuit circa hoc ius praecedentiae, excepta concordia inita anno 1893. Verum de hac concordia expresse cautum est: « Il presente accordo, come si « è detto da principio, è puramente provvisorio, e non dovrà avere « valore alcuno come di un precedente argomento, allora quando verrà « in forma canonica discussa presso la reverendissima Curia la que« stione esistente fra le due Confraternite, restando libera ognuna delle « due di iniziarne la procedura quando il crede conveniente »: non erat

igitur nisi quidam temporaneus modus vivendi, ut aiunt, atque uti talis approbata est ab Ordinario. Item hanc naturam provisoriam habent cetera decreta et concordiae, quae expresse nullius Confraternitatis iuribus praeiudicium intulerunt.

Quoad concordiam anni 1835 in specie, primo quidem non constat eam legitime initam fuisse, dein vero hoc ius praecedentiae in processionibus theophoricis, et cetera eiusmodi iura Confraternitatibus Ss. Sacramenti a sacris Canonibus concessa ac tributa nec derogari, nec in pactum deduci possunt ab ipsis Confraternitatibus, arg. ex sacra Congregatione Rituum *in Goana,* 11 novembris 1904.

II. *Secundum dubium quod spectat,* Confraternitas B. M. Virginis Gratiarum sibi competere ius indicendi processionem Ss. Sacramenti die Dominica immediata post octavam festi Ssmi Corporis Christi nullo modo aut titulo probat.

Non ratione sui tituli, aut regularum, seu statutorum suae fundationis, ut ex iis patet. Non vi Rescripti a S. Congr. Rituum anno 1820 dati, nam hoc Rescriptum respicit facultatem celebrandi festum in honorem Cordis Iesu. Non ratione concordiae ab Ordinario Mileten. anno 1903 Confraternitatibus subiectae, et ab eisdem initae, haec enim nullius iura definiebat, atque inita fuit « *pro bono pacis,* pur facendo salvi i proprii « diritti ». Non demum ratione consuetudinis; unus enim vel alter actus ex concessione praestitus non inducit consuetudinem, quae vim legis obtineat.

III. *Quoad tertium dubium,* scilicet num et qua ratione Confraternitati B. M. Virginis Gratiarum competat ius interveniendi in processionibus omnibus et absque invitatione ex parte Confraternitatis S. Michaelis, an secus; in primis servandum est decretum ab episcopo Philippo Mincione in actu Visitationis pastoralis Arenae die 24 maii 1853 quoad ea quae statuit in numero primo. Nam in primo numero decrevit: « che le suddette due Confraternite da oggi in avanti debbano, perchè « tenute, indispensabilmente intervenire a tutte le processioni di rito, « che sono quelle del giovedì del *Corpus Domini,* di S. Marco evangelista, « delle Rogazioni nei tre giorni precedenti l'Ascensione e di S. Michele « Arcangelo, la di cui festa si solennizza in una delle Domeniche di « agosto o di settembre di ciascun anno, venerato e ritenuto qual patrono « principale da tempi remoti dell'intiera popolazione Arénese ». Iis igitur in processionibus intervenire tenetur, et hac ratione ius, absque invitatione ex parte Confraternitatis S. Michaelis, interveniendi habet. Quoad alias vero processiones distinguendum est inter eas quas iure proprio indicit Confraternitas S. Michaelis, de quibus mox agendum erit, et inter

eas quas Confraternitas S. Michaelis ipsa non indicit iure proprio. In illis Confraternitas B. M. V. Gratiarum ius non habet interveniendi absque invitatione ex parte Confraternitatis S. Michaelis, excepta processione in honorem S. Michaelis. Haec enim processio, sicut et festum et ceterae functiones in honorem S. Michaelis, fieri debent expensis Confraternitatis S. Michaelis, ut expresse statuitur in ipsius regulis seu statutis: verum in ea processione interveniendi obligationem, ideoque ius absque invitatione ex parte Confraternitatis S. Michaelis, Confraternitas B. M. Virginis Gratiarum habet vi supra citati num. I decreti episcopi Mincione. Iustaque ratio huius dispositionis datur in citato decreto, quia nempe S. Michael habetur et veneratur tanquam praecipuus patronus populi loci Arenarum. Demum quoad ceteras processiones, quas iure proprio non indicit Confraternitas S. Michaelis, ius interveniendi ex sese Confraternitas B. M.*Gratiarum habet absque invitatione ex parte illius Confraternitatis, servatis tamen in omnibus iuris communis dispositionibus.

IV. Quoad festa vero et processiones, quae Jn *quarto dubio* enumerantur, distinguendum item est. Festum enim et processio S. Michaelis Confraternitati ipsius competit ratione suorum statutorum, in iis enim decernitur: « Nel giorno di S. Michele, alii 29.settembre, si deve fare « la solenne festa colla messa cantata, panegirico, e processione a spese « di detta Congregazione, come altresì la novena precedente a detta festa, «colle messe cantate, ed esposizione del santissimo Sacramento ». Verum hoc ius et obligatio ita a Confraternitate S. Michaelis exsequenda sunt, ut concilientur cum dispositionibus contentis in num. I decreti Mincione supra citati. Festa autem et processiones sanctae Dominicae, sanctae Catherinae et vulgo dell' *Affront ata* Confraternitati S. Michaelis competunt ratione consuetudinis, prout iam innuitur in concordia inita anno 1835, et abunde demonstratum est per testes, praesertim vero per Dominicum Gavino, Dominicum Antonium Inzitari quondam Gregorii, Iosephum Pagano quondam Dominici, Aloisium Rascaglia, Iosephum Scardamaglia, Franciscum Pagano, Iosephum Gerace quondam Iosephi, Nicolaum Pagani quondam Nicolai, Dominicum De Paola, Augustinum Paschalis, Brunum Siciliano, in responsionibus ad XIV. Processio vero in Dominica Palmarum parochoxompetit tum ex iure, tum ex consuetudine, cum interventu tamen Confraternitatis S. Michaelis, prout iam sententiavit tribunal primae instantiae et confirmarunt testes inducti, praesertim supra citati in responsione ad XIV.

V. *Quintum dubium* quod spectat, proprietas simulacri B. M. Virginis Immaculatae procul dubio non Parocho sed Confraternitati S. Michaelis, vi testamenti supra citati Parochi Gullà, qui eam ipsi Con-

fraternitati reliquit. « E più lascia a detta Congregazione la statua della «Concezione della Ss. Vergine... ». Nec eam parochus acquisivit iure usucapionis, prout firmant inducti testes, praesertim vero sac. Iosephus Antonius Inzitari, Dominicus Gavino, Franciscus Pagano quondam Vincentii, Aloisius Rascaglia, Nicolaus Pagano quondam Nicolai, Michael Corbo quondam Francisci in responsione ad IV. Ex hisce etiam sequitur ius celebrandi festum B. M. Virginis Immaculatae cum processione non tantum Parocho competere sed et Confraternitati S. Michaelis cum omnimoda tamen dependentia a Parocho et ab Ordinario.

VI. *Sextum dubium* quod attinet, certum in iure est Confraternitates laicorum legitime erectas in ecclesiis parochialibus habere dependentiam a parocho in explendis functionibus ecclesiasticis non parochialibus, Sac. Congr. Rit. 10 dec. 1703 ad I et II, XXII etc., officia vero, functiones, festa et cetera huiusmodi, quae confraternitatibus spectant iuxta uniuscuiusque Confraternitatis institutum vel statuta, eis quidem competere, dummodo tamen non impediant functiones et divina officia, ut statuitur in eodem decreto Sac. Congr. Rit. ad XIV, XXI et XXX. Exinde etiam fluit Confraternitatem S. Michaelis, quum eius sedes legitime sit in ecclesia'parochiali, non posse novas statuas seu simulacra introducere in sua capella seu Oratorio, nisi accedat licentia parochi et Ordinarii.

VII. Quoad expensas vero iudicii primi gradus, quum Confraternitas B. M. Virginis Gratiarum et parochus Dominicus Antonius Giamba non in omnibus vieti fuerint, ut patet in parte dispositiva sententiae Curiae Mileten. ad num. 3 et 7, ideo hic sacer Ordo, dum in ceteris, quoad substantiam controversiae, confirmat sententiam Curiae Mileten. in iis omnibus, quae coram H. S. T. adducta sunt in gradu appellationis, eam ita moderatur in expensis, ut e tribus duae tertiae partes erga Confraternitatem S. Michaelis solvantur aeque a parocho Giamba et a Confraternitate B. M. Virginis Gratiarum. Haec vero ratio et mensura pariter servanda erit quoad expensas stricte iudiciales apud hunc sacrum Ordinem, quoad expensas litis et honoraria advocati sonila vel solvenda a Confraternitate S. Michaelis.

Quibus omnibus tum in facto quum in iure consideratis ac sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes ita ad proposita dubia respondemus, atque definite sententiamus.

Ad primum dubium: *Num in processionibus in quibus defertur Ssmum Sacramentum, ius praecedentiae competat Confraternitati B. M.*

Virginis Gratiarum, an potius Confraternitati S. Michaelis in casu, respondemus: *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Ad secundum dubium: *An Confraternitati B. M. Virginis Gratiarum competat ius indicendi processionem sanctissimi Sacramenti die Dominica immediate post octavam festi Ssmi Corporis Domini,* respondemus: *Negative.*

Ad tertium dubium : *Num et qua ratione Confraternitati B. M. Virginis Gratiarum competat ius interveniendi in processionibus omnibus et absque invitatione ex parte Confraternitatis S. Michaelis,* respondemus: *Affirmative quoad processiones enumeratas in numero primo Decreti ab episcopo Mincione die 2é maii 1853 in actu Visitationis pastoralis Arenae lati : quoad alias processiones, negative in iis, quas iure proprio indicit Confraternitas Ssmi Sacramenti; affirmative in ceteris, servato in omnibus iure communi.*

Ad quartum dubium : *Num et qua ratione festa et processiones S. Michaelis, sanctae Dominicae, sanctae Catherina et vulgo « delVAffrontata » et processio in Dominica Palmarum competant Confraternitati S. Michaelis, an potius Parocho,* respondemus : *Affirmative quoad festum et processionem S. Michaelis, ratione statutorum*[1]*; quoad festa et processiones sanctae Dominicae, sanctae Catherinae et vulgo « dell'Affrontata », ratione consuetudinis; negative quoad processionem in Dominica Palmarum, quae Parocho competit.*

Ad quintum dubium: *An proprietas simulacri B. M. Virginis Immaculatae, nec non ius celebrandi eiusdem festum cum processione competat Confraternitati S. Michaelis, vel Parocho,* respondemus: *Affirmative ad primam partem, scilicet proprietatem simulacri B. M. Virginis competere Confraternitati S. Michaelis et Ssmi Sacramenti : ius vero celebrandi eiusdem festum cum processione utrique competere, sub omnimoda tamen dependentia a Parocho et ab Ordinario.*

Ad sextum dubium: *An et quomodo Confraternitati S. Michaelis sub dependentia a Parocho, competat ius indicendi festa et processiones pro cultu Sanctorum, quorum simulacra in Oratorio sunt, necnon alia simulacra introducendi,* respondemus: *Affirmative ad primam partem, dummodo non impediantur functiones parochiales ; negative ad secundam, nisi accedat licentia Parochi vel Ordinarii.*

Ad septimum dubium: *Cuinam imponendae sint expensae primi gradus, in casu,* respondemus: *Expensas imponendas esse quoad duas tertias earum partes Confraternitati B. M. Virginis Gratiarum et Parocho Arenarum, Dominico Antonio Giamba; quoad aliam partem Confraternitati Ssmi Sacramenti.*

Ita pronunciamus et definitive sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Ref.,* Concilii Tridentini iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiuncta exstitura sint.

Romae, die 25 ianuarii 1913.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Sac. T. Tani, *Not. S. R. Rotae.*

IL

In S. Romana Rota, anno 1912, praeter causas iam publícalas in Num. 1 huius Commentarii, actae sunt sub secreto *et sequentes, quarum definitiva sententia hic editur tantum in parte dispositiva, ita concepta :*

XXII. **WLADISLAVÍEN.** - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* Rmus M. Lega, *Becanus Ponens,* et RR. PP. DD. G. Sebastianeiii et S. Many, sub die 7 decembris 1912, respondendum censuerunt: *Ex deductis non satis constare de matrimonii nullitate.*

XXIII. **MONTISPBSSULANI.** - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, Auditores de turno, sub die 13 decembris 1912, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XXIV. **LAUSANBN. ET GENEVEN.** - *Diffamationis.*

Propositis dubiis: 1) *An constet de diffamatione ex parte NN. adversus XX.,* 2) *An constet de diffamatione ex parte XX. adversus NN. in casu.* Revmus M. Lega, *Decanus Ponens,* et RR. PP. DD. I. Alberti et P. Rossetti, Auditores de turno, sub die 30 decembris 1912, respondendum censuerunt: *Affirmative ad primum dubium iuxta modum; negative ad secundum.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

Romae, ex Cancellaria S. R. Rotae, die 25 februarii 1913.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius,*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA.

Il giorno 25 febbraio 1913, presso F Emo e Rmo sig. cardinale Domenico Ferrata, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Venerabile Giovanni Martino Moye, sacerdote della Società delle Missioni estere, fondatore delle Suore della Divina Provvidenza, fu tenuta la Congrega'zione dei sacri Riti Antipreparatoria, nella quale dai Rmi Prelati e dai Gonsultori teologi fu discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal medesimo Venerabile Servo di Dio.

SACRA PENITENZIERIA.

AVVISO Di CONCORSO.

Si notifica che nel sacro Tribunale della Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso ad un posto di Officiale, per esame orale e scritto. Lo scritto avrà luogo il giorno 31 del prossimo marzo alle ore 8, l'orale il I° aprile alle ore 9.

I sacerdoti che desiderassero di prendervi parte, dovranno, non più tardi del 29 marzo, esibire nella Segreteria di detto sacro Tribunale la domanda corredata dai titoli necessari per l'ammissione.

Dalla Segreteria della S. Penitenzieria, 26 febbraio 1913.

C. Perosi, *Reggente.*

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

16 febbraio 1913. — L'Emo sig. card. Diomede Falconio, *Protettore delle Terziarie domenicane di santa Marta di Sprìngis a Shepard, negli Stati Uniti d'America.*

19 febbraio 1913. — L'Emo sig. card. Basilio Pompilj, *Protettore del Santuario di Canoscio, nella diocesi di Città di Castello.*

26 febbraio. — Mons. Domenico Mannaj oli, vescovo titolare di Pomario, *Consultore della sacra Congregazione dell'Indice.*

— Mons. Giovanni Prior,-uditore della S. Romana Rota, *Consultore della stessa sacra Congregazione.*

— Il Revmo D. Ubaldo Mannucci, *Consultore della stessa sacra Congregazione.*

— Il Revmo P. D. Ildebrando Hopfl, O. S. B., *Consultore della stessa sacra Congregazione.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

20 febbraio 1913. — Mons. Giovanni Oberti, vescovo di Saluzzo.

Prelati Domestici di S. S. :

14 febbraio 1913. — Il Rev. Francesco O' Brien, della diocesi di Detroit.

15 febbraio: — Mons., Giorgio Galcsek, arcidiacono della Cattedrale di Vacz.

20 febbraio. — Il Rev. can. Giovanni Kukanié, della diocesi di Segna.

22 febbraio. — Il Rev. arciprete Agostino Giovanni Froment, vicario generale della diocesi d'Aire.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.r

18 febbraio 1913. — Mons. Angelo Petrelli, arciprete di Arnesano nella diocesi di Lecce.

— Mons. Oronzo Durante, arciprete di Melendugno nella stessa diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

9 febbraio 1913. — Mons. Giovanni Prosswitz, della diocesi di Brünn,

20 febbraio. — Mons. Quirico Valli, della diocesi di Como.

— Mons. Pietro Catelli, della medesima diocesi.

— Mons- Pietro Uboldi, della medesima diocesi.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

22 febbraio 1913. — Sig. barone Carlo Maria von Elverfeldt, della diocesi di Münster.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

28 gennaio 1913. — Al Sig. principe Ferdinando Sidonio di Lobkowitz, duca di Raudnitz, nell' archidiocesi di Praga.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 gennaio 1913. — Al Sig. prof. Augusto Milani, avvocato concistoriale.

11 febbraio. — Al Sig. Francesco Bujak, consigliere di corte, della diocesi di Cracovia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 febbraio 1913. — Al Sig. dott. Bernardo Reuter, console tedesco nel Mozambico.

7 febbraio. — Al Sig. Maurizio Bernard, dell'archidiocesi di Cambrai.

8 febbraio. — Al Sig. dott. Giuseppe Domenico Bécigneul, della diocesi di Nantes.

— Al Sig. dott. Luigi Edoardo Poisson, della stessa diocesi.

— Al Sig. avv. Alberto Reneaume, della stessa diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

31 gennaio 1913. — Al Sig. Filippo Rinaldini, aggiunto nell'ufficio della contabilità dei SS. PP. AA.

10 febbraio. — Al Sig. Antonio Dulieux, dell'archidiocesi di Cambrai.

NECROLOGIO.

24 gennaio 1913. — Mons. Francesco Valdes y Noriega, vesc. di Salamanca.

17 febbraio. — Mons. Ignazio Monterisi, vescovo di Marsico e Potenza.

24 febbraio. — Mons. Giovanni Battista Rota, vescovo di Lodi.

Annus V. - Vol. V. Die 18 Martii 1913. Num, 4.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

INDICITUR UNIVERSALE IUBILAEUM IN MEMORIAM PACIS A CONSTANTINO MAGNO IMPERATORE ECCLESIAE DATAE.

PIUS PP. x.

Universis Christifidelibus has Nostras litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem. — Magni faustique eventus commemoratio, quo sedecim abhinc saeculis pax tandem Ecclesiae concessa fuit, dum omnes catholicas gentes summa afficit laetitia, eisque pietatis opera suadet, Nos movet imprimis ad caelestium munerum thesauros aperiendos, ut ex huiusmodi solemnitate lecti uberesque fructus in Domino percipiantur. Par enim atque item peropportunum videtur, Edictum a Constantino Magno Imperatore Mediolani promulgatum concelebrare, quod prope secutum est victoriam contra Maxentium, glorioso Crucis vexillo partam, et saevis in Christianos vexationibus finem faciens, illos in eam libertatem vindicavit, cuius pretium divini Redemptoris et Martyrum sanguis fuit. Tum demum militans Ecclesia primum ex iis triumphus egit, qui qualibet eius aetate omnigenas insect&tiones perpetuo subsequuntur, atque ex eo die potiora semper in humani generis societatem contulit beneficia. Nam homines superstitiose idolorum cultu paulatim relicto, tum legibus, tum moribus institutisque christianam vitae rationem magis ac magis amplexi sunt, atque ita factum est, ut iustitia simul et

caritas in terris florerent. Consentaneum igitur esse ducimus, hac felici occasione, qua tam egregium factum recolitur, Deum, Virginem Eius Genetricem et reliquos Caelites, Apostolos praesertim, etiam atque etiam adprecari, ut populi universi decus et honorem Ecclesiae instaurantes, ad tantae matris gremium confugiant, errores, quibus inconsulti fidei inimici eius claritati tenebras obducere nituntur, pro viribus depellant, Romanum Pontificem summa observantia colant, in catholica denique religione omnium rerum praesidium et columen fidenti animo intueantur. Tum sperare licebit, homines oculis ad Crucem denuo fixis, in hoc salutari signo et Christiani nominis osores, et effraenatas cordis cupiditates omnino devicturos. Verum quo humiles • preces, in catholico orbe hac saeculari solemnitate adhibendae, spirituali fidelium bono satius cumulentur, eas Plenaria Indulgentia in forma Iubilaei locupletandas censuimus, omnes Ecclesiae filios vehementer hortantes, ut Nostris suas quoque supplicationes pietatisque officia coniungant, et hac eis oblata Iubilaei gratia in animorum emolumentum pariter atque in religionis utilitatem quam maxime fruantur. Quare de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa ligandi solvendique potestate, quae Nobis licet immerentibus divinitus data fuit, atque auditis etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardd Inquisitoribus Generalibus, praesentium tenore omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus vel in hac alma Urbe Nostra degentibus, vel advenientibus ad eam, qui hoc vertente anno a Dominica in Albis, ex qua saecularia sollemnia in Ecclesiae pacis memoriam incipient, usque ad festivitatem Deiparae Virginis ab Immaculata Conceptione inclusive, Basilicas S. Ioannis in Laterano, S. Petri Principis Apostolorum ac S. Pauli extra muros bis singulas adeant, et ibi aliquandiu pro Ecclesiae catholicae et huius Apostolicae Sedis prosperitate et exaltatione, pro haeresum exstirpatione, et omnium errantium conversione, pro Christianorum Principum concordia et totius fidelium populi pace et unitate secundum mentem Nostram preces ad Deum effundant, ac semel intra huiusmodi temporis spatium, admissis rite expiatis, caelesti convivio se reficiant, atque insuper eleemosynam pro sua quisque facultate vel in egenos, vel, si malint, ad pias caussas erogent, plenissimam omnium peccatorum Indulgentiam ad instar Iubilaei generalis concedimus et impertimus.

Iis vero, qui ad Urbem convenire nequeant, Plenariam eandem largimur Indulgentiam, dummodo sui loci templum vel templa, ab Ordinario semel tantum designanda, pari temporis intervallo, omnino sexies visitent, et alia pietatis opera, quae superius diximus, integre perficiant. Veniam praeterea facimus, ut haec Plenaria Indulgentia etiam animabus, quae Deo in caritate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari possit ac valeat. Concedimus autem, ut navigantes et iter agentes, ubi ad sua domicilia seu alio ad certam stationem se receperint, operibus suprascriptis peractis, et visitata sexies ecclesia cathedrali vel maiori aut parochiali loci eorum domicilii seu stationis, eandem Indulgentiam consequi licite queant. Regularibus vero personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque sive laicis, sive ecclesiasticis, saecularibus vel regularibus, in carcere vel captivitate exsistentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quovis impedimento detentis, qui memorata opera, vel aliqua ex iis praestare nequeant, ut illa Confessarius in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quae ipsi poenitentes efficere poterunt, cum facultate etiam dispensandi super Communione cum pueris, qui ad eam nondum admissi fuerint, concedimus item atque indulgemus. Insuper omnibus et singulis Christifidelibus tum laicis, tum ecclesiasticis saecularibus vel regularibus, cuiusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, facultatem facimus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemlibet presbyterum Confessarium saecularem seu regularem ex actu approbatis, et hac facultate fas sit uti etiam monialibus, novitiis, aliisque mulieribus intra claustra degentibus, dummodo Confessarius approbatus sit pro monialibus. Talis Confessarius eosdem vel easdem intra dictum temporis spatium ad confessionem apud ipsum peragendam accedentes animo praesens Iubilaeum consequendi, et reliqua opera ad illud lucrandum necessaria adimplendi, hac vice et in foro conscientiae dumtaxat ab excommunicationis, suspensionis, et aliis ecclesiasticis sententiis et censuris, a iure vel ab homine quavis de causa latis vel inflictis, etiam Ordinariis locorum et Nobis, seu Sedi Apostolicae etiam in casibus cuicumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicae *speciali licet modo* reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, nec non ab omnibus

peccatis et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicae, ut praefertur, reservatis, iniuncta ipsis poenitentia salutari, aliisque de iure iniungendis, et si de haeresi agatur, abiuratis prius et retractatis erroribus, prout de iure, absolvere ; nec non vota quaecumque etiam iurata ac Sedi Apostolicae reservata (exceptis semper castitatis, religionis et obligationis, quae a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de praeiudicio tertii, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refrenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare, et cum poenitentibus huiusmodi in sacris Ordinibus constitutis, etiam regularibus, super occulta irregularitate ad exercitium eorumdem Ordinum, et ad superiorum assecutionem dumtaxat contracta, dispensare possit ac valeat. Non intendimus autem per praesentes super alia quavis irregularitate, sive ex delicto sive ex defectu, vel publica vel occulta aut nota, aliave incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habilitandi et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae ; neque etiam derogare Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV decessore Nostro, quae incipit « Sacramentum Poenitentiae » neque demum easdem praesentes iis, qui a Nobis et Apostolica Sede vel aliquo Praelato seu Iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra praedictum tempus satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo suffragari posse aut debere. Quod si intra praefinitum terminum, iudicio Confessarii, satisfacere non potuerint, absolvi posse concedimus in foro conscientiae ad effectum dumtaxat assequendi Indulgentias Iubilaei, iniuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt. — Quapropter in virtute sanctae obedientiae praesentium tenore districte praecipimus, atque mandamus omnibus Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis et Officialibus, vel, ipsis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut quum praesentium Litterarum tran sumpta aut exempla etiam impressa acceperint, illa per suas ecclesias ac diocèses, provincias, civitates, oppida, terras et loca publicent,

vel publicanda curent, populisque etiam verbi Dei praedicatione, quoad fieri possit, rite praeparatis, ecclesiam seu ecclesias visitandas, ut supra, designent — Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore exsistenti reservatur, ut nec etiam similes vel dissimiles indulgentiarum et facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio vel specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari possint; nec non regula de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum sive Institutorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus et Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis et innovatis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu alia quaevis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressos, ac formam in iis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter nominatim et expresse ad effectum praemissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut denique praesentes Nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubicumque locorum et gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII martii%rcMxni, Pontificatus Nostri anno x.

De speciali mandato Ssmi

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L.)$(S.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

ERECTIONIS DIOECESUM.

SSmus D. N. Pius PP. X, decreto huius Sacrae Consistorialis Congregationis diei 10 decembris 1912, statuit ut dioecesibus S. Iacobi de Cuba et S. Christofori de Habana - in Cubana insula - ex ipsis distrahendae, duae novae addantur episcopales sedes, id est Camagüeyensis et Matanzensis denominandae, iis circumscriptae limitibus, quibus eiusdem nominis provincia civilis de Camagüey et de Matanzas in praesens continetur, easque denique suffraganeas constituit archiepiscopi S. Iacobi de Cuba.

II.

IMMUTATIONIS FINIUM.

Item decreto 25 ianuarii 1913 Sanctitas Sua dioecesi Fuldensi civitates nuncupatas *Hohenfelden, Lichtenhain* ac *Mosen* cum suis territoriis, et e contra dioecesi Herbipolensi urbes vulgo *Kranichfeld, Stedten* et *Kostitz* item cum adnexis territoriis aggregavit, ita ut post hac Fuldensis episcopus suam iurisdictionem exerceat in universo Magno Ducatu Saxo-Weimariensi, episcopus vero Herbipolensis in toto Ducatu Saxo-Meiningensi.

III.

INSTITUTIONIS VICARIATUS GENERALIS IN URBE INSULENSI.

Pariter decreto diei 5 februarii 1913 Sanctitas Sua in civitate Insulensi Vicariatum generalem instituit, cuius titularis, sub immediata archiepiscopi Cameracensis dependentiam, ordinariam iurisdictionem ceteris vicariis generalibus propriam in eam dioecesis Cameracensis partem quae complectitur circumscriptiones Insulensem, Hazebrouckiensem ac Dunkerquensem, seu vulgo *arrondissements Lille, Hazebrouch* et *Dunkerque* vocatas exercere potest. Eumdem praeterea vicarium generalem Insulensem donari indulsit charactere episcopali simulque constituit Auxiliarem archiepiscopi Cameracensis pro tota regione eius iurisdictioni qua vicarius generalis commissa.

IV.

ERECTIONIS NOVAE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE.

Denique decreto diei 11 februarii 1913 Sanctitas Sua suffraganeam S. Salvatoris dioecesim a iure metropolitico archidioecesis Guatimalensis subtraxit: universum vero territorium, ad praefatam S. Salvatoris dioecesim et ad eiusdem nominis Rempublicam pertinens, in tres partes divisit, in quarum parte centrali ipsam dioecesim S. Salvatoris circumscripsit; in parte orientali dioecesim S. Michaelis, in parte denique occidentali dioecesim S. Annae constituit, his circumscriptas limitibus: *Dioecesis S. Salvatoris* ad septentrionem dioecesi Comayaguensi seu republica Hondurensi, ad orientem numine vulgo *Lempa* seu nova dioecesi S. Michaelis, ad meridiem Oceano Pacifico nuncupato, et ad occidentem nova dioecesi S. Annae, ita ut posthac complectatur solummodo has septem civiles provincias, id est *San Vincente, Cabanas, La Paz, Guscatlán, Ghalatenanco, San Salvador* et *La Libertad* vocatas. - Dioecesis vero S. Michaelis finitur ad septentrionem dioecesi Comayaguensi seu republica Hondurensi, ad ortum solis eadem republica Hondurensi et sinu vulgo *Fonseca,* ad meridiem Oceano Pacifico dicto et ad solis occasum flumine *Lempa* seu S. Salvatoris dioecesi, adeo ut comprehendat quatuor privincias civiles quae *San Miguel, La Unión, Morazan* ac *Usulután* denominantur. - Denique dioecesis S. Annae terminatur ad aquilonem dioecesi Comayaguensi seu republica Hondurensi, ad orientem dioecesi S. Salvatoris, ad austrum Oceano Pacifico et ad occidentem archidioecesi Guatimalensi, ita ut intra suum ambitum contineat tres civiles provincias *Santa Ana, Ahuachapan* et *Sonsonate* nuncupatas.

Dioecesim insuper S. Salvatoris metropolitanam constituit eidemque dioeceses S. Michaelis et S. Annae suffraganeas subiecit.

V.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis Sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet.

7 ianuarii 1913. — Cathedrali ecclesiae Novae Segobiae praefecit Revmum D. Petrum Iosephum Hürth, hactenus episcopum titularem Milopotamensem.

8 ianuarii 1913. — Titulari ecclesiae episcopali Thasensi Sac. Emericum Bjelik, vicarium castrensem et canonicum ecclesiae cathedralis Magnovaradiensis ritus latini in Hungaria.

10 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae de Aguas Calientes Rmum D. Ignatium Valdespino y Diaz, hactenus episcopum de Sonora.

18 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae Elphinensi sac. Bernardum Coyne, parochum loci vulgo Boyle et canonicum theologum Elphinensem.

27 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae Carolinopolitanae sacerdotem Henricum O' Leary, parochum loci vulgo Bathurst in dioecesi Chatamensi.

— Cathedrali ecclesiae Kearneyensi sac. Iacobum Albertum Duffy, rectorem ecclesiae cathedralis Cheyennensis et cancellarium episcopalis curiae eiusdem dioecesis.

7 februarii. — Cathedrali ecclesiae Ebroicensi Rmum D. Ludovicum Ioannem Décheléttê, hactenus episcopum titularem Hierapolitanum.

14 februarii. — Titulari ecclesiae episcopali Miletopolitanae sac. Alexium Charost, canonicum ecclesiae metropolitanae Rhedonensis ibique vicarium generalem, quem constituit Auxiliarem Revmi archiepiscopi Cameracensis pro vicariatu generali Insulensi, decreto huius sacrae Congregationis die 5 februarii currentis anni instituto.

17 februarii. — Cathedrali ecclesiae Piahunensi sac. Quintinum Rodrigues de Oliveira e Silva, presbyterum dioecesis Fortalexiensis, ibidem parochum loci vulgo *Grato.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DECRETUM

DE PRIVILEGIO OFFICII DIVINI IUXTA VETEREM PSALTERII ORDINEM RECITANDI.

Edita Constitutione apostolica *Divino afflatu,* de nova Psalterii in Breviario Romano dispositione, non pauci ex iis quos obligatio tenet persolvendi Horas canonicas, ob peculiares causas, impetrarunt pontificium indultum retinendi veterem Psalterii ordinem, pro privata earumdem Horarum recitatione. Quum autem exortum subinde sit dubium num qui eiusmodi indultum obtinuerunt possint ad libitum sequi alterutrum Psalterii ordinem, adhibendo nempe modo veterem modo novum

iuxta propriam cuiusque commoditatem, haec S. Congregatio Concilii, de speciali mandato Ssmi D. N. Pii divina providentia PP. X, declarat atque decernit id non licere, sed omnes et singulos cuiuscumque gradus, conditionis et dignitatis, qui impetrato, prout supra, indulto uti velint, quotiescumque privatim Officium divinum persolverint, debere recitare pro singulis Horis omnes psalmos et reliqua prout distribuuntur in Breviario Romano a S. Pio V edito et a Clemente VIII, Urbano pariter VIII, et Leone XIII recognito, servato tamen quotidie novo ordine sive Kalendario iuxta praedictam Constitutionem apostolicam et regulas seu rubricas eidem adiunctas praescripto pro dioecesi, capitulo seu clero cui quisque est adscriptus, ac firma abolitione indulti generalis dati die 5 iulii 1883 pro Officiis votivis: contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. C. Concilii, die 10 martii 1913.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

O. Giorgi, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

ROMANA.

STIPENDII.

Pio Papa X féliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 13 ianuarii 1913, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Iosephus Mori, Auditores de turno, in causa* Romana - Stipendii, *inter* Professores Scholae suppressae « Angelo Mai » *appellantes, repraesentatos per procuratores adv. Henricum Kambo et Christophorum Astorri, adversus* Administrationem bonorum Sedis Apostolicae, *repraesentatam per procuratores adv. Carolum et Iulium Patriarca, interveniente et disceptante Promotore iustitiae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Anno 1870, everso temporali Romanorum Pontificum principatu, et fere omnibus scholis in Urbe ad novos reipublicae civilis moderatores translatis, fundata sunt ab aliquibus piis civibus romanis pro

instructione iuventutis in animo christiano tria Instituta privata, inter quae et illud sub nomine « Angelo Mai », cum quo simul sub pontificatu Leonis XIII archigymnasium ad S. Mariam de Pace coniungebatur. Cum autem illi fundatores erant impares sustinendis expensis erogandis pro huiusmodi Institutis, Leo XIII decrevit, eadem in curam S. Sedis assumere, constituto Consilio peritorum virorum pro illis scholis moderandis, et designata pro earum sustentatione annua pecuniae summa ex aerario pontificio persolvenda.

Cum vero decursu temporis numerus alumnorum scholae « Angelo Mai » variis ex causis minueretur, cumque ex adverso expensae in dies augerentur, Summus Pontifex Pius X, suo chirographo diei 1 iunii 1909 Institutum « Angelo Mai » supprimendum esse constituit, ac Professoribus provisum fuit assignata pensione respondente annis praestiti servitii, attributa pro singulis annis quadragesima parte annui stipendii.

Sed Professores contendebant, se convictos fuisse de stabilitate officii, quum eorum officium suapte natura stabile esset, et tale reapse fuisse, ipsae suorum moderatorum declarationes et promissiones sibi indubitanter persuasissent. Quamobrem ipsi non pensionem, sed integrum stipendium vindicant, se profitentes paratos esse suas operas iterum praestare.

Quaestio itaque ex commissione pontificia H. S. T. commissa, et sub die 25 iulii 1911 discussa fuit sub rogandi formula: « An constet « de bono iure instantium exigendi integrum stipendium, non exclusa « obligatione instantium praestandi suam operam sub antecedentibus « conditionibus ». RR. PP. Auditores de turno dubio proposito respondendum censuerunt: « Non constare de iure instantium exigendi inte- « grum stipendium in casu », seu: « Negative seu non constare ». Interposita vero appellatione ab hac sententia, iterum quaestio discutienda in secunda instantia proposita est sub dubio: *An sententia rotalis sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Prima quaestio in casu agitur de conditione iuridica scholarum « Angelo Mai », quae, quamvis ab origine erectae fuerint a viris privatis, tamen a momento quo pontificiae appellatae sunt, a S. Sede ex una vel alia ratione dirigebantur et in eius proprietate erant, tum quoad supellectilem scholasticam, tum quoad liberam facultatem easdem quoque supprimendi. Quaeritur igitur, an hae scholae, uti aiunt actores, iure merito dici possint fundatae a S. Sede Ap. et uti scholae Ecclesiae *publicae* considerandae sint. At ex eo quod hae scholae *pontificio* nomine gloriabantur, haud licet inferre, prout concludunt actores, has necessario fuisse *stabiles* non secus ac S. Sedes, Christi Ecclesia, quae defi-

cere nequit. Siquidem hae scholae iure appellatae sunt *pontificiae,* tamen recensendae sunt inter scholas *privatas* seu *paternas,* uti appellatae sunt ab ipsis Professoribus in relatione data Rmo P. Nespoli an. 1904 ita concepta: «L'Istituto "Angelo Mai,, sorse dall'unione delle scuole « *paterne* e dell'archiginnasio della Pace. Le scuole *paterne* si fondarono « nell'anno 1870, quando il governo italiano tolse ai Gesuiti il Collegio « Romano. Alcuni dei Professori che incominciarono ad insegnare in « quell'anno, insegnano ancora nel nostro Istituto... Leone XIII, prese « a cuore il nostro istituto. Fissò l'annuo assegno per pagare i Profes- « sori, la pigione, gli impiegati, e per fondare una biblioteca, e un « gabinetto ».

Iamvero scholae huiusmodi privatae seu paternae, quamvis una simul pontificiae, lato quidem sensu *propriae dici possunt Ecclesiae,* sed non in sensu strictu seu iuridico, uti explicat Card. Cavagnis *(Inst. Iur. pont. eccl.,* vol. III, 1. 4, ed. 4, n. 92): «Lato sensu scholae propriae «habentur, cum propriis impensis instituuntur, sed servatis dispositio- « nibus legum civilium, tum quoad materias tum quoad scholasticam « disciplinam et qualitatibus docentium et regentium, *ut sunt apud nos « scholae privatae,* sed legibus uniformatae ». In eodem sensu docet P. Wernz *(Ius decret.,* ed. % t. III, p. 1, n. 74), tales scholas ratone *originis* sive *causae efficientis,* etsi forte ab auctoritate publica expresse approbatae fuerint, et quoad privilegia et effectus civiles vel canonicos scholis publicis aequiparentur, manere scholas privatas.

Quare scholae, de quibus agitur, sunt *vere privatae,* legibus civilibus regni italici uniformatae, nec earum natura et conditio iuridica immutata est, quando effectae sunt *propriae* S. Sedis, seu Pontificiae: tunc mutatus est institutor, sed eadem permansit institutio. Nec unicus exstat actus officialis, quo transmutatio vel promotio scholarum « Angelo Mai » ad naturam publicam sit facta. Cum nihilosecius Promotor iustitiae, et cum ipso actorum patroni, instet, Institutum « Angelo Mai » fuisse scholam *publicam, quia, propriam* Ecclesiae seu Pontificis, RR. PP. Auditores putarunt, hanc quaestione m accuratius esse examinandam. Argumentat enim Promotor iustitiae contra expositiones sententiae primae instantiae: Ecclesiam ius habere speciale, licet non exclusivum, instituendi scholam etiam pro laicis, quae sint ipso iure *publicae,* ideo perpetuae ex natura sua. Ergo saltem praesumendum esse quod Professores ad eamdem vocati in perpetuum fuissent deputati ad munus docendi ibidem exercendum. Et hanc praesumptionem sufficere ex sese ad probandam omnimodam stabilitatem officii et bonum ius actorum ad integrum stipendium accipiendum.

De iure Ecclesiae speciali, etsi non exclusivo, instituendi scholas pro laicis dubitari nequit, siquidem hoc ius affirmatur in allocutione Pii IX diei 1 novembris 1850 *In Consistoriali,* et diei 5 septembris 1851 *Quibus luctuosissimis,* et in epistola eiusdem Pontificis ad episcopum Friburgensem *Quem non sine* diei 14 iulii 1864; et confirmatur in propositionibus *Syllabi* damnatis 45, 47, 48. Eadem doctrina praeclare exponitur ab Emo Gavagnis in citatis *Instit. Iur. Eccl.,* 1. % praesertim nn. 8909, 117, 118, 119. Nam licet finis primarius scholae pro laicis sit bonum temporale civium, institutio autem religiosa finis tantum secundarius (Gavagnis, 1. c. nn. 89, 116, 118, 119), tamen etiam ille finis primarius aliquo modo Ecclesiae convenit, videlicet sub respectu communi charitatis. Exponit hoc idem Auctor, 1. c. n. 119: « Diximus scholas et « promovere secundario bonum spirituale, et primario bonum temporale « discentium et societatis christianae, ideoque obiectum esse Ecclesiae « saltem sub respectu communi charitatis. Maxime, autem Ecclesiae « conveniens est et promovere quae ad charitatem proximi in ordine « temporali referuntur. Sed influxus scholarum in bonum spirituale « mediocris non est; ideoque non solum scholae constituunt medium « quo Ecclesia uti potest, sed quod specialem eius meretur sollecitu- « tudinem ».

Hoc ius speciale instituendi scholas pro laicis Summus Pontifex non amisit post eversum eius principatum civilem anno 1870, quamvis a lege italica constrictus fuerit intra limites cuivis civi privato concessos illud exercere. Etsi autem scholae Pontificis propriae post annum 1870 in Urbe exsistentes publicae denominari possint, carent tamen iis stabilitatis elementis quas in scholis Pontificiis periodi praecedentis habebantur. Quod schola permanens sit seu stabilis, ab exercitio iuris provenit, potius quam a iure in se inspecto. Exercitium autem iuris est factum, quod a circumstantiis et adiunctis actualibus dependet. Considerandum scilicet erat, an, omnibus perpensis circumstantiis, expedierit scholas huiusmodi instituere? Quaenam necessitas? An suppeterent media pecuniaria? An alio modo minus dispendioso provideri posset scopo attingendo? Quales fructus sperandi? etc. Responsio vero hisce quaestionibus alia omnino debebat esse pro periodo subsequenti amissionem dominationis civilis Pontificum, alia pro tempore antecedenti. In prima enim periodo Summo Pontifici, tamquam capiti societatis civilis, incumbebat obligatio providendi ne cives institutione debita carerent; at, everso civili Pontificis principatu, id quod praecipue respiciebat obligatio ipsius in scholis pro laicis, non erat finis earum primarius seu bonum temporale civium, sed finis earumdem secundarius seu institutio

discipulorum religiosa. Ad hunc finem obtinendum non deerant alia media praeter illud omnino dispendiosum, constitutionem nempe propriarum scholarum, quod certe medium efficax est, sed ob maximos sumptus necessarios, habita ratione angustae paupertatis S. Sedis, generaliter adhiberi non poterat. Deinde in prima periodo huiusmodi scholae regimini Pontificis, civili potestate induti, quoad syilabum instructionis, disciplinam, normam examinum, etc. plene subdebantur. In altero autem regimine seu periodo, ius suum S. Sedes exercere non poterat nisi intra limites tituli communis privato civi a lege Italica concessi (V. Card. Cavagnis, 1. c. n. 107). Aliis insuper difficultatibus, quas illae privatorum civium non patiebantur, ex administratione iniqua legis obnoxiae erant scholae ab auctoritate ecclesiastica dependentes. De hoc facto testantur f. r. Leo XIII in sua epistola ad Cardinalem Vicarium diei 25 martii 1879, quo praecise tempore S. Sedes sumpsit sustentandum et moderandum Institutum « Angelo Mai ». Scribit Pontifex: « Mentre tanta licenziosa « libertà si concede alle scuole eterodosse, per vie oblique, ma som- « mámente efficaci, si tenta d'impedire lo sviluppo e l'incremento delle « scuole cattoliche. Non mancano affatto all'uopo sinistre insinuazioni « contro di esse, nè speciali rigori, nè minaccie per distogliere i geni- « tori dall'affidare i loro figli a maestri sinceramente cristiani ». Porro, in prima periodo Summus Pontifex, uti Princeps civilis, tributa exigere potuit a subditis ditionis pontificiae, in quorum beneficium temporale scholae antea instituebantur, ad expensas earumdem solvendas; in novo autem rerum statu, pecunia ad hunc scopum adhibita desumenda erat ab admodum restricto patrimonio, ex fidelium totius Ecclesiae oblationibus constituto, quod nunc toti administrationi supremae Ecclesiae in Urbe et Orbe inservire debet.

Quales denique fructus sperandi erant ex istis scholis stricte dictis pontificiis, in quibus scilicet integri sumptus, praesertim stipendium Professorum, a S. Sede solvendi erant? Optimi quidem intensive inspecti, parvi omnino, si extensive, uti oportet, inspiciuntur: paucissimi enim ex tot puerorum catholicorum millibus in Urbe crescentibus scholas istas pontificias frequentare poterant.

Historica igitur adiuncta, in quibus exercitum fuit ius Pontificis, ostendunt conditionem scholarum suarum omnino diversam fuisse tempore quo regnum civile possidebat, ac tempore post illud amissum. Et licet scholae pro laicis in secunda periodo exsistentes fuerint publicae, utpote ab aerario pontificio sustentatae, et ab auctoritate Pontificis directe dependentes, tamen ex circumstantiis superius expositis in vulgo notis, *precariae* fuerunt et *instabiles.* Ex instabilitate autem scholae

« Angelo Mai » praesumptio gravissima habetur instabilitatis officii Professorum in eadem docentium.

Ex supra notatis sequitur prorsus falli etiam argumentum ex paritate deductum a Promotore iustitiae, quo dicit oriri eamdem praesumptionem in favorem Professorum ex Constitutione Leonis XIII *Quod divina Sapientia* circa studia regenda in pontificia ditione, ubi quaedam stabilitas Professoribus decernitur, cum paritas respectu stabilitatis scholarum ipsarum in novo rerum ordine prorsus deficiat, praesertim quia scholae in hac altera periodo storica non amplius a civili potestate Pontificis de facto dependerent, cuius olim erat tamquam capitis societatis civilis obiectum primarium, huiusmodi scholarum curare, et tributa ad hunc finem a subditis exigere. Et ob easdem igitur rationes nec habetur huiusmodi praesumptio ex facto quod subdita fuit schola « Angelo Mai » iurisdictioni S. Congregationis Studiorum. In pari modo non est dubitandum quod Professores haud contineantur in Constitutione *Sapienti consilio* Pii X, diei 29 iunii 1908, nam haec decernens inter normas communes *De stipendiis,* n. 5: « Gradus et stipendia sarta tectaque mane-« bunt administris eorum etiam officiorum, quae ob novam Romanae « Curiae ordinationem, aut prorsus desierint, aut sint natura penitus « immutata », normae igitur quae nullimode respiciunt Professores, sed exclusive Curiam Romanam, seu Congregationes, Tribunalia et Officia quae Curiam constituunt, et proinde officiales eidem Curiae adscriptos. Neque possunt Professores adnumerari aliis officialibus S. Sedi addictis, quia hi suam conditionem iuridicam repetunt a legibus seu decretis sibi propriis, uti sunt officiales S. Palatio, Musaeis, etc. praepositi. Hinc et ipse Promotor Iustitiae in suis postremis animadversionibus n. 17 profitetur: « Hic concedi debet actores non pertinere ad Curiam Romanam « neque ad palatium vel musaea pontificia, ita ut quaestionem dirimere « non valeant, indicato articulo Constitutionis *Sapienti consilio* vel alia-« rum, si quae sint, legum ». Profecto possent actores recenseri in numero administratorum S. Sedis, utpote qui dabant operam in scholis pontificiis, si hae fuissent in vero *publicae.* Sed, uti supra demonstratum est, fuerunt hae scholae *mere privatae,* ita ut per consequens earum Professores ea tantum iura sibi vindicare valeant adversus S. Sedem, quae privatis pactionibus continentur, et sibi stabilitatem officii arrogare iure merito, si in dictis pactionibus sive implicite sive explicite comprehensa sit. Stante praesumptione contraria stabilitati officii Professorum, oportet ipsos ad suam thesim probandam, declarationes claras et certas S. Sedis afferre, quae vincant hanc praesumptionem ipsis adversam, et ostendant stabilitatem officii fuisse admissam a S. Sede. Nunc autem ex actis non

constat S. Sedem pactam fuisse Professoribus stabilitatem officii, sed potius constat S. Sedem pluries declarasse se nolle, se non posse obligari erga Professores de onere solvendi pensiones, semperque negasse quamcumque stabilem obligationem assumere velle. Testis primo loco est Natalucci, qui recolens merita Professorum in S. Sedem et in ipsam civilem rempublicam, ait, rationem habendam esse « dello scoraggia- « mento che deve necessariamente nascere in coloro che vi apparten- « gono, dalla *precarietà* del loro impiego ». Et hinc concludit: « Che il « consiglio direttivo debba appoggiare, dentro però ragionevoli limiti, « la domanda da essi promossa al S. Padre », nempe obtinendi iubilationem, sin minus pensionem. Deinde subiungit: « Ma conviene purtroppo « riflettere, che riconoscendo la S. Sede la stabilità dei Professori ed il « loro diritto di conseguire la pensione, si potrebbe trovare esposta ad « erogare rilevanti somme senza alcun vantaggio diretto ed immediato ». Denique *consilium* quidem dabat Natalucci S. Sedi, ut recognosceret stabilitatem officii, sed « al riconoscimento della stabilità dell'impiego « ed al diritto alla pensione venisse apposta la riserva, finche le circo- « stanze dei tempi e le condizioni della S. Sede io permetteranno ». Sed S. Sedes stabilitatem officii recognoscere noluit, et dum nec iubilationis nec pensionis ius recognoscit, spondet se *subsidia* praebituram esse Professoribus sub certis conditionibus et sub expressa cautela posita in art. 10. Decreti textus « del Regolamento », nempe relatas normas « non « potranno in qualsiasi tempo o sotto qualsiasi pretesto attribuire *alcun « diritto giuridico* a favore delle persone sussidiate ». in art. autem 3, implicite respuitur quaecumque stabilitas tum scholarum tum officiorum. Iamvero ex his sequitur:

a) S. Sedem haud potuisse clarius ostendere suum firmum propositum non assumendi quamcumque stabilem obligationem ; usque ad annum 1890 haud recognitam fuisse a S. Sede stabilitatem officii;

b) hinc Professores petiisse a S. Sede ut ipsis *ex gratia* assignaretur iubilatio aut pensio, si tanto tempore eis contigerit suas operas dare in dictis scholis; -

c) Professores petiisse iubilationem, *sin minus* pensionem, quia huiusmodi iuris recognitio et concessio aequivalebat recognitae et concessae stabilitati officii, et tamen S. Sedem concessisse *tantum subsidia*, et omnino prohibuisse ne in citato Decreto vocabulum pensionis usurpantur;

d) hanc agendi rationem S. Sedis clare demonstrasse Professoribus, eiusdem S. Sedis intentionem non assumendi ullam stabilem obligationem adversus ipsos.

Negant autem actores, et ex plurium testium depositionibus probare adnituntur, ipsos ignorasse decretum ita dictum anni 1890 de pensionibus, et potissimum art. 3 praevidentem Instituti suppressionem; proinde Professoribus, cum Institutum concessum fuit PP. Barnabitis, pollicitationes et declarationes factas fuisse, ordinatas et aptas etiam ad suadendum eisdem sui officii stabilitatem.

Iamvero ad primum quod attinet, dicendum est, quod constat ex actis, etsi non omnes Professores, tamen plures ex ipsis cognovisse controversum decretum. « Credo - ita testis Mancini - che privatamente « fu communicato a qualche professore, perchè se ne parlava ». Sed dato etiam quod decretum ita dictum de pensionibus omnes lateret Professores, nihil exinde sequeretur pro demonstranda thesi Professorum. Non enim agitur de aliquo decreto iudiciali, quod, nisi legitime communicetur vel intimetur, omni vi caret. Professores nempe petierunt *ex gratia* a S. Sede pensiones, sed S. Sedes censuit, se non posse obligari in id quod petebatur. Promisit tamen *subsidia,* et quidem non absolute, sed: « sino a che le condizioni economiche della S. Sede lo permette« ranno ». Hinc decreto anni 1890 approbatae fuerunt nonnullae normae « alle quali il Consiglio direttivo dovrà attenersi nel *sussidiare* i Pro« fessori », quas normas publicare noluit S. Sedes, ne Professores in iisdem nimis fiderent. Quapropter poterant Professores instantius petere a S. Sede, ut controversum decretum eisdem denunciaretur, ut tandem aliquando aperte cognoscerent, quaenam sors ipsos maneret, an fuisset eorum sorti congrua securitate"consultum. Sed e contra nihil agunt Professores, et innixi non conventioni, non certae legi aut decreto, sed *praesumptioni* - « erano tutti fiduciosi che in qualche modo si sarebbe « loro provveduto », - *se retinent* uti inamovibiles, stabili officio provisos, vel saltem integra pensione donandos, si Institutum defecerit. Haec fides et securitas animorum in S. Sedis voluntatem sub aliquo adspectu redundat in laudem Professorum et ipsius S. Sedis, sed non praestat fundamentum actioni iuridicae. Sola praesumptio hominis non valet in iudicio, etsi sit gravis vel gravissima, in rebus, in quibus agitur de petitis oneribus ab alio praestandis, quamvis uti indicium possit producere semiplenam probationem, nam iudex procedere debet iuxta acta et probata, uti notissimum est in iure.

Sed notant Professores, quod ipsorum fides et securitas quodammodo fovebantur ex pollicitationibus et declarationibus sibi factis cum Institutum concessum fuit PP. Barnabitis. Etenim tales factae essent declarationes, quae omnino suadebant eisdem sui officii stabilitatem. Et sane testes Tuccimei, Persiani, Seganti, Bersichetti, Mencacci, etc.

asseverant, certam persuasionem omnes habuisse de stabilitate officii, quae parumper vacillavit, quum scholae commissae fuerunt PP. Barnabitis; sed omnem dubitationem prorsus sustulisse et Emum Satolli, Praefectum S. Congreg. Studiorum, et Revmum Praesulem Dandini a secretis eiusdem Congregationis. Siquidem Carolus Santucci in nomine Professorum interrogasset hac de re Emum Satolli, hoc recepit responsum: « Dica a questi Professori : *trepidaverunt timore ubi non erat timor* ». « Ciò che nel seguito della mia conversazione - ita testis Santucci - « ebbe per me il significato che si fosse già pensato a salvaguardare «egualmente l'interesse degli antichi professori. Però l'Emo non credè « di scéndere a particolari, e così io non potei riportare ai professori « che *Vassicurazione generica* avuta con quelle parole, le quali, secondo « me, dovevano bastare a tranquillizzarli ». Quoad Praesulem Dandini testatur Pater Vitale, Barnabita: « Il Revmo Mons. Dandini ripetè a me « più volte che, come la S. Sede non avrebbe potuto licenziare senza « gravi ragioni di demeriti i suddetti professori, così ancora noi Barna- « biti dovevamo assolutamente rispettarli ». Iamvero declaratio stabili--talis Professorum in actu translationis Instituti « Angelo Mai » ad PP. Barnabitas ita sonat: « Che debbono ritenersi tutti gli attuali professori «addetti all'Istituto, nè i Barnabiti potranno licenziare alcuno, tranne « per cattiva condotta o per insufficiente prestazione dell' opera loro « neh" insegnamento ». Hic utique quaedam stabilitas Professorum etiam pro futuro a S. Sede concessa est, sed non est illa perfecta seu deputatio perpetua ad officium, quae requiritur ad thesim actorum probandam. Notum est enim in iure, non esse licitum etiam ad nutum amovibiles amovere sine iusta causa. Praedicta pacti clausula sufficienter explicatur ex eo quod S. Sedes antiquos Professores ob servitium per tot annos laudabiliter praestitum conservare voluit, et hac conditione pacti periculum quod reapse exsistebat, removit, ne PP. Barnabitae ex proprio coetu novos professores substituèrent. In hac clausula non erat quaestio de causis in genere cessationis Professorum ab officio, uti ex. gr. de clausura Instituti, cum PP. Barnabitae haud domini sed tantum moderatores eiusdem fuerint. Agebatur solum de potestate Directorum dimittendi Professores. Hanc interpretationem clausulae pacto insertae confirmat depositio supra nominati Revmi Praesulis Dandini, qui fuit Secretarius S. Congreg. Studiorum illo tempore quo translatio Instituti facta est; ait enim: « Alla seconda domanda circa le dichiarazioni fatte «ai Professori al tempo della cessione dell'Istituto ai PP. Barnabili: «che non ebbe da fare alcuna dichiarazione in nessun senso, che la «clausola posta nel contratto coi Barnabiti, circa le cause di remozione

« dall'officio dei professori, furono poste allo scopo di evitare che fossero «surrogati dai Religiosi senza demeriti ». - « Alla domanda del Promotore di giustizia perchè il contratto ^prevedesse la sorte degli oggetti « descritti dall' inventario e non quella dei professori, risponde : - osser- « vandò che in un contratto coi Barnabiti sarebbe stato fuori di luogo « parlare dei Professori ». Quod vero idem Dandini declarans suam opinionem « intorno alla condizione giuridica dei Professori », dixerit « di averla creduta non diversa da quella degli altri impiegati della « S. Sede, i quali senza una mancanza non debbono essere dimessi », hoc nihil probat, agitur enim de simplici opinione quam uti Dandini, ita quisque alius habere potest: quisque enim in suo sensu abundat. Praeterea quamquam enunciationes supra relatae quodammodo attendendae sunt, quippe factae ab iis viris, quorum erat significare et manifestare mentem S. Sedis, tamen huiusmodi declarationes utpote orales et ambiguae cedant oportet aliis declarationibus claris, apertis et quidem scripto datis non ab uno vel alio administro S. Congreg. Studiorum, sed ex officio a tota Congregatione.

Et re quidem vera deposuit P. Nespoli, Barnabita: « I Professori «dicevano sempre di aver diritto a pensione, cosa che *negavano* e « *negano V* Emo card. Satolli, Prefetto degli Studi, ed il Segretario « Revmo Ascenzo Dandini ». Praeterea ipse Revmus Dandini in suis litteris diei 29 augusti 1907 datis Revmo Bressan, capellanò secreto S. Pontificis, dum iam agebatur de supprimendo Instituto, scribit: « Parecchi « anni dopo T ufficiale abolizione delle pensioni, i due Istituti furono « affidati a due distinti Ordini Religiosi per una somma convenuta, e « neh" atto di trasmissione, il personale che fu riconosciuto esuberante « e non trovava posto nella nuova sistemazione, fu licenziato, accordando « a ciascuno una gratificazione per una volta sola; e sembrò che tutto « fosse passato in *re iudicata* ». Nec praetermittenda est epistola scripta mense octobri 1904 Emo Praefecto Studiorum a Revmo P. Nespoli: « Quando la S. Congregazione degli Studi cedeva ai Barnabiti l'Istituto « " Angelo Mai „, tra le altre cose domandava al Revmo Mons. Dandini «se i Professori ad esso appartenenti avevano diritto a pensione. Il «Revmo Mons. rispose senza esitare: " No, non hanno diritto „. Ora i « Professori avendo ciò appreso, sono in una vera e continua agitazione, « e concordi affermano il diritto alla pensione. In prova adducono le « ragioni che l'È. V. è pregata di leggere nel promemoria a me presentato e che compiego con questa mia ». Die 28 nov. 1894 S. Congreg, respondit et litteris et libello, atque facta mentione Institutorum « Angelo Mai » et « De Merode » tempore fundationis et benevolentiae qua Pro-

fessores affecit Leo XIII f. r., ait: « Fra gli atti di benevolenza deve annoverarsi il desiderio di accordare loro una pensione per provvedere al «loro avvenire. A tale scopo fu redatto un regolamento, ma con l'espli- « cita dichiarazione che con esso non s'intendeva imporre alcun obbligo « alla S. Sede, nè dare ai Professori alcun diritto, come tutto fu con- « fermato nell'art. 10 concepito in questi termini: " Le disposizioni con- « tenute nei precedenti articoli saranno mantenute fino a che le condizioni economiche della S. Sede lo permetteranno, e non potranno in « qualsiasi tempo e sotto qualsiasi pretesto attribuire alcun diritto giu- « ridico a favore delle persone sussidiate, e costituire alcun vincolo legale « a carico del Consiglio e della S. Sede „. Tn seguito a questo due soli « professori ebbero la sorte di godere dell' accordato beneficio, ma poco « dopo le condizioni della S. Sede essendosi aggravate per sopraggiunti « disastri, lo stesso Pontefice non si trovò più in grado di proseguire a « largheggiare in beneficenze come avrebbe voluto, e le recenti ristret- « tezze lo indussero a venire nella determinazione di cessare dal con- « cedere ulteriori pensioni; che anzi nell'udienza del giugno 1897 ordinò « di mettere tosto in esecuzione tale determinazione. Così e non altri- « menti stavano le cose quando i due Istituti furono affidati alle due « Congregazioni religiose. - Il non esserci fondi stanziati per dare pen- « sioni ai Professori, e non avere questi fatto mai alcun rilascio allo « scopo, e il non trovarsi la S. Sede in condizione di secondare il loro « desiderio, sono motivi che inducono questa S. Congreg, a non esporre « la domanda dei Professori ad una nuova e certa negativa. Non resta « che sperare in tempi migliori. - Con ciò credesi aver risposto alla «memoria presentata alla S. V. dai Professori, nella quale vi sono non « lievi inesattezze, ed alla lettera della S. V. ». Iamvero, his habitis prae oculis scriptis documentis, nemo non videt, quanta vis tribuenda sit declarationibus oralibus supra relatis, quibus actores innituntur. Est revera omnino singularis in hac causa, ut actores ipseque Promotor, dum maximam tribuunt vim declarationibus oralibus, ambiguis, et quasi privatis, nihil deinde faciant declarationes claras, concordes et formaliter a S. Congregatione scripto datas. Ceterum declarationes Emi Card. Satolli tempore translationis Instituti factae ad perpetuitatem officii Professorum nullatenus alludent, et nihil aliud significant nisi quod, translato Instituto, conditio Professorum immutata mansisset. Hoc liquet ex depositione comitis C. Santucci, qui a Professoribus rogatus Emum Praefectum S. Congreg. Studiorum adivit ad eorumdem timores exponendus, uti supra iam est dictum. Eiusdem rationis et significationis sunt verba, iam supra citata, Cardinalis eodem tempore prolata, a professore Biroc-

cini relata: « Uomini di poca fede, perchè avete dubitato? La vostra « sorte è assicurata, e non perderete niente ». Alia etiam Professorum testimonia de hac re nihil addunt genericae declarationi Cardinalis, quae fundamentum undequaque sufficiens habebat in clausula pacto Instituti translationis inserta.

Nec tandem prodest actoribus argumentum ex iure romano deprom- ptum, quo probare ad nituntur perpetuitatem inesse officio Professorum, etsi hanc recognoscere renuisset aut non intendisset S. Sedes. E con- trario, inspecta natura generica contractus, qui intercessit inter Profes- sores et S. Sedem, locationis operarum nimirum, praesumptio habetur quae administratoribus bonorum S. Sedis conventis potius quam Pro- fessoribus favet. Nam, quamvis legatur in lege 38, ff. *locati conducti:* « Qui operas suas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, si «per eum non stetit quominus operas praestet », communis tamen doctrina auctorum ab obligatione huiusmodi eximit cónductorem, si *iusta causa* habetur suspensionis vel cessationis operarum. Ita Reiff., lib. 3, tit. 18, n. 92 docet: « Si dominus ante locationis temporis finitum *« absque legitima causa* servum expellit... vel si alias per eum steterit « quominus famulus, vel alius conductus debitas operas praestare queat, « tenetur ad solvendam integram mercedem determinato locationis tem- « pori correspondentem ». Et loc. cit. commentât verba legis *Dominus,* 55, 2, ff. h. t. in materia correlativa : « Notanda sunt verba legis *sine iusta « et probabili causa:* enimvero si causa fuisset, cur periculum timeret, « quamvis periculum vere non ruisset, tamen non debere mercedem ». Item D'Annibale, vol. 2, n. 494: « Inita locatione non licet ante definitum « tempus, neque locatori a locatione discedere, neque conductori loca- « torem dimittere, *nisi ex iustissima causa :* alias locator mercedem « praeteriti quoque temporis amittit ; conductor futuri quoque prae- « stabit ». Vide etiam Schmalz., lib. 3, tit. 18, n. 14. Si vero conductor ex iusta causa a pactis recedere potest, quin obligetur ad mercedem praestandam pro reliquo tempore locationis, quando tempus determi- natum fuerit per pactum inter partes, a fortiori concludi debet, cóndu- ctorem non obligari ad mercedem vel stipendium solvendum post ces- sationem operarum ex iusta causa, quando tempus locationis indeter- minatum relictum fuerit in pacto inter partes, prouti in praesenti casu supponi debet, donec contrarium probetur. Quamobrem etsi actores pro- bassent sui officii stabilitatem, tamen ulterius demonstrare debuissent non adesse illam *iustissimam causam,* eam nempe in Chirographo Pontificis invocatam, ex qua licet resilire a pactis seu conventione. In dicto Rescripto decernitur suppressio instituti « Angelo Mai » invocatis rationi-

bus oeconomicis, quae Sedem apostolicam directe cogunt, maximam parsimoniam observare. Quia autem in themate haud fuit probata officii stabilitas, immo huiusmodi obligationem adversus Professores se nolle assumere non semel et expressis verbis manifestavit S. Sedes, hinc eidem licuit, Professores ex iusta causa dimittere. Quinimo Laurent, *Principi di diritto civile. - Della locazione d'opera*, vol. 25, part. III, n. 507 sqq., explicat etiam per iurisprudentiam, *indemnitatem datam* a conductore locatori tenere locum *iustae causae.* Atqui in casu S. Sedes prospexit quoque professorum indemnitati, dum, suppresso instituto, eisdem con: cedens subsidia, quae decreto anni 1890 determinata fuerant, immo in largiori mensura, uti iam explicatum est, et quamvis idem decretum anni 1897 revocatum fuerit. Ergo S. Sedes nedum iustitiae, sed aequitati et caritati undequaque satisfecit. Etiam leges Italicae modernae recognoscunt dimissionem suorum officialium per suppressionem vel reformationem officii, eisdem indemnitatem vel pensionem pro laboribus praestitis concedentes, uti videndum est in lege 14 apr. 1864, n. 1731, art. 1 sub c), et art. 3 sub 6), art. 4.

Nec dicatur, Institutum « Angelo Mai » non fuisse suppressum, sed unitum cum Instituto S. Apollinaris, ita ut iura professorum eo ipso ad hoc translata sint. Etsi in sensu latiori actus Pontificis Pii X, de quo est sermo, *unio* dici possit, tamen Institutum « Angelo Mai » non est unitum cum Instituto S. Apollinaris in sensu stricto seu in forma iuridica qua tale, sed eius scholae simpliciter sunt clausae, professores dimissi et parentes alumnorum certiores facti, ut filios, si velint, posthac mittant in scholas S. Apollinaris, quae in omnibus et singulis in eodem statu et iisdem conditionibus permanserunt prout antea.

Ceterum habet Pontifex ut summus legifer et administrator Ecclesiae plenam potestatem officia quaecumque sibi subdita supprimere, unire et dismembrare, praesertim si adsit causa rationabilis atque iusta. Quisque videt, Summum Pontificem habuisse in casu, de quo agitur, gravissimas rationes, quia nempe Institutum « Angelo Mai » in facto erat reductum ad mininium alumnorum numerum et expensae pro eodem erant maximae, ita ut S. Sedes propter inopiam eius pecuniae notissimam coacta esset, scholas claudere, uti haec omnia chirographum Pontificis memorat. S. Sedes autem non violasse per dimissionem Professorum iustitiam, ne aequitatem quidem, probat, uti iam dictum est, praestatio pensionis corrispondentis laboribus ab eisdem praestitis.

Quibus omnibus sedulo perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae* oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive

sententiamus *Sententiam primae instantiae esse confirmandam,* seu *Non constare de iure instantium exigendi integrum stipendium in casu.*

Statuimus autem et decernimus, expensas haberi compensatas inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 13 ianuarii 1913.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Ioseph Mori.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 4 marzo 1913, nel palazzo apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Ordinaria dei sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi signori Cardinali componenti la medesima, hanno discusso il dubbio sopra la introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria Teresa Dubouchè, fondatrice delle Suore della Adorazione Riparatrice.

CONGREGAZIONE PREPARATORIA.

11 giorno 11 marzo 1913, nel palazzo apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati ofliciali e dei Consultori teologi, fu tenuta la Congregazione Preparatoria dei sacri Riti sulla causa *Corisopiten.,* per discutere il dubbio sopra F eroismo delle virtù del Venerabile Servo di Dio Michele Le Nobletz, sacerdote e missionario.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Il Santo Padre Pio X, desiderando contribuire alla maggior solennità del XXIV Congresso Eucaristico internazionale, che avrà luogo a Malta nel prossimo mese di aprile, si è benignamente degnato di destinare Sua Eminenza Rma il signor cardinale Domenico Ferrata, prefetto della sacra Congregazione dei Sacramenti, a presiedere il detto congresso con l'alto titolo di *Legato Pontificio.*

Ad accompagnare il prelodato Emo signor cardinale Legato, Sua Santità si è benignamente degnata di destinare:

L' ilimo e Rmo Mons. Federico Tedeschini, cancelliere dei Brevi apostolici;

L'Eccmo signor principe Barberini ;

L'Unno signor comm. Guglielmo Humphrey Page, cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

2 marzo 1913. — Mons. Vincenzo Misuraca, segretario di Nunziatura di seconda classe, *Segretario di nunziatura di prima classe,* destinandolo a prestar servizio presso la Delegazione apostolica degli Stati Uniti d'America.

7 marzo. — L' Eöio signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell' ordine dei Romitani Recolletti di S. Agostino.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolici ad. instar participantium :

28 gennaio 1913. — Mons. Luigi Castro, della diocesi di Nieosia.

4 marzo. — Mons. Giuseppe Fragnière, superiore del gran seminario di Friburgo.

Prelati Domestici di S. S.:

28 febbraio 1913. — Mons. Percy A. Philips, cancelliere della Curia vescovile di Denver.

— Mons. Riccardo Brady, canonista della medesima diocesi.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

20 febbraio 1913. — Al Sig. senatore Arturo indio do Brasil e Silva, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 febbraio 1913. — Al Sig. Bernardo Pichardo, ex-segretario di Stato della Repubblica Dominicana.

6 marzo. — Al Sig. cav. Guglielmo Humphrey Page, cameriere segreto di spada e cappa di S. S.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 febbraio 1913. — Al Sig. Massimiliano de la Hamayde, della diocesi di Troyes.

— Al Sig. Enrico Jorry-Prieur, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell' Ordine di 8. Silvestro Papa:

26 febbraio 1913. — Al Sig. Arnoldo Fayen, bibliotecario al Ministero degli Affari esteri del Belgio.

— Al Sig. Placido Lambert, della diocesi di Troyes.

2 marzo. — Al Sig. dott. Odoardo Pandolfì, della diocesi di Cassano all' Jonio.

NECROLOGIO.

4 gennaio 1913. — Mons. Luigi del Forno, vescovo di Nocera dei Pagani.

14 marzo. — Mons. Felice Gialio Jourdan de la Passardière, della Congregazione dell'Oratorio, vescovo titolare di Rosea.

^pnus V. - Vol. V. Die 31 Martii 1913. Num. 5.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

PRIVILEGIA ATQUE INDULGENTIA IN FORMA IUBILAEI PRO INAUGURATIONE GRYPTAE S. **BENEDICTI IN CATHEDRALI CASINENSIS ARCHICOENOBII TEMPLO FELICITER RESTITUTAE.**

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Archicoenobium Gasinense, splendidum christianae fidei monumentum Italiaeque decus singulare, quid Christi religio possit, luculentissime testatur. Intra felicis Campaniae fines in monte, Benedicti occidentalium monachorum legiferi Patriarchae sanctimonia cohonestato, vertente sexto reparatae salutis saeculo conditum, gravissimis temporibus quasi Ecclesiae columen, Fideique propugnaculum apparuit. Etenim monasterium illud dum barbarorum incursus, civilium rerum eversio, discordiae intestinae, tumultus, caedes, cruentaque bella, non solum Italiae, sed Europae universae regiones funditus vastarent, asylum pacis, tutumque perfugium, religioni non minus quam bonis artibus praebuit. Hic a piis monachis quasi per manus transmissa inter tenebras longe lateque ingruentes, veteris sapientiae fax populis * illuxit, hic servata est divinae non minus quam humanae legis verenda ^sanctitas, teterrima illa tempestate, qua per vim atque iniuriam omnia miscebantur. Quid Italia, quid civilis Europa Casinensibus monachis debeat, edocet magistra vitae ac nuntia veritatis historia; ex qua pariter (Comperimus per longam annorum seriem, Monasterii Casinensis fastos Romanae Ecclesiae historiae magnam esse partem; ipsiusque Coenobii

tres alumnos ad sacerdotii apicem e claustro evectos, inter decessores. Nostros, Stephani IX, Victoris III et Gelasii II nominibus, recenseri. Celeberrimum hoc Archicoenobium iure meritoque maximo in honore^ habuerunt Pontifices Romani, quibus Abbatiae status iugiter cordi fuit,; quique a priscis temporibus ad nostram usque aetatem tum publicis gravibusque documentis, tum concessionum et privilegiorum copia, suum erga Benedictum Patrem obsequium devotionemque amplissime testati sunt. Hos inter meminisse iuvat Alexandrum II, Urbanum V, Leonem X, Clementem XI, Benedictos XIII et XIV, ipsumque Nostrum immediate decessorem Leonem Papam XIII, qui anno **MDCCCLXXX**, labente saeculo decimo quarto a nativitate divi Benedicti, cum ob temporum vicissitudines ad Archicoenobium Casinense se sistere nequiret, sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Pitra suum a latere Legatum illuc misit, qui in sollemnibus festis personam Summi Pontificis gerere! Itaque ex' auspicato contingit ut Nobis quoque, supremum in terris apostolatum divinitus obtinentibus, nunc propitia detur occasio, erga perinsigne ipsum Archicoenobium voluntatem Nostram studiumque significandi. Siquidem non sine magna animi Nostri laetitia felicem nuntium accepimus die vi proximi mensis maii publico christiani populi cultui, in Archicoenobii Casinensis templo Archiabbatiae illius cathedrali, denuo patefactum iri splendidum hypogaeum in quo S. Benedicti monachorum Patriarchae, et germanae eius sororis Scholasticae mortales exuviae gloriosam resur^ rectionem exspectant. Cum insignis ille Sanctorum memoria locus temporum et magis hominum iniuria inornatus exstaret, atque aedis superioris magnificentiae impar esset, Bonifacius Krug Casinensis abbas, recens vita functus, animos addente Aloisio Tosti abbate, doctissimo viro, fide singulari fretus et Benedictino ausu spirituque ductus, eiusdem hypogaei instaurandi immane opus aggressus est. Idem voluit ut ad sepulchrum Patris ornandum, filii eius adlaborarent, et scholae artis Beuronensium monachorum opus commisit. Quin etiam menti illius illuxit salubris quaedam sub Benedictini Ordinis auspiciis christianae artis innovatio, ac sicuti abdita intra Benedictina claustra, immutata supererai sacra Gregoriani cantus melodia, optima concentuum ecclesiasticae Lyturgiae maiestati respondentium magistra, ita speravit fore ut e Casinensi Archicoenobio, nova prodiret humanarum artium conceptio, quae mendacis artis nomine admissas a templis Dei profana-ib tiones defenderet, exemploque operum ostenderet qua ratione picturae sculptura et reliquae ornamentales artes, una simul cum musice sacrae, Lyturgiae valido auxilio esse queant. Id sane propositum mirifico illo?}, christianae artis opere spectavit, exitusque exspectationi respondit, quum

absolutum modum hypogaeum pretioso m annorum atque auri gemmarumque ornamento excultum, non modo intuentium admirationem in seT'convertat atque eruditorum virorum cultorumque liberaiium artium laudes ac plausum sibi conciliet, sed etiam prodat luculenter novam purae artis conceptionem catholici cultus decori esse apprime consentaneam. Verum haec Gryptae Benedictinae instauratio in aliam utilitatem prospere ac faciliter cessit evasit, nimirum in adeo conspicuam et sollemnem erga Benedictum Patrem illiusque religiosum Ordinem amoris obsequiique significationem quae communem Longe spem superaret. Corrogata enim undique stipe, ingentes sumptus tanto operi necessarios omnis conditionis ac coetus cives suppeditarunt, et in sancti loci fornicibus, musivo opere depicta, tum Nostrum, tum Nostri decessoris, tum potentium duorum Imperatorum, et Regum, regalium Principum, S. R. E. Cardinalium, Episcoporum, atque antiqua nobilitate illustrium familiarum, sfriîulque praecipuarum Benedictini Ordinis Abbatiarum stemmata, unañrmem hanc nobilis studii devotionisque concordiam luculenter testantur, ac perenne erunt apud posteros tanti amoris tantaeque pietatis monumentum. Nunc vero ad exitum adductis operibus, cum sicuti refert- ad Nos dilectus filius Gregorius Diamare Archicoenobii Gasinensis Ordinarius Abbas, sacrosanctum hypogaeum sollemnibus publicosque festis die vi adventantis mensis maii sit inaugurandum, quumque sacris huiusmodi laetitiis plurimi ex Abbatiis totius Orbis terrarum • Ordinis S. Benedicti abbates adfuturos se significaverint, placet Nobis faustitatem eventus, universaeque Benedictinae familiae iucunditatem praecipuo pontificiae benevolentiae pignore cumulare. Volumus siquidem memoriam auspicialium harum celebritatum perennem reddere, et spiritualia beneficia, quibus Romani Pontifices Nostri decessores Gasinensem Cryptam ditarunt, publico eodemque sollemni documento confirmare atque amplificare. Et primo impensis precibus obsecramus bonorum omnium auctorem Deum, ut Ordinem Benedectinum de religione humanisque artibus et civili cultu optime meritum propitius fortunet, atque uberioribus iugiter bonis adaugeat : pariterque universis ipsius familiae Monachis, adolescentibus in Ordinis Abbatiis instituendis, nec non omnibus qui in Ordinem ipsum beneficia contulerint, totique dioecesi Gasinensi, divina munera adprecantes, peramanter benedicimus. Praeterea coelestes thesauros quos fidelibus diribendos Altissimus Nobis concredidit, ultro libenterque reserantes, Gregorianum Privilegium quo pollet superenunciatae Gryptae altare maius divis Benedicto et Scholasticae dicatum, apostolica auctoritate Nostra, per praesentes ita in perpetuum confirmamus, ut Missae quae ibidem quovis

die pro defunctis rite celebrantur, animabus pro quibus litatae fuerint perinde suffragentur, ac si forent peractae ad perinsigne illud altare quod Romae est ad S. Gregorii in Monte Goelio. Pari etiam auctoritate alia duo altaria eiusdem Gryptae, alterum S. Mauro Abbati, et alterum S. Placido Martyri dicatum, apostolico perpetuo privilegio, ita praesentium tenore, decoramus, ut quandocumque sacerdos aliquis saecularis, seu de superiorum suorum licentia, regularis, ad alterutrum ex illis Missam celebret, pro anima cuiusque fidelis, quae Deo in caritate coniuncta, ab hac vita migraverit, anima ipsa, suffragantibus Domini nostri Iesu Christi, B. Mariae Virg., Sanctorumque omnium meritis, a Purgatorii poenis, si ita Deo placuerit, liberetur. Ad haec privilegium quo iam pollent tum altare maius templi cathedralis, tum altare item maius superenunciatae Cryptae, cuius privilegii vi, in ipsis altaribus Missa votiva S. Benedicti bis quavis hebdomada, etiam festis ritus duplicis maioris, celebrari potest, ad reliqua duo altaria Gryptae eiusdem extendimus. Privilegium autem memoratae Missae votivae in omnibus quatuor praefatis altaribus, perpetuum in modum ita produçimus, ut valeat pro omnibus anni diebus, et pro festis quoque cuiuscumque ritus sollemnissimis dumtaxat festivitatibus exclusis, sicuti iam nonnullis Sanctuariis concessum est. Insuper omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui singulis annis die vi mensis maii, a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis illius diei, admissorum confessione sacramentali expiati, ac coelestibus epulis refecti Gryptam supradictam S. Benedicti visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum indulgentiam ac remissionem, qua ipsis liceat, si malint, functorum vita labes poenasque expiare, misericorditer in Domino similiter perpetuo concedimus et largimur. Tandem ut festa auspicialia hoc anno habenda, uberior! cum spirituali christiani populi emolumento recolantur, sollemnem in forma Iubilaei indulgentiam indicimus a fidelibus universis lucrandam, qui intra spatium quod intercedit a die vi mensis maii ad solidam usque octavam diem sequentis mensis iunii, hoc dumtaxat vertente anno, Casinensis templi Gryptam visitent, ac rite iniuncta pietatis opera praestent; ideoque opportunas omnes facultates sollemnis Iubilaei occasione concedi solitas Confessariis ad hoc ab Ordinario Abbate nomínandis tribuimus; idque volumus fiat absque praeiudicio indulgentiarum et privilegiorum quibus cathedrale Casinense templum ditatum est Porro haec concedimus, mandamus, edicimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas, atque efficaces, semper exstare ac permanere,

suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ipsiusque Gasinensis Archicoenobii ecclesiae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite indicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die x februarii **MDCCCCXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

» L. S. *a Secretis Status.*

II.

ADPROBATIO IN ^PERPETUUM CONSTITUTIONUM CONGREGATIONIS CANONICORUM REGULARIUM IMMACULATAE CONCEPTIONIS.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Salutare maxime ac frugiferum consilium illud est quod ecclesiastici viri sacrum in terris ministerium gerentes, in unum coëuntes, vires consocient, ac iuxta divini Magistri consilia, ut propriae sanctificationi plenius consulere, commissumque munus efficacius implere queant, communis vitae rationem inire studeant. Quot enim uberes in Domini agrum fructus e vita communi semper manaverint, edocent Ecclesiae annales veteresque Patres et Doctores, qui communitates clericorum verbis amplissimis, unanimi consensione concelebrarunt. Decessores etiam Nostri Pontifices Romani has communis vitae societates commendarunt, sacerdotesque certis sub regulis conviventes, quos inter etiam illos, quibus postea a Canonicis Regularibus titulus fuit, luculentis laudis praeconiis iugiter prosequuti sunt. Memorare placet Urbanum II, Innocentium II, Benedictum XII, Honorium II, Eugenium IV, Sixtum IV, Paulum III, Pium IV, sanctum Pium V et Urbanum VIII Nostros praedecessores, qui Litteris suis etiam sub plumbo datis huiusmodi institutiones probarunt, sacerdotesque vitam communem in regularibus societatibus agentes ceteris in exemplum apostolicae vitae proponere non dubitarunt. Hi sacerdotes secundum regulam Apostolorum viventes, hi profecto sunt, ut Eugenii PP. IV verbis utamur, « qui sanctorum Patrum vitam probabilem imitantur et Apo-« stolorum instituta instinctu Spiritus Sancti renovant, qui ad exemplum

« illorum credentium convenerunt in unum, quibus erat cor unum et « anima una, qui Pastoribus suis iuxta ecclesiasticas et apostolicas tta- « ditiones obedirunt ». Nos ipsi auspicata occasione sacerdotalis no§fe Iubilaei die iv mensis augusti anno **MCMVIII**, datis ad catholicum clerum Litteris, sacerdotes universos etiam atque etiam hortati sumus ut ad exemplum nascentis Ecclesiae sanctam hanc communis vitae institutionem, bonorum omnium spiritualium altricem, colerent, inirent. Id sane commendabile Nobis videbatur ad mutuam opem in adversis parandam, ad nominis et munerum integritatem tuendam, multoque magis ad facultatem doctrinae sacrae excolendam, in primisque ad sanctum vocationis propositum impensiore cura retinendum atque ad animarum provehendas rationes, consiliis viribusque collatis. Quin imo in illis Litteris votum exprimentes « ut in hanc ipsam aetatem, congruenter quidem « locis et muniis, tale aliquid revocari posset, ex hoc addebamus, pristi- « nos etiam fructus in gaudium Ecclesiae recte esse sperandos ». Etenim praesenti tam gravi tempestate, qua tot tantaque malai'videt lugetque catholicus orbis, et qua christiani nominis osores tam Jasper um Ecclesiae Dei bellum indixerunt, ex eo consolationem haurimus et in spem melioris aevi adducimur, quod spiritus unionis precumque communio effundatur super domum David, et super habitatores Ierusalem: quod non minor sit in propugnatoribus catholici nominis recte factorum laus, quam in oppugnatoribus nequitia operum; quod demum ubi Ecclesiae matri filii perduelles et impii affiictionis et moeroris causam dent, non desint filii amantes et studiosi, qui ei consolationem afferant et reparationem. Hos inter amantes studiososque filios, quorum virtutum flore bonorumque operum laude recreamur, omni procul dubio adnumerandos arbitramur Canonicos Regulares Immaculatae Conceptionis, qui quinquaginta circiter ab annis, vitae communis societate inita, in suam aliorumque sanctificationem apostolico studio alacriter contendunt. Apud cathedrale templum dioecesis sancti Claudii in Gallia huius societatis fundamenta posita sunt anno **MDCCCLXVI** atque ibi prima Instituti domus est condita. Sed brevi, Sacrorum Antistitibus pio opere suffragantibus, ipsius Instituti Canonicorum Regularium Immaculatae Conceptionis plures in universa Gallia domus erectae fuerunt. Hac etiam in Urbe, catholici orbis centro, in ipso vertice Ianiculi princeps Congregationis domus surrexit, illiusque alumni iam Europae fines praetergressa in Canadebsibus et Peruviae longinquis regionibus assiduam apostolicis laboribus dant operam. Romani Pontifices Nostri decessores societatem non minus meritis claram, quam praesentis aevi necessitatibus respondentem, apostolica auctoritate probarunt. Etenim Pius PP. IX rec. me., per decre-

tum Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis cognoscendis praepositae die VIII mensis aprilis anno MDCCCLXXVI obsignatum, hanc Regularium Canonicorum Congregationem peculiari praeconio laudavit. Leo autem XIII cia. me. antecessor Noster, per decretum ab eadem Congregatione die xn mensis martii anno MDCCCLXXXVII datum, idem institutum, ab Antistitibus totius Galliae summopere commendatum, ad formam sacrorum Canonum et apostolicarum Constitutionum benigne approbare et confirmare dignatus est. Nos ipsi praeterea, ut peculiare benevolentis animi pignus tam frugiferae Congregationi exhiberemus, per decretum similiter Congregationis Episcoporum et Regularium die x mensis octobris anno MDCCCCVIII editum, Constitutiones Canonicorum Regularium Immaculatae Conceptionis ad septennium probavimus. Huius namque Instituti, quod tam celeriter visum est in uberem atque utilem segetem adoles&ere, religiosi alumni, sub divi Augustini regula communem vitam agentes, tribus simplicibus paupertatis, obedientiae et castitatis votis adstricti, omnibus nominibus proprias ac praecipuas voluntatis pontificiae significationes merentur. Siquidem apostolica consilia sectantes iidem alumni religiosam et umbratilem vitam cum pastoralibus officiis sociare, divinamque rerum intimam commentationem actuoso praedicationis et bonorum operum apostolatu cumulare student, neque, ut animas Christo lucrentur, silentia ciaustri cum magnarum urbium strepitu interrumpere dubitant. Procul a saeculi insidiis, religiosa sacri ministerii exercitatione perfectaque emissorum votorum observantia ad propriam sanctificationem incumbunt, simul autem sub immediata episcoporum potestate animarum curam assumentes, quaesitam sibi sanctimoniam in utilitatem ac spirituale emolumentum fidelium in paroeciis sibi concreditas impendunt. Itaque hi religiosi viri, vitam pastoralem cum religiosa laudabiliter iungentes, exemplo suo aperte demonstrant alteram vivendi rationem alteri non officere, immo alteram vicissim ab altera posse opportunis in adiunctis atque in consentaneis institutis excoli et firmari. Ad haec iidem solertes Dominicae vineae operarii quot et quantis in Ecclesiam meritis commendentur, ex eo facile confici potest quod illos passim episcopi ad proprias dioeceses incolendas arcessant. Ipsi enim in conspectu habent quo studio atque industria iidem Regulares Canonici ad bonam semitam errantes revocare, inscios fidei mysteria docere, pueris christianae catechesis rudimenta tradere contendant. Validum quoque episcopis auxilium singularesque dioecesibus utilitates ipsi Canonici in seminariis praebent, ubi iuvenes in sortem Domini vocatos ad virtutem non minus quam ad humanas litteras informant. Tandem omnibus aedificationi sunt atque exemplo salutari, sive

pietatis, fidei et caritatis opera ab iisdem patrata perpendantur, sive religio inspiciatur, qua intra claustra societatis regulas et communis vitae officia ii servent ac tuentur. Nunc autem cum perspecti Nobis exploratique sint fructus uberrimi, quos ex hac communis vitae ratione memorata Canonicorum Regularium Congregatio in Ecclesiae bonum et christiani populi salutem percipit, placet Nobis iteratum idemque praecipuum ipsi Congregationi pontificiae voluntatis testimonium exhibere et sapientes illius constitutiones iam a Nobis, ut supra diximus, ad septennium probatas, etiam antequam ipsum praefinitum temporis spatium effluxerit, supremae sanctionis apostolicae robore perpetuum in modum confirmare. Quae cum ita sint, auditis et suffragantibus VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi negotiis Religiosorum praepositis, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, Constitutiones Canonicorum Regularium Immaculatae Conceptionis latino sermone exaratas, prouti continentur iri exemplari typis impresso, quod in tabulario tertiae Sectionis Secretariae Nostrae Status a Brevibus Apostolicis asservari iussimus, in perpetuum approbamus et sancimus. Porro obsecramur bonorum omnium auctorem et largitorem Deum ut Congregationem ipsam propitius fortunet, adeo ut potiora in dies suscipiat incrementa, suaque optima exempla in universum terrarum orbem possit effundere. Haec largimur, edicimus, decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ipsique Canonicorum Regularium Immaculatae Conceptionis Congregationi perpetuo plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus quidquam super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xi februarii MCMxni, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**
a Secretis Status.

L. © S.

III.

CONCEDUNTUR IN HONOREM SANCTISSIMAE EUCHARISTIAE QUAEDAM INDULGENTIAE PLENARIAE AD DECENNIUM IN ECCLESIIS ORDINIS MINORUM IN HISPANIA LUCRANDAE.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Beati Petri principis Apostolorum Cathedram divinitus obtinentibus, Nobis nihil magis cordi est quam ea provehere, quae ad amplificandum christiani populi obsequium studiumque erga divini Amoris Mysterium, opportuna magis atque idonea videantur. Iamvero cum hodiernus Vicarius generalis familiae Hispaniae Ordinis Fratrum Minorum Nos enixis precibus flagitet, ut nonnullas de thesauro Ecclesiae indulgentias largiri dignemur, quo magis magisque augeatur in Hispania devotio erga sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, cultusque populi promoveatur in beatum Paschalem Baylon, quem rec. me. Leo PP. XIII decessor Noster peculiarem coetuum Eucharisticorum Patronum constituit, Nos votis his annuendum propensa quidem voluntate existimamus. Quae **cum** ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri et Pauli App. eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque **sexu**, qui admissorum sacramentali exomologesi rite expiati, atque Angelorum epulis recreati, singulis annis, quavis in ecclesia sive publico sacello Ordinis Minorum in Hispania exsistente, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicae venerationi propositum adoraverint, ibique diebus festis divi Paschalis Baylon et die decimoséptimo cuiuslibet mensis a medietate diei praecedentis ad occasum solis dierum ipsorum, pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex his die id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus christifidelium quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, concedimus et largimur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad decennium dumtaxat valituris.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die **VIII** ianuarii **MCMxni**, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro R. **CARD. MERRY DEL VAL**, *a Secretis Status,*

L. © S. •

F. Tedeschini, *a Brevibus Apostolicis.*

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

L

DECRETUM

DE QUALITATE MISSAE AD INDULGENTIAM ALTARIS PRIVILEGIATI LUCRANDAM.

Augescentibus in diem concessionibus sive localibus sive personalibus altaris, quod vocant, privilegiati, nec non Missarum cum privilegio ex parte fidelium petitionibus, ne facilis neglectus conditionis, sub poena nullitatis in praesens requisitae, legendi, cum liceat, Missam de Requie aut adiiciendi ad Missam de feria vel vigilia Orationem defunctorum propriam, in grave purgantium animarum detrimentum vergat, supremae huic sacrae Congregationi sancti Officii, cui res universa de Indulgentiis demandata est, pluribus ex locis oblatae sunt preces pro eiusmodi conditionis relaxatione. Quibus mature perpensis, Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores generales, in plenario conventu habito feria IV die 19 februarii anni 1913, supplicandum Sanctissimo Censuerunt, ut sequens Decretum pro universa Ecclesia adprobare, ac de plenitudine Suae potestatis firmum ratumque habere dignaretur: «Ad Altaris privilegiati, quod vocant, indulgentiam lucrandam, non amplius in « posterum sub poena nullitatis requiri, Missam de requie aut de feria vel « vigilia cum Oratione defuncti propria celebrari; id tamen laudabiliter « fieri, cum licet ac decet, pietatis gratia erga defunctum ».

Et sequenti feria V, die 20 eiusdem mensis, sanctissimus Dominus noster Dominus Pius divina providentia Papa X, in solita audientia R. P. D. Adsessori supremae huius sacrae Congregationis impertita, benigne annuere dignatus est iuxta Emorum Patrum suffragia. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. ©'S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

IL

* DECRETUM

SEU DECLARATIO CIRCA FORMULAM ORATIONIS « OBSECRO TE », POST MISSAM RECITANDAE.

Ad supremam S. Officii Congregationem dubium delatum est, an favores spirituales concessi per Decretum eiusdem S. Congregationis die 29 augusti 1912 recitantibus post Missae sacrificium piam orationem *Obsecro te, dulcissime Domine Iesu Christe,* integri permaneant, si, prout legitur quibusdam in editionibus iam vulgatis, ita eadem oratio amplificata proferatur: « ... Mors tua sit mihi *vita indeficiens, Crux tua « sit mihi* gloria sempiterna ... ».

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales Inquisitores generales, in plenario coetu, feria IV die 26 februarii 1913 habito, dixerunt: *Affirmative.*

Sequenti vero feria V, die 27, eodem mense eodemque anno, Ssmus D. N. D. Pius divina providentia Papa X, in solita audientia R. P. D. Adsessori sancti Officii impertita, sententiam Emorum Patrum, suprema Sua auctoritate confirmavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. ✠ S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

MONITUM.

Cum in aliquibus Seminariis agatur de mittendis Romam aliquot alumnorum manipulis ut vice totius Seminarii partem cum ceteris peregrinis habeant in solemniis saecularibus de Ecclesiae pace, beatissimus Pater, etsi filiorum coronam in spem Ecclesiae adolescentium magna cum laetitia conspiceret, sciens tamen hoc fieri non posse sine aliquo detrimento spiritualis illius recollectionis quae tam magni momenti est in clericorum institutione, hortatur omnes ut hoc consilium deponant, potiusque apud se in fervore spiritus pro Ecclesia enixe Deo preces effundant. Ipse vero alumnos omnes praesentes habens benedictione apostolica confirmat amantissime.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die 30 martii 1913.

-\ **C. CARD. DE LAI**, Episcopus Sabinensis,
Secretarius.

S. CONGREGATIO RITUUM

LAURETANA.

DE MISSIS VOTIVIS B. MARIAE VIRGINIS EX PRIVILEGIO RECITANDIS.

Quum in sancta capella almae Domus B. Mariae Virginis et in altari Ssmae Annunciationis, Basilicae Lauretanae, ex apostolico privilegio celebrari queant Missae votivae ipsius Deiparae Virginis, iuxta temporis qualitatem, singulis per annum diebus, exceptis quibusdam in apposito elencho adnotatis, a sacrorum Rituum Congregatione nuper expostulatum fuit:

I. Utrum infra octavas festorum atque in ipsis festis B. Mariae Virginis, etsi de eis sola commemoratio vel nulla commemoratio in Officiis classicis fiat, praefatae Missae, iam concessae, debeant esse votivae an potius festivae, de festis vel octavis, et quidem cum *Gloria* et *Credo?*

II. An in vigiliis, saltem commemoratis, festorum eiusdem beatae Mariae Virginis, enunciatae Missae debeant esse de vigilia, sine *Gloria* et *Credo,* cum orationibus iuxta rubricas et decreta?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, propositis quaestionibus ita rescribendum censuit:

Ad I. Negative ad primam partem et affirmative ad secundam, iuxta alia decreta ac decretum generale n. 3922 *De Missis votivis* 30 iunii 1896, ad V. n. 1 et 2.

Ad II. Affirmative.

Atque ita rescripsit, die 17 maii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charistien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

I.

SORANA.

PRAEBENDAE CANONICALIS ET PAROECIALIS.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 1 februarii 1913, RR. PP. DD. Fridericus Cattani, Antonius Perathoner, Iosephus Alberti, Ponens, *Auditores de turno in causa* Sorana -Praebendae Canonicalis et Paroecialis, *inter Rmos canonicos appellantes, Franciscum Rua, Antonium Proia, Seraphinum Cecchinelli, Antonium Lucchetti, Laurentium Liberatore, repraesentatos per legitimum advocatum Vincentium Sacconi, et Rmum archipresbyterum Bernardum Fraioli, repraesentatum per legitimum advocatum Angelum d'Alessandri, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In oppido « Fontana Liri », Soranae dioeceseos, exstat ecclesia collegiata S. Stephano protomartyri dicata, quae fuit et adhuc est *ecclesia massae communis.* De eius primaeva fundatione nihil scitur, cum actus originalis disperierit; sed ex novis Statutis, anno 1789 adprobatis, patet

eam constare archipresbytero, curam animarum gerente, et quatuor canonicis, quibus onus incumbit illum coadiuvandi. Non aderat cuique praebenda separata; sed exsistebant duae massae, quarum altera communis, altera capellarum nuncupatur. Massa communis dividebatur in sex partes, quarum duae archipresbytero, reliquae ceteris canonicis cedebant; massa vero capellarum viritim distribuebatur.

Post Concordatum initum inter S. Sedem et gubernium Neapolitanum (anno 1818) duo novi canonici creati sunt, qui primitus honorarii, postea vere et proprie participantes evaserunt per decretum Rmi Andreae Lucibello episcopi Soranensis, sub die 11 decembris 1830 editum. Hic praeclarus vir persensit damnum, quod obventurum erat canonicis iam exsistentibus ob aliorum duorum electionem, et hinc specialibus facultatibus a S. Sede munitus statuit ut « senza farsi novità alcuna nella « solita quota, che si percepisce dall'arciprete », onera Missarum a canonicis sustinenda minuerentur, et augerentur stipendia Missarum, quae adventiciae dicuntur.

infaustis legibus a gubernio Italico annis 1866 et 1867 editis, ecclesia collegiata Fontanae Liris commune subiit fatum : seu bona eius a Statu suppressa et demanio devoluta fuerunt, relicta archipresbytero et suis successoribus congrua portione, et canonicis tunc temporis tantum exsistentibus, minime vero successoribus, « un assegnamento annuo corri« spondente alla rendita netta della dotazione ordinaria ».

Attamen canonici existimantes portionem a gubernio assignatam parocho, pinguiorem esse prae illa qua parochus fruebatur ante praefatarum legum civilium promulgationem, anno 1880 causam moverunt, et « dopo un lungo scrivere pro e contra da ambe le parti, si addivenne « finalmente ad una determinazione e ricognizione reciproca delle quote, « mercè un lavoro accurato e coscenzioso del rimpianto Sig. canonico « penitenziere D. Giuseppe Senese, proposto e delegato in S. Visita da « Mons. Ignazio Persico O. C, vescovo di Sora, Aquino e Pontecorvo, e « poscia cardinale di S. R. C, lavoro accettato volentieri dalle parti « contendenti ».

Ast, hac non obstante conventione a partibus acceptata et subsignata, eadem exarsit quaestio nostris diebus inter Rmum D. Bernardum Fraioli, munere parochi nunc perfungentem, et Rmos canonicos: quae quaestio a Rma Curia Sorana prius soluta, hodie, canonicis appellantibus, iterum resolvenda venit ad H. S. O. sub hisce concordatis dubiis:

I. *An et quae portio praebendae parochialis Fontanae Liris de iure spectet ad canonicos appellantes Franciscum Rea, Antonium Proia, Seraphinum Gecchinelli, Antonium Lucchetti, Lauretum Liberatore in casu ?*

II. *An subsidium pro expensis cultus a gubernio assignatum, a Capitulo per suum procuratorem, aut potius a parocho debeat administrari in casu ?*

Antequam meritum causae attingatur, *quaestio praeiudicialis* est resolvenda: seu inspiciatur oportet quo iure canonici appellantes sistant in iudicio, et utrum sententia appellata canonicos omnes, uno canonico Francisco Rea excepto, iure, an iniuria ab agendo repulerit: contendit enim ipsos nullum habere titulum iuridice sufficientem ad actionem in parochum Fraioli intentandam. Ad quam quaestionem praeiudicialem resolvendam, necesse est ut sedulo perpendantur documenta, quibus actores respectivum canonicatum assecuti sunt.

Itaque constat imprimis Rmum Franciscum Rea vere et proprie canonicum participantem fuisse: quod etiam pars adversa ultro admittit. Dicitur participantem fuisse, nam diem supremum obiit die 18 decembris praeteriti anni 1912. Quare tota quaestio respicit tantum canonicos Antonium Proia, Seraphinum Cecchinelli, Lauretum Liberatore, et Antonium Lucchetti. De hisce igitur agendum est, et quidem seorsim, utpote quia per acta diversa, non solum numero sed et forma, canonicatum obtinuerunt.

Iamvero quod attinet ad Rmum Antonium Lucchetti, hic successit in locum Dñi Francisci |£roia anno 1901 defuncti, qui fuit certe canonicus participans. Tribus post annis ab huius morte, scilicet anno 1904, Antonius Lucchetti a S. Sede petiit collationem beneficii vacantis, quam mense februario eiusdem anni- provisione simplicis signaturae obtinuit. En verba collationis : « Canonicatus Collegiatae oppidi Fontanae Liris per « obitum extra Curiam de februario 1901 vacans, cuius collatio Sedi « apostolicae hac vice reservata exstitit, et cuius fructus nulli sunt, pro « Antonio Lucchetti presbytero, oriundo, annos 30 in cura animarum exer- « citio versato, et ab Ordinario commendato. Cum decreti solius signa- « tura etc. ». Hac igitur provisione obtenta, nulla videtur adesse legitima dubitandi ratio de natura canonicatus, quem Rmus dominus Lucchetti obtinuit, et de eiusdem iure standi in iudicio, qua verus et proprius canonicus. Ipse enim succedit directe et immediate in locum canonici participantis, siquidem petiit collationem a Dataria Apostolica, idest a legitimo collatore, et hanc legitima forma obtinuit. Obiicitur quidem quaedam phrasis, quae invenitur sive in litteris quibus praefati canonicatus collatio imploratur, sive in decreto collationis: orator enim petit beneficium *cuius fructus nulli sunt,* et tale beneficium ei conceditur. Quin imo in concessione haec clausula habetur: « Quatenus tamen dicti « canonicatus fructus nulli sint, ut praefertur, et non alias, alioquin prae-

« sens gratia praefato oratori minime suffragetur ». Ex quibus patronus Rev. Archipresbyteri conatur deducere dominum Antonium Lucchetti non esse canonicum participantem, sed tantum habere ius ad adventicia, utpote quia, ipse ait, beneficium, quod dominus Lucchetti obtinuit, declaratur sine fructibus, ideoque eum haud posse habere ius ad fructus forte adventuros percipiendos.

Ad hanc conclusionem devenit etiam sententia Curiae Soranae, nam in ipsa legitur: « Lucchetti D. Antonio ha nella sua bolla consacrata e «ripetuta la clausola che non debba avere frutti di rendita ». Attamen conclusioni sive Curiae Soranae, sive patroni Reverendi Archipresbyteri contradicit imprimis *stilus* Datariae Apostolicae. Sane iuxta praefatum *stilum,* quando per *simplicem signaturam* confertur beneficium, cui hic et nunc *nulli fructus sunt,* certum est non excludi fructus beneficii, qui in posterum acquiri aut recuperan possint, et quidem quin beneficiatus cogatur novam petitionem producere, aut Bullas obtinere. Secus foret dicendum, si beneficium conferatur cum fructibus actualiter iam exsistentibus: quo casu *simplex signatura,* qua beneficium confertur, nullam vim haberet. Iamvero dominus Lucchetti canonicatum obtinuit per signaturam Datariae Apostolicae tum cum reipsa, attentis praefatis eversivis legibus, nulli fructus beneficii exstabant. Nil igitur impedit quominus ipse hodie eos, si forte sint exstitura, percipere valeat. Concludendum est igitur Rmus dominus Lucchetti inter canonicos *participantes* esse recensendum, ideoque ius habere standi in iudicio.

Relate vero ad canonicos Antonium Proia et Seraphinum Cecchinelli, certum apparet eos minime esse participantes, sed tantum *honorarios,* etsi nonnulla habeant onera et officia, et nonnullos fructus adventicios percipiant.

Sane ambo in actibus nominationis honorarii explicite appellantur. In Bullae verba: « Te in veram, realem, actualem et personalem dicti «canonicatus *honorarii* possessionem nomine nostro admittat, ac recipi « faciat » : ita in Bulla pro domino Antonio Proia. Eadem vero verba habentur in Bulla pro Seraphino Cecchinelli. In his igitur Bullis non alius fit sermo, nisi de canonicatu *honorario.* Nemo vero non scit « nomine cano- « nicorum honorariorum venire, iuxta receptos mores, eos qui assumuntur « quidem in fratres, et ad honorem tantum, citra quodlibet ad vacantem « praebendam ius ». Cfr. Lombardi, *Inst. Iur. Can. Priv.,* vol. II, p. 399. Et Sebastianeiii, citatis nonnullis resolutionibus S. C. Concilii, concludit: « Ex his patet canonicos honoris causa nuncupatos nil aliud consequi, « nisi usum vestium et stallum in choro, et in hoc distingui a canonicis « titularibus ac supranumerariis, quod nullam obtineant praebendam,

« nec ad eam habendam ullum ius consequantur ». Cfr. *Prael. Iur. Can.,* vol. III, p. 240, n. 24Ò. Item Wernz, *Ius decret,* tom. II, p. 2, p. 579, n. 776.

. Quamvis vero hodie passim assumantur in canonicos *honorarios* clerici doctrina ac meritis insignes, qui non solum ecclesiae, in qua recepti sunt, nullimode inserviunt, sed etiam alibi habitualiter degunt; tamen dantur quoque canonici *honorarii,* qui et moventur in loco ubi exsistit ecclesia in qua fuerunt in fratres recepti, et qui ipsi ecclesiae inserviendi officium habent, iuxta pacta in eorum receptione ab episcopo statuta: id quod ex necessitate haud raro factum est et fieri solet, nam, ut animadvertit De Herdt, « cum canonici per praebendarum succes- « sionem ad paucitatem redacti fuerint, atque ex iis tum alii senio con- « fecti, tum alii infirmitate laborantes, tum alii legitime impediti, officio « divino assistere non valerent: episcopi per creationem canonicorum « honorariorum providere debuerunt, ut officium divinum, et praecipue « functiones pontificales decenter ac digne celebrare possent ». Cfr. *Praxis Capit,* pag. 99, § 2, n. II. Item Santi: « Mutatis, ait, circumstantiis, et « praesertim o|) diminutas praebendas canonicales, factum est ut ad « augendum divinum cultum, et ad decorandum episcopi senatum, in « multis Capitulis instituerentur canonici honorarii ». Cfr. *Prael. Iur. Can.,* 1. III, tit. VIII, n. 14. Et haec quidem fuit praecipua ratio cur dñi Antonius Proia et Seraphinus Cecchinelli ad canonicatus honorem vocati fuerunt. Re quidem vera, in eorum Bullis nominationis haec leguntur: « Cum itaque propter praesentium egestatem temporum nihil « nos magis dirigamus, quam decorem domus Dei, illumque omnibus, « quibus per Nos licet rationibus promovere studeamus, etc. ».

Neque obstat conceptui canonici *honorarii* quod nonnulla onera ipsi ab episcopo in actu nominationis imponantur. Hinc De Herdt, sup. cit., ait: «Canonici honorarii non tenentur ad assistentiam, neque ad « hebdomadam, nisi talis sit consuetudo, vel haec conditio in eorum « receptione imposita fuerit ». Cfr. 1. c, p. 102, n. VI ubi etiam allegatur resol. S. G. C. anni 1747. Item non obstat conceptui canonici honorarii quominus assignentur huic aliquales proventus: hi enim proventus non statuuntur ad beneficium constituendum, sed potius grati animi aut compensationis causa. Quare nonnullis in locis, ex. gr. in Borussia, canonici honorarii percipiunt quamdam pensionem a gubernio. Cf. Santi, 1. c, pag. 130. itaque certum est canonicos honorarios non habere ius ad distributiones aliaque emolumenta; ad haec tamen admitti possunt, si in eorum receptione de hoc cautum fuerit. Cfr. De Herdt, 1. c, cum Scarfantonio et Bouix ab ipso citatis; neque ideo canonicus honorarius cessat esse talis. Verum patronus Canonicorum appellantium

obiicit hos duos Canonicos honorarios succedere in locum' duorum canoi nicorum, qui primitus honorarii, evaserunt postea participantes ex decreto episcopi Andreae Lucibello anni 1830, et hinc ratione primaevae institui tionis retinere primaevum titulum ac iura. Sed respondetur necessarium esse antea demonstrare episcopum Sirolli in nominatione canonicorum Proia et Cecchinelli voluisse providere illis duobus canonicatibus ab episcopo Lucibello institutis: quod patronus Canonicorum neque probat, neque probare potest. E contrario, ex tenore Bullarum evidenter constat Episcopum eos nominasse modo explicito canonicos *honorarios,* et ad solam *adventiciorum* participationem admisisse. Neque obstat quod eius antecessor duos canonicos honorarios tunc exstantes ad participationem massae communis admiserit: quod enim effecit episcopus Lucibello, episcopus Sirolli eius successor facere non tenebatur iuxta *regulam XI in 6:* « Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissol- « vitur ». Stat ergo altera conclusio, scilicet duos Antonium Proia et Seraphinum Cecchinelli esse canonicos *honorarios* tantum, -ideoque nullum ius eis competere standi in iudicio. p

Tandem quod attinet ad dnum Lauretum Liberatore,-quam vis prima fronte et ipse canonicus honorarius videatur, tamen contrarium satis superque evinci potest, seu etiam ipsum inter canonicos participantes esse recensendum. Sane Episcopus hac nominatione vult conferre[K]beneficium vacans. En Bullae verba : « Cum in insigni collegiata et parochiali? « ecclesia S. Stephani protomartyris canonicatum statutarium, qui per « obitum ultimi detentoris Rev. dñi Aemilii Grossi, qui die 23 dec. 1904 « diem clausit supremum, vacaverit et in praesens vacet, providere veli- « mus, etc. ». Ubi Episcopus non solum appellat hunc canonicatum statutarium, sed etiam loquitur de vero et reali beneficio. Praeterea Episcopus vult et mandat omnibus et singulis ut « Te (Liberatore) in «canonicum supradictae parochialis ecclesiae recipiant; tradant, ac de « redditibus universis faciant integre et plenarie responderi ». In Bullis nominationis duorum canonicorum honorariorum Episcopus loquitur^ tantum de redditibus *adventiciis,* non autem de universis. Insuper dum in praefatis Bullis cavetur censuris contra eos qui Episcopi voluntati forte obsistant: in praesenti Bulla Episcopus loquitur « de detentore ». En verba: « Et ita in veram, realem ac corporalem possessionem im- « mitti volumus, amoto exinde quolibet alio detentore, ac emisso? « prius, etc. ». Agitur ergo hic de vero et proprio beneficio, quod alter detinere potuisset, non de mera dignitate et honore. Sed contra obiici- potest: si Episcopus voluit conferre verum beneficium, cur nam noni observavit leges collationis? Constat enim ex actis Episcopum contulisse

praedictum canonicatum plures post annos a morte dñi Aemilii Grossi. Concedi potest Episcopum non observasse leges collationis iuxta cap. % *De concess. Praeb.:* tamen, praetermisso quod Episcopus legitimam causam habere potuerit differendi collationem, error hodie sanatus fuit per regulam *triennalis possessionis* iuxta Regulam Cancell. 36[am]. Neque praeterea obiici potest quod antecessor Dñi Liberatore fuerit canonicus *honorarius,* ideoque etiam dnum Liberatore ut canonicus honorarius habendus sit: siquidem contradicit aperte actus authenticus, seu Bulla collationis, ubi explicite sermo est non de canonicatu honorario, sed de *statutario.* Insuper obstat tenor Bullae, prout superius dictum est. Liquet igitur dnum Lauretum Liberatore canonicatum obtinuisse non honorarium, sed *statutarium,* ideo massae Communis participantem esse, ac ius habere agendi iudicio.

Quaestione praeiudiciali absoluta, nunc peragendum foret de *causae merito,* seu respondendum esset dubiis propositis. At RR. PP. DD. animadverterunt quominus detur solutio priori dubio obstare voluntatem supremi legislatoris. Voluit enim Summus Pontifex ut hae causae, quae frequentissime occurrunt ob promulgationem legum civilium eversivarum, iuxta peculiares normas resol verentur, et ad hoc speciales facultates "dedit S. Congregationi Concilii: quae Congregatio edidit hac de ratione speciale decretum, missum ad omnes episcopos. In hoc decreto, quod incipit *Ad dirimendas,* sub art. V haec leguntur: « An et quomodo « qui post praetensam suppressionem Capitulo collegiatae vel clero « receptitiae per litteras episcopales cooptentur, participare debeant de « reditibus, qui vitalitiae pensionis titulo singulis praeexsistentibus Capi- « tularibus vel participantibus a fìsco persolverentur » : et responsio est: « Generaliter loquendo, *negative:* sed inspiciendos casus particulares ». Item ad art, seq. « An et quomodo parochus de Capituli vel cleri gremio, « qui bona massae communis accepit a fisco sub titulo congruae paro- « chialis teneatur eadem bona in massam iterum immittere », ita respondetur: « Generatim loquendo, *affirmative;* in practica tamen exsecutione « curet episcopus rem componere: secus recurrat ad S. Congregatio- « nem ». Ex quibus responsionibus satis ostenditur non solum nullam dari certam regulam ad talium quaestionum solutionem, sed e contrario monemur ut casus particulares inspiciantur, et pro eorum solutione recurratur ad S. Congregationem Concilii. Quae autem sint criteria huius sacri Ordinis ad dirimendas in singularibus casibus has quaestiones, nos prorsus ignoramus, et hinc praesens causa pro prioris dubii solutione, ad praefatam S. Congregationem ex integro remittenda est.

Ad alterum dubium quod attinet, res in comperto est favore Dñi archipresbyteri Bernardi Fraioli, seu ad ipsum spectare administrationem subsidii, quod ipse accipit a gubernio pro cultus expensis, utpote quia a S. Congregatione Concilii facultatem obtinuit ea bona administrandi. En verba: «Sacra Congregatio Concilii Tridentini interpres, auctoritate « Ssmi Dñi nostri Pii Papae X, attenta attestatione episcopi Sorani, beni- « gne tribuit eidem facultates iuxta petita, hodiernis perdurantibus adiun- « ctis ». Episcopus vero dictam facultatem concessit his verbis: « Attentis « facultatibus Nobis benigne concessis, orator gaudeat impetratis, perdu- « rantibus ut supra. Datum Sorae in episcopali Curia, die 5 iulii 1907 ».

Hisce igitur in *iure* et in *facto* sedulo perpensis Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Nos infrascripti Auditores de turno propositis dubiis respondemus:

Ad quaestionem praeiudicialem, proposito dubio : « *An Canonici appellantes Franciscus Rea, Antonius Proia, Seraphinus Cecchinelli, Antonius Lucchetti, Lauretus Liberatore sint massae commutées participantes,* praetermisso canonico Rea nuper defuncto, respondemus: *Affirmative* quoad Antonium Lucchetti, et Lauretuui Liberatore: *Negative* vero ad Antonium Proia et Seraphinum Cecchinelli. Ad 1um dubium respondemus hoc ex integro a sacra Congregatione Concilii esse resolvéñdum; ad 2um respondemus *affirmative favore parochi,* seu *ad ipsum spectare exclusive administrationem subsidii, quod a gubernio pro expensis cultus praestatur.* Ita dicimus, declaramus, et sententiamus, decernentes expensas iudiciales esse inter partes compensandas.

Ita pronuntiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.,* Conc. Trid. iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna, pro rerum adiunctis, exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 19 februarii 1913.

Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

.Sil-

BONAËREN.

PRIVATIONIS.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 8 februarii 1913, BR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno in causa* Bonaëren. - Privationis, *inter actorem sac.* Hectorem Dito, *repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, adversus Revmum* Capitulum Bonaerense, *repraesentatum per legitimum procuratorem sac. Nazarenum Patrizi, advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Sacerdos Hector Dito, ex Cassanensi dioecesi, qui a S. Congregatione Concilii .Iicentiam absentiae a sua dioecesi ad quinquennium obtinuerat, anno ^909 secunda vice receptus est inter capellanos chorales seu mansionarios ecclesiae cathedralis Bonaërensis (Buenos-Ayres), quorum munus est, capitulares adiuvandi, eum horae canonicae et Missa conventualis celebrantur. Quia vero capellani chorales, Missam diebus dominicis et festivis celebrantes in aliis ecclesiis vel religiosis institutis ad maiorem eleemosynam recuperandam, suo officio satisfacere, uti oportet, non poterant, Capitulum huic abusui remedium volens afferre, unanimiter statuit, ut in posterum haud amplius nominarentur pro munere capellani choralis nisi illi sacerdotes qui se obligarent ad Missam diebus dominicis et festivis in ecclesia cathedrali celebrandam, et ut actualibus capellanis optio daretur vel celebrandi Missam in ecclesia cathedrali, congrua statuta eleemosyna, vel suo muneri capellani choralis renuntiandi. Sacerdos Dito, qui simul erat capellanus collegii et ecclesiae Immaculatae, petiit et obtinuit a Capitulo tempus congruum ad deliberandum. Quum vero iste sacerdos, non obstante iterata interpellatione Capituli, utrumque munus perrexerit, Capitulum tandem declaravit, eum de facto et de iure muneri suo capellani choralis renuntiasse, quia ex libera sua voluntate maluerit remanere capellanus collegii et ecclesiae Immaculatae. *Sed* ab hac decisione seu declaratione Capituli sac. Dito ad S. Sedem recurrebat petens, ut in beneficium capellaniae in ecclesia cathedrali Bonaerensi restitueretur. Commissione Ssmi haec causa decidenda commissa est H. S. C. in prima instantia. Decursu tamen processus apparuit, in casu non agi de vero beneficio ecclesiastico, ideoque petitionem actoris, qui de privatione beneficii con-

questus est, laborasse forte vitio quod dicitur obreptitium. Quare iam ante prolationem sententiae ad cautelam sanatio Commissionis pontificiae petita et obtenta est. Causa ipsa decernenda est sub dubio concordato: *An constet de illegitima remotione sacerdotis Dito ab Officio capellani choralis in casu.*

Praeprimis adnotandum est, in casu non agi de remotione, sed de *alternativa* seu *optione* data et imposita omnibus actualibus mansionariis inter capellaniam choralem cum onere celebrandi Missam diebus dominicis et festis, habito stipendio, et capellaniam aliam, qua extra ecclesiam cathedralem gaudebant. Quare verum et proprium punctum quaestionis est *in impositione novi oneris,* numque id legitime a Capitulo cathedrali fuerit factum, non vero *in remotione ab officio.* Verum quamvis RR. DD. Auditores causam velint expendere sub respectu *remotionis,* negandum tamen omnino est, constare de huius illegitimitate in casu.

Quoad factum, haec praemittenda sunt: Capellanías chorales, de quibus controvertitur, *ex fundatione* vere quidem es§# beneficia. In Bulla erectionis enim ecclesiae metropolitanae Bonafrensis de die 5 martii 1863 inter alia habetur haec definitio : « Capitulum huius « novae metropolitanae ecclesiae de Buenos-Aires uti antea constabat « ex quinque dignitatibus, quattuor canonicis et mansionariis... Volumus « autem omnes dignitates, canonicos et mansionarios huius Capituli « metropolitani/ qui actu exsistunt, retinere possessionem eorumdem « beneficiorum... ». De numero "autem mansionariorum in hac Bulla nihil determinatum erat. Id enim factum est nonnisi anno 1867 a primo archiepiscopo, illustrissimo Mariano Iosepho de Escalada, qui in suo decreto exsecutionis Bullae erectionis statuit: « Erigimus decem man« sionarios seu capellanos chori, qui erunt beneficia ecclesiastica colla« tiva, sicut antea fuerat statutum, qui tenentur quotidie assistere choro « mane et vespere... Dignitates, canonici, mansionarii, et alia officia sic « erecta, fruentur redditibus eis assignatis in Lege expensarum gubernii « civilis (vulgo, *Bilancio preventivo),* qui habebuntur ut reditus eccle« siastici ». Dotatio tamen horum decem capellanorum, quae constituebatur exsigua summa extracta a quantitate in lege expensarum Reipublicae assignata servitio capellanía rum archidioeceseos, duravit tantum usque ad annum 1894. Hoc enim anno in ipsa lege expensarum Reipublicae addita est quidem summa pro capellanis chori, aucta postea a Capitulo, sed nonnisi pro *duobus* capellanis chori. Ita factum est, ut ab illo anno alii octo capellani nec de iure nec de facto reputati sint *beneficiati,* sed solum meri *officiales* seu *inservientes.* Et de facto *duo* tantum

#x decem capellanis nunc exsistentibus acceperunt canonicam collationem e, manibus Praelati, qui eis tale beneficium contulit tamquam titulum ordinationis. Ad hoc praeteriri nequit explicatio illa a Capitulo exhibita, ab archiepiscopo uti vera declarata nec impugnata ab actore, quae sic sonat: « Oportet prae oculis habere, quod apud nos beneficium eccle- « siasticum collativum reputari solet necessario titulus ordinationis. « Afferri possent innumera documenta publica in hunc sensum redacta. « Ceterum indubium est, nullum dari casum, in quo capellaniae cho- « rales huius metropolitanae ecclesiae cathedralis, quae ab archiepiscopo « Bullae erectionis ecclesiae exsecutore declaratae sunt beneficia eccle- « siastica collativa, canonice collatae sint a Praelato sacerdotibus iam « ordinatis (et a fortiori sacerdotibus adventitiis), toties datae sunt « absque interventu Praelati, nec tamquam ecclesiasticum beneficium, « sed ut simplex officium precarium et ad nutum ». Sacerdotem Dito non esse unum'ex illis duobus capellanis beneficialis est factum indubitatum, sed numeratur inter alios octo, quorum nemo accepit collationem canonicam, immo neque ullam scripto datam nominationem.

In iure igitur constat, sacerdotem Dito non fuisse verum et proprium beneficiatum, quod sponte sequitur ex eo, quod, uti in praemissis demonstratum est, capellanía ab eo possessa non fuerit beneficium in sensu iuris canonici. Agitur proinde de mero officio quod sacerdoti Dito ta Capitulo ad tempus indefinitum collatum est. Argumentum firmissimum pro hac decisione hoc est, mansionarios istos octo, in quos sac. Dito, non provideri de beneficio seu officio per canonicam collationem, quod est conditio essentialis iuxta regulam iuris 1 in 6°. Porro idem confirmatur tum ex eo quod Capitulum pollet facultate eosdem admittendi provisorie et ad experimentum per mensem (Const. Cap. approb. 16 Iun. 1902, art. 90), tum ex eo quod recurrens sacerdos ipse, ad tempus tantum facultatem habebat commorandi in dioecesi Bonaëren. Idem tandem probat iam supra memorata observantia univoca ab initio erectionis ecclesiae metropolitanae Bonaëren., uti testatur Ordinarius suo chirographo relationi Capituli apposito. Observantia autem univoca et pacifica, ut docet De Luca *(De benef.*, disc. 1, n. 18, 39; disc. 19, n. 11; disc. 27, n. 17), secure interpretatur Indulta et Constitutiones apostolicas.

Nec revelat id quod opposuit patronus sacerdotis Dito: haec bene- /ficia, quae ex Bulla erectionis collativa erant, fieri non potuisse amovibilia, seu manualia per Constitutiones capitulares, quae vim et auctoritatem ab ipsa Bulla fundationis desumunt, et quam per consequens sabrogare non possunt. Nam quamvis beneficia saecularia praesumantur esse perpetua, quia perpetuitas est qualitas propria beneficii saecularis

iuxta I. *de Const.*, in 6°, tamen nihil obstat quominus etiam saecularia quaedam beneficia ad nutum revocabilia instituantur, immo per speciale statutum seu consuetudinem ad tempus etiam concedantur, liti docent canonistae cum Gare. p. L, n. 71, 72, 73. Item non valet argumentatio, quam patronus sacerdotis Dito desumit ex nomine beneficii ecclesiastici his mansionariatibus tributo, Notum est enim in iure beneficia quoque manualia, etsi non sint beneficia proprie dicta, in quibusdam tamen casibus sub nomine beneficii venire, uti docet Pichler cum aliis canonistis. Pari modo minime cogens est obiecto eius, conciliari non posse perpetuitatem beneficio essentialem cum amovibilitate ad nutum. Perpetuitas enim quae beneficio essentialis omnino est, illa est, quam obiectivam vocant doctores; perpetuitas vero subiectiva, seu ratione beneficiatorum, essentialis est in beneficiis proprie dictis seu titularibus, non autem in beneficiis manualibus, quae tamen et ipsa sub nomine beneficii veniunt. Neque efficacius est argumentum ductum a pacifica possessione per tres annos protracta in beneficio a sacerdote Dito obtento. Haec regula 36 Cancellariae apostolicae de possessione triennali non potest invocari in casu, quia in illa regula agitur de beneficio titulari, nec haec possessio certe non potest mutare naturam beneficii de manuali in titulare.

Ex dictis vero corruit illud quoque argumentum, quod a collatione mansionariatuum ut tituli Ordinationis desumitur. Haec beneficia esse debere perpetua plane concedendum est. Verum argumentum ipsum concludit a contrario, ceteros mansionariatus perpetua beneficia non esse. Ad eamdem conclusionem RR. PP. DD. Auditores deveniunt, si controversia sub alio respectu consideretur, nempe sub adspectu *novi oneris* seu *novae obligationis impositae* beneficio contra iuris dispositiones, quae sub canone continentur: « Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur » (Decret. Greg. IX, 1. III, tit. 12). Nam beneficium, de quo quaeritur, non est beneficium vere et proprie, seu beneficium titulare, sed beneficium improprie dictum seu manuale, quare tale beneficium obtinentes sunt amovibiles ad nutum et removeri possunt iuxta doctrinam communem auctorum, si habeatur causa iusta et proportionata, et simul absit malitia vel odium et famae amoti consulatur. Ex hoc quaestio unica quae manet dirimenda haec est: An adfuit in casu iusta et proportionata causa ad sacerdotem Dito ab officio capellani choralis removendum? Sed et ad hanc quaestionem affirmative est respondendum.

Nulla potest esse quaestio de malitia vel odio Capituli adversus actorem, vel de amissione famae ipsius ob remotionem peractam. Regu-

Iam generalem Capitulum applicavit aeque omnibus capellanis choralibus officium sine beneficio gaudentibus. Iamvero regula illa praeferendi pro munere mansionarii sacerdotes qui sese obligarunt ad Sacrum celebrandum in ecclesia cathedrali diebus dominicis et festivis, in se inspecta, iusta est, et praevalet etiam in aliis ecclesiis, ubi semper capellani illi praeferebantur pro servitio diurno, qui in diebus dominicis et festivis servitium in iisdem ecclesiis praestare poterant. Munus erat Capitulo curare adimpletionem onerum a mansionariis assumptorum, inter quae illud assistendi choro quotidie. Scribit vero Capitulum: « Ex « tali cumulatione onerum eveniebat, ut illi mansionarii abessent e « choro praecise illis diebus in quibus quam maxime eorum praesentia « opus erat. Unus ex finibus quos sibi proposuit in optione disiunctiva « imponenda erat: ut securius provideret hisce diebus assistentiae capel- « lanorum choralium ». Incompatibilitas utriusque officii verosimilis est, et posita attestatione Capituli et Ordinarii, praesumenda est donec contrarium probetur. Actor contrarium probare non conatur. Ipsi tamen incumbit onus probandi non adfuisse causam iustam (Pignatelli, consult. 143, n. 34, 35, tom. 9). Celebratio Missae in ecclesia cathedrali diebus dominicis et festivis erat quidem novum onus sed novo oneri respondebat stipendium congruum. Fortasse sacerdoti Dito hoc stipendium visum est insufficiens pro novo onere, sed tunc potuisset instare penes Capitulum ut augeretur. Ceterum Capitulum etiam curare debebat, ut sufficiens numerus Missarum celebraretur in ecclesia cathedrali diebus dominicis et festivis, ipsique visum est, haud alio meliori modo, habita praesertim ratione prudentis et oeconomicae administrationis, huic necessitati provideri posse, quam per impositionem huius oneris mansionariis, qui quotidie choro interesse debebant.

Ad ultimum patronus sacerdotis Dito argumentatur quoque ex contractibus synallogmaticis. Verum ut supra demonstratum est, dato et non concesso quod agatur de vero contractu qui naturam pactionis mere privatae induat, iste contractus ad nutum Capituli absque ulla causae et iuris observantia rescindibilis erat, Optio igitur concessa resolvitur quoad substantiam ad resolutionem contractus, novamque pactionem novis cum conditionibus; quare omnia legitima prorsus sunt.

Hisce igitur omnibus tum in facto tum in iure consideratis in proposito dubio: *An constet de illegitima remotione sacerdotis Dito ab officio capellani choralis in casu;* Nos infrascripti Auditores de Turno, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus : *Negative*, seu *sacerdotem Dito non illegitime remotum fuisse a suo officio,* statuentes

praeterea, sacerdotem Dito damnandum esse in omnibus expensis et honorariis advocati adversae partis, quia eius actio nullo fundamento nitebatur, proindeque temeraria fuit.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioniamandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.*, Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sunt.

Romae, in sede S. Tribunalis, die 8 februarii 1913.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

T. Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

.il

PISGIEN.

RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ET IURIUM.

Inter r. d. Eugenium Barontini, *parochum ecclesiae S. Marci Plebis ad Nebulam, actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum; et r. d.* Ioannem Paponi, *praepositum ecclesiae S. Petri de Montecatino, conventum.*

In Etruria prope oppidum Montiscatini, hodie balneorum fama celeberrimi, et Montis Summani, secus fluvium Nebulae, a priscis temporibus exstat ecclesia, antehac S. Petro Apostolo dicata. Prima enim huius mentio occurrit in quodam iudicato Ultiani Notarii, cuius textum refert L. A. Muratori, a. 716, in quo appellatur « Basilica S. Petri, locus « " ubi dicitur Neure „, cuius presbyter Vitalianus in quadam contro- « versia de finibus regundis inter episcopum Lucanum et Pistoriensem, « iuramento testatur " quod ipsae ecclesiae S. Andreae cum baptisterio « suo, et sancti Hierusalem, a tempore Romanorum usque et modo, « semper *sub iure ecclesiae S. Petri* fuerunt, quamobrem eae adiudicatae « sunt episcopo Lucano „ ».

Prope hanc perantiquam ecclesiam, in finitimo colle extollitur oppidum Montiscatini, quod anno 1017 videtur fuisse simplex *villa,* sed temporis progressione coepit augeri; muris deinde, vallo et castris circumseptum, maiorem in dies existimationem acquisivit. Ex hac propinquitate factum videtur, ecclesiam S. Petri ad Nebulam, vulgo appellari promiscue coepisse *de MoWecatino ;* atque etiam in aliquot documentis, quae *officialia* dici possent, nomen eidem adscitum proximi oppidi. Sic, anno 1368: « Plebs S. Petri ad Nebulam, *dicta* de Montecatino », et « Plebs S. Petri ad Nebulam, *alias* de Montecatino ». Etsi vero tunc, nempe anno 1368, eo in oppido alia iam exstaret ecclesia S. Michaeli archangelo dicata, in qua residere aliquando consuevisset plebanus ecclesiae ad Nebulam; nihilominus nomen *Plebis* S. Petri *ad Nebulam* proculdubio semper ad eamdem ecclesiam hodie *S. Marco al Nievole* referebatur atque spectabat, ita ut haec alterius *paroecia matrix* recognosceretur. Ex documentis enim satis liquet, usque ad annum fortassis 1017, unicam et veram *plebeianam ecclesiam,* scilicet paroeciam matricem, in toto territorio subiecto hodiedum parochis contendentibus exstitisse ecclesiam illam S. Petri *a Nébula* nuncupatam, propter suum in valle et fluvio Nebulae situm.

Verumtamen processu temporis res in alium statum ita apparent immutatae, ut facile colligi possit, paroecialem administrationem ecclesiae matricis S. Petri Apostoli ad Nebulae flumen, ad ecclesiam intra Montemcatinum transiisse, atque rectorem antiquissimae ecclesiae paroecialis et matricis S. Petri Apostoli ad Nebulam, probabilius non proprio marte, sed circumstantiarum et temporum necessitate adstrictum, proprioque Ordinario sanciente, vel saltem non refragante, eamdem suam paroeciam in Montiscatini ecclesia fixisse.

Inde ecclesiae Montiscatini parochialis matricitate praeditae honor cum redditibus accessit; prístina porro ecclesia S. Petri ad Nebulam, capite diminuta et filialis effecta, cum honore parochialitatis proventus quoque amisit.

Cui quidem miserae ecclesiae conditioni Ordinaria auctoritas consulere cupiens atque loci necessitatibus, anno 1782 episcopus Pisciensis, tunc temporis Franciscus Vincenti, decretum edidit, cuius vi humilis ac pauper ecclesia ad Nebulam, tunc a S. Marco nuncupata, quae filialis, subdita ecclesiae paroeciali Montiscatini cum quadam per *plebanum amovibilem* animarum cura exercenda remanserat, revera ad dignitatem ac naturam ecclesiae paroecialis redintegrata atque erecta fuit. Claré enim in decreto edicit Episcopus: « Tenore praesentium (nempe decreti « dispositionibus) et omni alio meliori modo et forma nobis de iure et

« praesertim a sacrosancto Concilio Tridentino tributis, decernimus et « declaramus, totam spiritualem administrationem animarum ecclesiae « parochialis S. Marci evangelistae Plebis Nebulae instaurandam fore, et « esse ad meliorem formam noviter reducendam. Ideoque unum presbyte- « rum seu parochum in ea creandum, qui-isit deinceps *inamovibilis* et « perpetuus... et cui plenum totius parochialis ecclesiae ac populi regi- « men demandatum sit... ipsique iura omnia... concedimus, etc. ».

Haec cum iam centum et viginti quinque ab annis ita constituta essent, anno 1907 parochus ecclesiae S. Marci ad Nebulam, Eugenius ßarontini, ad S. Concilii Congregationem pro vindicandis quibusdam, prouti ipse aiebat, iuribus suis paroeciae S. Petri oppidi Montiscatini illegitime attributis, actionem promovit. Haec scilicet petebat:

1. Ut S. Congregatio Concilii decretum r. p. d. Francisci Vincenti, episcopi Pisciensis, irritum atque inane esse decerneret, saltem quatenus iura privilegiaque suae ecclesiae everteret.

% Ut sua ecclesia S. Marco Evangelistae dicata, suum antiquum nomen S. Petri reciperet.

3. Ut bona omnia patrimonialia ad ecclesiam Montiscatini pertinentia, relicta tantummodo convenienti congrua, ad suam ecclesiam (a Neure) una cum iure matricitatis et iurispatronatus re vertere ntur.

Propositum igitur est apud S. Concilii Congregationem dubium: « An et quomodo petitiones parochi S. Marci seu S. Petri Plebis Nebulae « admittendae vel reiiciendae sint in casu ? » ; atque EE. PP. in plenariis comitiis diei 14 maii 1910 responderunt: « Negative ad primam partem; « affirmative ad secundam: et amplius ».

At vero pars succumbens, actor Eugenius Barontini, parochus S. Marci ad Nebulam, huiusmodi sententiae non acquievit; nonnullisque aliis historicis documentis requisitis, supplicava Ssmo, ut pontificiam Commissionem ei concederet, per quam cansa apud supremum hoc Signaturae Apostolicae Tribunal iterum agi posset.

Quam cum obtinuisset, causa haec Piscien. Restitutionis in integrum et Iurium funditus pertractata est in Supremi Tribunalis plenaria sessione habita in aedibus Vaticanis die 1 curr. mens. martii 1913, relatore Emo P. D. Petro Card. G-asparri; propositisque dubiis partim ex officio, partim inter actorem et conventum concordatis, scilicet:

1. *An sit locus restitutioni in integrum in casu?*

2. *Quaenam utriusque actualis paroeciae, scilicet Ss. Petri et Marci Plebis ad Nebulam, vel S. Petri de Montecatino fuerit antiqua paroecia S. Petri a Neure, seu ad Nebulam, alias dicta de Montecatino, et alterius matrix nativa?*

3. *An et quomodo Decretum episcopi Vincenti anni 1782 sustineatur in casu ?* •. '

4. *Quomodo consulendum sit iuribus et necessitatibus paroeciae Ss. Petri et Marci in casu?*

responsum ab Emis*iudicibus fuit:

Ad 1. *Negative.*

Ad 2 et 3. *Provisum in I°.*

Ad 4. *Scribatur Episcopo Piscien. ad mentem.*

Mens est, ut si penes Curiam episcopalem de insufficientia proventuum paroeciae S. Marci ad Nebulam rite constiterit, agat episcopus prouti de iure de remediis opportunis providendis, sive sua usus ordinaria iurisdictione, sive, si opus fuerit, facultatibus expetitis a competenti sacra Congregatione.

De expensis autem iudicialibus supremum idem Tribunal decrevit eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret atque ab omnibus ad quos spectet, exsecutioni mandaretur, non solum, etc., sed et omni, etc.

Datum Romae ex aedibus S. Tribunalis die decima quarta mensis martii 1913.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

h. % S,

Iosephus adv. F ornari, *S. T. A.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA.

AD R. D. CANONICUM B. GAUDEAU, EPHEMERIDIS « LA FOI CATHOLIQUE » MODERATOREM, QUI BEATISSIMO PATRI INTEGRAM EIUSDEM EPHEMERIDIS COLLECTIONEM, DECEM CONTENTAM VOLUMINIBUS, TAMQUAM FILIALE DEVOTIONIS OBSEQUIUM REVERENTER EXHIBUIT.

Monsieur le Chanoine,

Le Saint-Père le Pape Pie X m'a chargé de vous exprimer sa particulière satisfaction pour .l'hommage des dix volumes qui forment la collection de votre très méritant périodique « La Foi catholique ».

Sa Sainteté s'est rendu compte que cet imposant travail renferme un fidèle commentaire des actes doctrinaux du Siège Apostolique pendant les six années écoulées depuis la création de votre Revue. Le Saint-Père vous adresse de particulières félicitations pour votre ardeur à établir la vérité et à démasquer l'erreur soi*s toutes ses formes, pour votre glose lumineuse de la Lettré sur le « Sillon », pour votre persévérance à revendiquer les principes immuables du droit naturel, à base rationnelle et religieuse, principes trop effacés dans beaucoup d'esprits, nécessaires pourtant dans la lutte contre les désastreuses maximes du socialisme, du collectivisme et d'un syndacalisme négateur de la religion et destructeur des droits de l'individu, de la famille, de tout l'ordre de la justice et de la charité.

Votre science perspicace montre avec raison l'origine de ces erreurs dans l'agnosticisme d'une fausse philosophie qui nie la valeur de la raison humaine et lui dénie le pouvoir de connaître un Dieu personnel et créateur. C'est en prouvant avec évidence qu'une philosophie anti-intellectuelle est irrémédiablement anticatholique, parce qu'elle sape par la base les fondements de la Foi, que vous démontrez victorieusement, pour qui cherche sincèrement le vrai, la nécessité de s'attacher d'une manière inébranlable à la philosophie traditionnelle et scolastique.

En vous félicitant et en vous remerciant de la fermeté et de la clairvoyance avec lesquelles vous combattez pour la cause de la Foi catholique, le Saint-Père demande au Seigneur de soutenir vos efforts et votre courage, afin que votre Revue non seulement se maintienne dans la fécondité des six premières années, mais qu'elle se développe encore et qu'elle se répande le plus possible à travers le monde, notamment dans le jeune clergé.

Il a été très agréable à Sa Sainteté d'apprendre en même temps les progrès et les fruits de 1' « Union spirituelle sacerdotale *pro Fide* », dont les associés s'engagent spécialement à la conservation et à l'intégrité de la Foi en eux-mêmes et dans les autres, et Elle fait des vœux pour que cette Ligue recrute des adhérents de plus en plus nombreux.

Au fondateur de la Revue Catholique et de l'Union *pro Fide,* aux collaborateurs de la Revue, aux membres de l'Union, le Saint-Père accorde de cœur la bénédiction apostolique.

Veuillez agréer, Monsieur le Chanoine, avec toute ma gratitude pour les volumes que vouz m'avez offerts, l'expression de mes félicitations et de mes sentiments bien dévoués en Notre Seigneur.

Le 11 mars 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare: .

15 marzo 1913. — Il Sig. comm. maggiore Giovanni Battista Di Pietro, *Comandante della guardia Palatina d'onore.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

12 marzo 1913. — Mons. Simone Vaiò, canonico dell'archid, di Strigonia.

— Mons. Alessandro Gaibl, canonico della stessa archidiocesi.

14 marzo. — Mons. Giuseppe Kuchynka, decano della Collegiata di Vysehrad, nell'archidiocesi di Praga.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

12 marzo 1913. — Mons. Emanuele Lanzerini, dell'archidiocesi di Bologna.

17 marzo. — Mons. Giovanni Waechter, dell'archidiocesi di Friburgo (G.).

— Mons. Francesco Massironi, dell'archidiocesi di Milano.

22 marzo. — Mons. Giorgio Hemmerich, della diocesi di Würzburg.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

27 gennaio 1913. — Mons. Antonio Li Destri, della diocesi di Caltagirone.

12 marzo. — Mons. Giovanni Wirtz, dell' archidiocesi di Colonia.

—• Mons. Giulio Mueller, della diocesi di Münster.

Cappellani d'onore extra Urbem *di 8. S.:*

10 marzo 1913. — Mons. Luigi Palua, dell'archidiocesi di Vienna.

13 marzo. — Mons. Pio Fiore, dell'archidiocesi di Gaeta.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

27 febbraio 1913. — 11 Sig. conte Sisto Ruffo de ßonneval de la Fare, dell'archidiocesi di Malines.

Cameriere à" onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

24. marzo 1913. — 11 Sig. Lucio Suttor, dell'archidiocesi di Parigi,

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

13 marzo 1913. — Al Sig. don Francesco dei marchesi Serlupi, cavallerizzo maggiore di S. S.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 marzo 1913. — Al Sig. Pietro Brac de la Perrière, dell'archidiocesi di Lione.

— Al Sig. Luigi Gindre, della stessa archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 febbraio 1913. — Al Sig. Giovanni Cassio, domiciliato a Roma.

NECROLOGIO.

22 marzo 1913. — L'Emo signor cardinale Pietro Respighi, Vicario generale di Sua Santità.

23 marzo. — Mons. Giuseppe Pozuelo y Herrero, vescovo di Cordova.

Annus V. - Vol. V. Die 16 Aprilis 1913. Num. 6.

agtTapostoligaTsedis

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO

QUO ABBATI PRIMATI S. ANSELMI DE URBE COADIUTOR ADIUNGITUR.

Litteris Apostolicis « *Summum semper* », die xn mensis iulii anno MDCCCXCIII datis, fel. rec. decessor Noster Leo XIII, pro singulari caritate qua Benedicti legiferi Patris inditum Ordinem prosequebatur, constituit, ut Congregationes omnes Benedictinorum, quos atratos vocant, fraternum foedus inirent - servatis tamen uniuscuiusque monasterii constitutionibus, iuribus ac privilegiis - iisdemque ita consociatis Abbas Primas praeesset, qui in hac alma Urbe commorare tur, et negotia expediret, quae ad totius Ordinis commoda et utilitatem directo pertinerent. Cum autem Pontifex Abbatis Primatis primum deligendi sibi ius reservasset, iis ipsis Apostolicis Litteris Primatem • adeoque Abbatem sancti Anselmi de Urbe - elegit dilectum filium Hildebrandum de Hemptinne, qui- tum erat Abbas Maxedsoliensis e Beuronensi Congregatione, ea tamen lege, ut tamdiu honorifico functurus esset officio, quamdiu Pontifici eiusque successoribus placuisset. Quam vero egregius vir exspectationem sui fecerat, eam profecto explevit omnem; annos enim fere viginti tam diligenter susceptum munus sustinuit tamque assiduam'Anselmiano collegio provehendo dedit operam, ut Nobis

atque Ordini suo fuerit probatissimus. — Nunc autem, affectus valetudine, cui apte curandae nihil tam sit profuturum, medicorum sententia, quam si a labore omnino quieverit, postulat a Nobis, ut eum abdicare se officio sinamus. Quod Nos cum, ob viri promerita, aegre patiamur, simulque non desperemus posse eum denuo convalescere, Motu Proprio ac certa scientia statuimus, ut dilecto filio Hildebrando de Hemptinne tum titulus Primatis et Abbatis sancti Anselmi de Urbe tum iura omnia ac privilegia, ei titulo adnexa, constent quoad vixerit, addita facultate commorandi ubicumque maluerit ipse aut medicis visum erit; praeterea volumus, ut eidem Primati detur Coadiutor cum futura successione, qui, ad sancti Anselmi degens, omnia agat negotia quae Primatis sunt et collegio sancte regundo in primis consulat.

Itaque, cum proximo mense maio sancti Benedicti crypta ad Montem Cassinum sit dedicanda, omnibus ac singulis Congregationum Praesidibus et Abbatibus, qui ex memoratis Apostolicis Litteris suffragii iure potiuntur, auctores sumus, ut, eam nacti occasionem qua nulla sane praeclarior, Romam conveniant ad eligendum eiusmodi Coadiutorem, quem interim simplici Abbatis titulo honestabunt.

Quae vero videmur opportune decrevisse ut dignitatem tueremur cum dilecti filii Hildebrandi de Hemptinne, viri de Benedictinis atratis optime meriti, tum ipsius Ordinis qui Nobis utitur Patronis, confidimus fore ut ea Benedictini sodales religiose studioseque efficiant, ad communem Congregationum suarum utilitatem.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XXV mensis ianuarii anno MCMXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

i

ALLOCUTIO

AD CHRISTIFIDELES, QUI OCCASIONE SOLLEMNIUM SAECULARIUM PACIS PER CONSTANTINIANUM EDICTUM ECCLESIAE PARTAE, ALMAM URBEM PEREGRINI PETIERUNT,

La vostra presenza, o figli diletti, Ci ricolma di grande letizia, perchè se in ogni parte del mondo cattolico si commemora la ricorrenza sedici volte centenaria del riconoscimento e della tutela della libertà, che Gesù Cristo ha dato alla sua Chiesa, era ben giusto che a dar prova della loro esultanza e della loro devozione alla Cattedra di Pietro fossero fra i primi i non degeneri figli di coloro, che primi gustarono i frutti dell' Editto salutare. Facciamo pertanto con voi i Nostri rallegramenti, perchè con questo atto dimostrate lo spirito da cui siete animati e il voto vostro che ritorni quel tempo in cui era concesso alla Chiesa di poter godere quella libertà, che le è necessaria per esercitare fruttuosamente il suo ministero a bene delle anime e della società. Perchè è ben doloroso che, mentre ringraziamo la divina Provvidenza per aver chiamato Costantino dalle tenebre del Gentilesimo onde erigesse templi ed altari a quella Religione, che i suoi antecessori per tre secoli tentarono sterminare, restituisse ai cristiani i beni usurpati, e desse al cristianesimo piena libertà religiosa : noi in tanto vantato progresso di civiltà e in tanta luce di scienza dobbiamo per la Chiesa reclamare indarno anche dai Governi cristiani quella libertà, che essi medesimi riconoscono, o dovrebbero riconoscere, necessaria allo svolgimento della sua azione soprannaturale sulla terra.

La Chiesa, questa grande società religiosa degli uomini, che vivono nella stessa fede e nello stesso amore sotto la guida suprema del Romano Pontefice, ha uno scopo superiore e bepi distinto da quello delle società civili, che tendono a raggiungere quaggiù il benessere temporale, mentre essa ha di mira la perfezione delle anime per l'eternità. La Chiesa è un regno, che non

conosce altro padrone che Dio ed ha una missione tanto alta, che sorpassa ogni limite, e forma di tutti i popoli d'ogni lingua e d'ogni nazione una sola famiglia; non si può quindi nemmeno supporre che il regno delle anime sia soggetto à quello dei corpi, che l'eternità divenga strumento del tempo, che Dio stesso divenga schiavo dell'uomo.

Gesù Cristo infatti, il Figlio eterno del Padre, cui fu dato ogni potere in cielo ed in terra, ha imposto ai primi ministri della Chiesa, gli Apostoli, questa missione : *come mandò me il Padre, anch'io mando voi* [1] - *Andate dunque; istruite tutte le genti, battezzandole nel Nome del Padre e del Figliuolo e dello Spirito Santo; insegnando loro di osservare tutto quello che vi ho comandato. Ed ecco ch'io sono con voi sino alla consumazione dei secoli* [2].

Dunque la Chiesa ha da Dio stesso la missione d'insegnare, e la sua parola deve pervenire alla conoscenza di tutti senza ostacoli che la arrestino, e senza imposizioni che la frenino. Poiché non disse Cristo : la vostra parola sia rivolta ai poveri, agli ignoranti, alle turbe ; ma a tutti senza distinzione, perchè voi nell'ordine spirituale siete superiori a tutte le sovranità della terra. La Chiesa ha la missione di governare le anime e di amministrare i Sacramenti; e quindi, come nessun altro per nessun motivo può pretendere di penetrare nel Santuario, essa ha il dovere d'insorgere contro chiunque con arbitrarie ingerenze o ingiuste usurpazioni pretenda di invadere il suo campo.

La Chiesa ha la missione d'insegnare l'osservanza dei precetti e di esortare alla pratica dei consigli evangelici, e guai a chiunque insegnasse il contrario, portando nella società il disordine e la confusione. La Chiesa ha il diritto di possedere, perchè è una società di uomini e non di angeli, ed ha bisogno dei beni materiali ad essa pervenuti dalla pietà dei fedeli, e ne conserva il legittimo possesso per l'adempimento dei suoi ministeri, per l'esercizio esteriore del culto, per la costru-

[1] IOAN. XX, 21.

[2] MATTH, XXVIII, 19-20.

zlone dei templi, per le opere di carità, che le sono affidate e per vivere e perpetuarsi fino alla consumazione dei secoli.

^ E questi diritti sono così sacri che la Chiesa ha sentito sempre il dovere di sostenerli e difenderli, ben sapendo che, se cedesse per poco alle pretensioni dei suoi nemici, verrebbe meno al mandato ricevuto dal Cielo e cadrebbe nella apostasia. Perciò la storia ci segnala una serie di proteste e rivendicazioni fatte dalla Chiesa contro quanti volevano renderla schiava. La sua prima parola al Giudaismo, detta da Pietro e dagli altri Apostoli: *Bisogna obbedire a Dio, piuttosto che agli uomini* \ questa sublime parola fu ripetuta sempre dai loro successori e si ripeterà fino alla fine del mondo, fosse pure per confermarla con un battesimo di sangue.

E di questo sono così persuasi i nostri stessi avversari, che ripetono a parole, esservi all'ombra della loro bandiera ogni sorta di libertà; infatti però la libertà, o meglio la licenza, è per tutti, ma noii la libertà per la Chiesa. Libertà per ognuno di professare il proprio culto, di manifestare i propri sistemi; ma non per il cattolico, come tale, che è fatto segno a persecuzioni e dileggi, e non promosso, o privato di quegli oifici, a cui ha sacro diritto. Libertà d'insegnamento; ma soggetta al monopolio dei Governi, che permettono nelle scuole la propagazione e la difesa di ogni sistema e di ogni errore; e proibiscono perfino ai bambini lo studio del Catechismo. Libertà di stampa, e quindi libertà al giornalismo più iroso d'insinuare in onta alle leggi altre forme di governo, di aizzare a sedizione le plebi, di fomentare odi e inimicizie, d'impedire cogli scioperi il benessere degli operai e la vita tranquilla dei cittadini, di vituperare le cose più sacre e le persone più venerande; ma non al giornalismo cattolico, che difendendo i diritti della Chiesa e propugnando i principi della verità e della giustizia, dev'essere sorvegliato, richiamato al dovere e fatto segno a tutti come avverso alle libere istituzioni, e nemico della patria. A tutte le associazioni anche più sovver-

[1] *Act.* v, °29.

sive la liberta di pubbliche e clamorose dimostrazioni; male processioni cattoliche non escano dalle Chiese, perchè provocano i partiti contrari, sconvolgono l'ordine pubblico e distúrbanos pacifici cittadini. Libertà di ministero per tutti, scismatici e dissidenti; ma pei cattolici solo allora che i ministri della Chiesa non abbiano nel paese, cui sono mandati, anche un solo prepotente, il quale s'imponga al Governo, che ne impedisce l'ingresso e l'esercizio. Libertà di possesso per tutti; ma non per la Chiesa e per gli Ordini religiosi, i cui beni con arbitraria violenza sono manomessi, convertiti e dati dai Governi alle laiche istituzioni.

Questa, come voi ben conoscete, è la libertà di cui gode la Chiesa anche in paesi cattolici ! E quindi abbiamo ben ragione di consolarci con voi, che la reclamate lottando per essa nel campo di azione che vi è finora concesso. Coraggio adunque, o figli diletti; quanto più la Chiesa è osteggiata da ogni parte, quanto più le false massime dell'errore e del pervertimento morale infettano l'aria dei loro miasmi pestiferi, tanto maggiori meriti vi sarà dato acquistare dinanzi a Dio, se farete ogni sforzo per evitare il contagio e non vi lascerete smuovere da alcune delle vostre convinzioni, rimanendo fedeli alla Chiesa.

E con la vostra fermezza darete opera a ben fruttuoso apostolato, persuadendo avversari e dissidenti, che la libertà della Chiesa provvederà mirabilmente alla salute e alla tranquillità dei popoli, perchè esercitando il magistero divinamente affidatole, conserverà intatti e in vigore i principi di verità e di giustizia, sui quali poggia ogni ordine e dai quali germogliano la pace, l'onestà ed ogni civile cultura. In questa lotta non potranno certo mancarvi difficoltà, molestie e fatiche : guardatevi però dal perdervi di animo, perchè vi sosterrà nella pugna il Signore, apportandovi copioso soccorso di celesti favori.

E di questi sia caparra la Benedizione Apostolica, che dall'intimo del cuore impartiamo a voi e a tutti i cari vostri. - Benediciamo poi con tutte le indulgenze gli oggetti, che portate con voi, ed accordiamo ai Parroci e ai Superiori degli Istituti e ai

Confessori delle Comunità Religiose la facoltà d'impartire per una volta la Benedizione Apostolica, coli'Indulgenza plenaria per tutti i confessati e comunicati.

Benedictio Dei Omnipotentis Patris £g *et Filii* gg *et Spiritus* £¡3 *Sancti descendat super vos, et maneat semper.*

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

FACULTAS CELEBRANDI PONTIFICALE SACRUM AD ALTARIA PAPALIA.

PIUS PP. x.

Universis christifidelibus praesentes Litteras mspecturis salutem et apostolicam benedictionem. — Cum hoc anno ad celebrandam memoriam centenarii reditus auspicati illius eventus per quem a Constantino imperatore Ecclesia Christi pace et libertate donata est, solemnes tum in universo orbe, tum in hac alma Urbe festivitates habendae sint, placet Nobis solemnibus his festis peculiare decus adiungere. Volumus idcirco, ut statis diebus nonnulli e venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, pontificalia celebrent Sacra, ad maiora altaria Basilicarum Urbis. Ut autem id agere queant de pleno iure, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, iisdem VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus qui ad huiusmodi Sacra habenda designati erunt, licentiam concedimus atque impertimur, **ex** qua hoc anno ad altaria Papalia tum Archibasilicae Lateranensis, tum patriarchalium Basilicarum Vaticanae, Ostiensis, Liberianae et sancti Laurentii extra moenia, iidem Cardinales Missam et alia Divina solemni ritu in Nostra absentia peragere licite possint ac valeant. Non obstantibus Nostris Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvn martii MCMxiii, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**
a Secretis Status.

IL

FACULTAS ERIGENDI SOCIETATES TITULO DIVINI INFANTIS PRAGENSIS UBIQUE TERRARUM IN PERPETUUM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Significat Nobis dilectus filius hodiernus Praepositus generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorura, tribus fere a saeculis, scilicet ab anno MDCXXVIII in coenobio S. Mariae a Victoria, ipsius Ordinis, Pragae, fidelium venerationi propositam esse parvam divini Infantis statuam. Addit idem Praepositus fidelium pietatem erga puerum Iesum, vel a primis temporibus mirandum in modum ortam, indesinenter, ad praesens usque aevum, non modo perseverasse, sed in dies percrebuisse, et modo sub titulo divini Infantis Pragensis pluribus in Ecclesiis, potissimum Carmelitarum Ordinis coenobiis continentibus, et dicata altaria, et canonice erecta Sodalitia reperiri; passimque per universum terrarum orbem divini ipsius Infantis Pragensis imagines ac numismata, impressaque per typos de eodem scripta diffundi. Cum vero haec devotio iure meritoque Carmelitarum Ordinis propria dici queat, in asceterio enim Pragensi opera religiosi viri Car melitae b. m. Cyrilli a Matre Dei originem duxit, ipsiusque devotionis actuosi sunt propagatores illius Ordinis alumni, quos unice fideles adeunt, ut vel inscriptionem in piam Unionem efnagitent, vel pietatis adminicula exquirant, vel ad altaria divini Infantis preces exhibendas curent, idcirco generalis idem Praepositus suppliciter a Nobis petit, ut peramplam ipsi veniam faciamus, ex qua tum in ecclesiis Ordinis, tum in aliis ubique terrarum sitis, piam sodalitatem a divino Infante Pragensi appellatam rite erigere valeat. Nos autem votis his annuentes, inspecto potissimum suffragio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationi praepositorum Concilii Tridentini decretis interpretandis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium: vi, perpetuumque in modum, nunc et in posterum exsistenti Praeposito generali religiosi Ordinis Carmelitarum Excalceatomm facultatem tribuimus, cuius vigore Sodalitatem sub titulo divini Infantis Pragensis, in qualibet tum eiusdem Ordinis, tum alia publica ecclesia, de respectivi Ordinarii consensu, ubique terrarum erigere possit ac valeat; servata tamen forma praescripta in Constitutione Clementis PP. VIII rec. me. Nostri decessoris, quae incipit *Quaecumque,* aliisque desuper editis apostolicis ordinationibus et gratis omnino. Haec concedimus et mandamus, decernentes praesentes Nostras Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros

effectus sortiri, atque detinere, iilisque ad quos spectant sive spectare poterunt in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum iugiter esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxx martii MCMxnr, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**
a Secretis Status.

EPISTOLA.

AD VIRUM ILLUSTREM EMMANUELEM COMITEM DE TORRE DIAZ, PRAESIDEM VIRORUM COETUS MODERANDO OPERI « CATHOLIC SEAMEN'S HOME AND INSTITUTE » NUNCUPATO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — In tanta tam laetabilique piorum operum varietate, quam nostris temporibus ubique in Ecclesia florere, Dei beneficio, cernimus, aegre admodum erat a Catholicorum studiis catholicos praeteriri nautas, quorum quidem quo frequentiora aeternae salutis discrimina eo difficiliora religionis subsidia. Rem apprime utilem atque expetitam coetus cui praees aggressus est primus, idque, ut accepimus, tam sapienti consilio ut in aedibus, quas in celeberrima quaque maritima ora nauticis hominibus patere voluit, praesto petentibus sit sacerdotalis ministerii copia et nihil desit eorum quibus, qui conveniunt, a pravorum consuetudine arceantur et honeste animos queant relaxare. Cuiusmodi providentiae genus ad alliciendum et ad largiora impertienda christianae caritatis beneficia valet plurimum, si qui praesunt alacri prudentique caritate urgeantur.

Id futurum confidimus. In praesens postulat officium ut, gratulantes tam amantem fratrum voluntatem, meritam iis impertiamus laudem, qui in coetum numerantur quem supra memoravimus, quique rei adeo salutiferae instituendae provehendaeque auctores tecum una adiutoresque fuerunt. Pergant hi omnes, hortamur, ingenium suum suamque operam in idem conferre; munerum divinorum id profecto singulis ubertatem conciliabit. Conciliet ea interim apostolica benedictio quam tibi, dilecte fili, atque illis omnibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxix martii MCMXHI, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I.

DECRETUM.

CONCEDITUR INDULGENTIA RECITANTIBUS PIAM PRECATIONEM AD UBERIOREM FRUCTUM SS. MISSIONUM IMPLORANDUM.

Die 27 februarii 1913.

Ssmus Dnus noster, Dnus Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, precibus Superioris provinciae Belgicae Congregationis Ssmi Redemptoris benigne annuens, Indulgentiam trecentorum dierum, etiam animabus in Purgatorio degentibus adplicabilem, semel in die ab omnibus christifidelibus lucrandam, qui in locis ubi proxime habendae iam per parochos praenuntiatae sunt Missiones, antequam eaedem incipiantur, infrascriptam precationem corde saltem contrito recitaverint, clementer elargitus est. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

« Très Saint Rédempteur, ô Jésus, notre Maître et notre Roi, c'est a votre divin Cœur, océan d'amour et de bonté, que nous devons le bienfait inappréciable d'une Mission.

« Touché de compassion à la vue de nos misères et du malheur éternel qui nous menace, vous avez résolu de nous sauver.

« Les missionnaires qui vont venir à nous sont vos envoyés : c'est de votre part qu'ils nous dispenseront le pain de la divine parole, et nous apporteront la joie du pardon.

« Faites, ô Seigneur, que, fidèles à votre grâce, nous répondions avec empressement aux prévenances de votre miséricorde.

« Que la prédication de votre éternelle vérité éclaire vivement nos esprits et touche profondément nos cœurs, afin que nous comprenions nos égarements et en fassions une sincère pénitence.

« Aux pauvres âmes plongées dans les ténèbres de l'ignorance et de l'erreur, accordez les lumières de la foi. À ceux qui vous ont con-

triste par une vie d'iniquités, accordez la grâce d'une vraie conversion. Aux tiëdes accordez la ferveur; aux justes le progrès dans la vertu.

« Envoyez à tous votre Saint-Esprit et la face de cette paroisse sera renouvelée.

« Et vous, ô Marie, Vierge immaculée et Mère du Perpétuel Secours, vous êtes le refuge et l'avocate des pauvres pécheurs. Plus on est coupable, plus on a des., titres à votre dévoûment. C'est pourquoi nous osons en toute confiance implorer votre puissante et maternelle protection. Notre salut est entre vos mains, plaidez notre cause et intercédez pour nous auprès de votre divin B'ils.

« Saint iV., Patron de la paroisse de *N.*, priez pour nous durant les jours bénis de la Mission. Ainsi soit-il ».

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

II.

DECRETUM.

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE PRO PIIS EXERCITIIS MENSE AUGUSTO IN HONOREM IMMACULATI CORDIS B. M. V. PERAGENDIS.

Die 13 martii 1913.

Quum pluribus in locis invaluerit iam usus dicandi mensem augustum honori et venerationi Immaculati Cordis B. M. V, eodem modo ac alii menses ipsimet colendae Deiparae consecrantur; ut in dies magis ac magis propagetur pius mos praedictus, ac fideles magis ad eandem devotionem alliciantur, enixe supplicatum est, ut omnibus fidelibus christianis, qui sive publice sive privatim singulis mensis augusti diebus in honorem Immaculati Cordis B. M. V. aliquas preces fuderint, seu alia pietatis exercitia peregerint, sanctissimus D. N. Pius Pp. X aliquot Indulgentias concedere dignaretur. Sanctitas vero Sua, per facultates infrascripto Cardinali supremae S. Congregationis S. Officii Secretario impertitas, benigne has preces suscepit, ac sequentes Indulgentias, defunctis quoque applicabiles, elargitus est: Indulgentiam trecentorum dierum, singulis praedicti mensis diebus, si corde saltem contriti christifideles, quae supra dicta sunt, pia opera exercuerint; Indulgentiam plenariam semel eo mense lucrandam, si praeterea ad sacramenta Confessionis et

Ssmae Eucharistiae devote accesserint, aliquam ecclesiam vel publicum sacellum visitaverint, et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S.* O.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

VERSIO AUTHENTICA

DECRETI DE MONIALIUM ET SORORUM CONFESSIONIBUS

I.

DECRETO

F

SULLE CONFESSIONI DI MONACHE E DI SUORE.

Poiché molte leggi sono state, a seconda dei bisogni e delle circostanze, pubblicate finora, per regolare le confessioni sacramentali delle Monache e delle Suore, ora è sembrato utile di ordinarie e raccoglierle tutte con qualche modificazione in un sol Decreto del seguente tenore :

1. A ciascuna comunità tanto di Monache che di Suore si assegnerà di regola un solo confessore ordinario; salvo che per il gran numero delle Religiose, o per altro giusto motivo, non sia necessario assegnarne due, o più.

% Il confessore ordinario non dovrà per regola rimanere in officio più di tre anni. Il Vescovo o l'Ordinario potrà tuttavia confermarlo pel secondo, o anche pel terzo triennio:

a) se, pel difetto di sacerdoti idonei a tale officio non potrà provvedere altrimenti ; o

b) se la maggioranza delle Religiose, computate anche quelle che in altri casi non hanno diritto al voto, si troverà d'accordo per via di

votazione segreta nel chiederne la conferma; purché peraltro alle dissenzienti, quando queste lo desiderino, si provveda in qualche altro modo.

3. Più volte all'anno si dia a ciascuna comunità religiosa un confessore straordinario, al quale tutte le Religiose dovranno presentarsi, almeno per riceverne la benedizione.

4. Per ciascuna casa religiosa dovranno deputarsi dall' Ordinario alcuni sacerdoti, che le Religiose possano chiamare con facilità nei casi particolari per confessarsi.

5. Quando si dia il caso che qualche Religiosa, a quiete della sua coscienza, o a suo maggior profitto nell'esercizio della perfezione, domandi qualche speciale confessore o direttore spirituale, le si dovrà facilmente concedere dall'Ordinario; il quale tuttavia invigilerà perchè da tale concessione non nascano abusi; che se nascerà qualche abuso, dovrà procurare con prudenza e cautela di eliminarlo, salva sempre la libertà di coscienza.

6. Se la casa religiosa sarà soggetta all' Ordinario del luogo, sceglierà questi i sacerdoti per l'officio di confessore sì ordinario che straordinario; ma se sarà soggetta al Superiore Regolare, questi presenterà i sacerdoti per l'officio di confessore all'Ordinario, cui spetta il concedere loro la facoltà di ascoltare le confessioni.

7. All'officio di confessore, sia ordinario, sia straordinario, sia speciale, potranno deputarsi sacerdoti tanto del clero secolare, quanto (col permesso dei loro superiori) del clero regolare, purché peraltro non abbiano sulle Religiose, per le quali sono deputati, potestà alcuna di foro esterno.

8. Questi confessori dovranno avere compiti i 40 anni e distinguersi per integrità di vita e prudenza; ma l'Ordinario per giusto motivo e sotto la responsabilità della sua coscienza, potrà deputare a questo officio, anche sacerdoti che non abbiano raggiunto quest'età, purché sempre si distinguano per siffatte doti di spirito.

9. Il confessore ordinario non potrà essere nominato straordinario, nè, salvo i casi contemplati nell'art. % essere confermato come ordinario nella medesima comunità, se non dopo un anno dallo spirare del suo officio. Lo straordinario però potrà deputarsi anche immediatamente all'officio di confessore ordinario.

10. Ogni confessore di Monache o di Suore dovrà guardarsi bene dall'ingerirsi nel governo sia interno che esterno della comunità.

11. Dandosi il caso che qualche Religiosa domandi un confessore straordinario, a nessuna delle Superiore sarà lecito nè da sè, nè per mezzo di altri, nè direttamente, nè indirettamente ricercare le ragioni

delia domanda, opporsi alla domanda con parole o con fatti, ovvero addimostrare in qualsivoglia modo di tolerare ciò di mal animo; che se qualche Superiora mancherà su questo punto, dovrà essere la prima volta ammonita dal proprio Ordinario; e, mancando la seconda volta, dovrà essere dal medesimo deposta, dopo udita però la S. Congregazione dei Religiosi.

12. È vietato alle Religiose di parlare fra loro della confessione delle consorelle e di muovere censure a carico di quelle che si confessino non dal confessore deputato, ma da un altro; in caso di trasgressione dovranno essere punite dalla Superiora, o dall'Ordinario.

13. Quando i confessori speciali chiamati ad un monastero o ad una casa religiosa, s'avvedano che le Religiose che loro si presentano, non abbiano un giusto motivo di necessità o di utilità spirituale, le congedino con prudenza. Tutte le Religiose poi restano avvisate che della facoltà loro concessa di domandare un confessore speciale, si avvalgano avendo solo in mira, non motivi umani, ma il proprio bene spirituale ed il maggior progresso nelle virtù religiose.

14. Ogni volta che le Monache o le Suore si trovino per qualsivoglia motivo fuori della propria casa, è loro permesso di confessarsi in qualunque chiesa od oratorio, anche semipublico, e da qualsiasi confessore approvato per l'uno e l'altro sesso. La Superiora non può proibirlo, nè fare su ciò alcuna inquisizione, neppure indirettamente; nè le Religiose £on tenute punto a riferire alla Superiora alcun che æ= questo riguardo.

15. Ogni Monaca o Religiosa nel caso di grave infermità, anche se questa non presenti pericolo di morte, potrà far chiamare qualunque sacerdote approvato per le confessioni, e confessarsi da lui tutte le volte che le piacerà, durante la gravità della malattia.

16. Questo Decreto dovrà osservarsi da tutte le famiglie religiose femminili tanto di voti solenni che di voti semplici, dalle Oblate e dalle altre pie comunità, che non emettono voti, anche se l'Istituto sia soltanto diocesano. Obbliga ancora quelle comunità, che sono soggette alla giurisdizione di un Prelato Regolare, e se questi non curasse la fedele osservanza del presente Decreto, dovrà curarla il Vescovo o l'Ordinario del luogo come Delegato della S. Sede.

17. Dovrà questo Decreto essere aggiunto alle regole e costituzioni di ogni Religioso Istituto, e leggersi in lingua volgare una volta all'anno pubblicamente in Capitolo alla presenza di tutte le Religiose.

Pertanto la Santità di N. S. Pio X, udito il parere degli eminentissimi Padri Cardinali della S. Congregazione dei Religiosi, riuniti in

plenario Congresso tenuto in Vaticano il giorno 31 gennaio 1913, dietro relazione del sottoscritto Segretario, si degnò di approvare tale Decreto, e di confermarlo in ogni sua parte, comandando che si pubblicasse, perchè venga in avvenire, da tutti coloro ai quali spetta, puntualmente osservato.

Nonostante qualsivoglia disposizione in contrario, anche meritevole di speciale e singolare menzione.

Dato in Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione dei Religiosi, il giorno 3 del mese di febbraio dell'anno 1913.

Fr. G. C. CARD. VIVES, *Prefetto.*

L. & S.

f Donato Arciv. di Efeso, *Segretario.*

II.

DECRET

SUR LES CONFESSIONS DES MONIALES ET DES SŒURS.

Comme jusqu'à ce jour, de nombreuses lois ont été promulguées pour régler, d'après leur objet et les circonstances, les confessions sacramentelles des Moniales et des Sœurs, il a paru bon, après les avoir en partie modifiées et logiquement coordonnées, de les réunir en un Décret, dont voici la teneur:

I. Chaque communauté de Moniales et de Sœurs, aura, en règle générale, un seul confesseur ordinaire, à moins que le grand nombre des Sœurs ou quelque autre juste motif n'oblige à en donner un second ou même plusieurs autres.

II. Le confesseur ordinaire, en règle générale, n'exercera pas cette charge au delà de trois ans. Néanmoins l'Évêque ou l'Ordinaire pourra le confirmer pour un second et même pour un troisième triennat:

a) si par suite de la pénurie de prêtres aptes à ce ministère, il ne peut y pourvoir autrement, ou

b) si la majorité des Religieuses, en y comprenant celles qui dans les autres affaires n'ont pas droit de vote, s'entendent en scrutin secret, pour demander la confirmation de ce confesseur. Mais pour celles qui sont d'un avis opposé, on devra, si elles le désirent, y pourvoir d'une autre manière.

III. Plusieurs fois par an, on donnera à chaque communauté religieuse un confesseur extraordinaire, à qui toutes les Religieuses devront se présenter, au moins pour recevoir sa bénédiction.

IV. L'Ordinaire désignera pour chaque maison religieuse quelques prêtres que les Religieuses dans des cas particuliers puissent facilement appeler pour entendre leurs confessions.

V. Si, pour la paix de son âme ou pour un plus grand progrès dans les voies de Dieu, quelque Religieuse demande un confesseur spécial, ou directeur spirituel, l'Ordinaire le lui accordera sans difficulté; mais il veillera à ce que cette concession n'entraîne pas d'abus et il écartera avec sagesse et prudence ceux qui se présenteraient, tout en sauvegardant la liberté de conscience.

VI. Si la maison des Religieuses est soumise à l'Ordinaire du lieu, c'est celui-ci qui choisit les confesseurs ordinaires et extraordinaires; que si elle est soumise à un Supérieur Régulier, celui-ci devra proposer les prêtres pour l'office de confesseur à l'Ordinaire du lieu, à qui appartient de donner le pouvoir d'entendre les confessions.

VIL La charge de confesseur ordinaire, ou extraordinaire, ou spécial, peut être confiée soit à des prêtres du clergé séculier, soit à des prêtres du clergé régulier, avec la permission de leur supérieur; pourvu toutefois, dans les deux cas, qu'ils n'aient au for externe aucun pouvoir sur ces Religieuses.

VIII. Que ces confesseurs, qui devront avoir quarante ans révolus, se distinguent par l'intégrité de leur vie et par leur prudence; néanmoins, l'Ordinaire pourra, pour un motif légitime et sous sa responsabilité, choisir des prêtres plus jeunes, pourvu qu'ils aient à un haut degré les vertus indiquées.

IX. Un confesseur ordinaire ne peut être désigné comme confesseur extraordinaire, ni, en dehors des cas énumérés à l'article II, être de nouveau choisi comme ordinaire dans la même communauté, avant une année révolue après l'expiration de sa charge. Le confesseur extraordinaire peut être choisi immédiatement comme ordinaire.

X. Tous les confesseurs, soit de Moniales, soit de Sœurs, se garderont bien de s'immiscer dans le gouvernement soit extérieur soit intérieur de la communauté.

XI. Si une Religieuse demande un confesseur extraordinaire, aucune Supérieure n'a le droit d'en rechercher le motif, ni par elle-même, ni par d'autres, ni directement, ni indirectement; elle ne peut s'opposer, ni par les paroles ni par les actes, à cette demande, et ne doit eh aucune manière témoigner qu'elle en éprouve de la peine. Au cas où

elle agirait ainsi, que son Ordinaire propre lui adresse une monition, et si elle venait à retomber dans cette faute, il la déposera, après avoir auparavant pris conseil de la S. Congrégation des Religieux.

XIÍ. Que les Religieuses ne parient jamais entre elles des confessions de leurs compagnes; qu'elles ne se permettent pas de critiquer celles qui se confessent à un autre que le confesseur désigné; autrement, qu'elles soient punies par leur Supérieure ou par l'Ordinaire.

XIII. Si les confesseurs spéciaux appelés dans le monastère ou dans la maison religieuse, constataient qu'aucun juste motif de nécessité ou d'utilité spirituelle ne légitime la démarche des Religieuses, ils les congédieront avec prudence. On avertit aussi les Religieuses de n'user de cette permission de demander un confesseur spécial, que pour le bien spirituel et le plus grand progrès dans les vertus religieuses, faisant abstraction de toute considération humaine.

XIV. Les Moniales ou les Sœurs qui pour une raison quelconque se trouvent hors de leur couvent, peuvent dans n'importe quelle église ou oratoire, même semi-public, se confesser à tout prêtre approuvé pour l'un et l'autre sexe. La Supérieure ne peut ni l'empêcher, ni faire sur ce point aucune enquête, même indirecte, et les Religieuses ne sont pas tenues de lui en parler.

XV. En cas de maladie grave, bien qu'il n'y ait pas danger de mort, les Moniales et toutes Religieuses peuvent appeler n'importe quel prêtre approuvé, et, tant que dure la gravité de leur état, se confesser à lui aussi souvent qu'elles le voudront.

XVI. Ce Décret devra être observé par toutes les Congrégations religieuses de femmes, tant à vœux solennels qu'à vœux simples, par les Oblates et les autres pieuses communautés qui ne sont liées par aucun vœu, ne fussent-elles que des Instituts diocésains. Il oblige aussi les Communautés soumises à un Prélat régulier, et si celui-ci ne veille pas à l'exacte observance de ce Décret, l'Évêque ou l'Ordinaire du lieu y pourvoira comme délégué du Siège Apostolique.

XVII. Ce Décret sera ajouté aux Règles et Constitutions de chaque famille religieuse, et lu publiquement en langue vulgaire au Chapitre de toutes les Religieuses une fois par an.

C'est pourquoi les éminentissimes PP. Cardinaux de la S. Congrégation des Religieux, ayant donné leur suffrage dans l'assemblée plénière tenue au Vatican le 31 janvier 1913, notre T. S. Père le Pape Pie X, sur le rapport du Secrétaire soussigné, a daigné approuver et confirmer entièrement ce Décret, prescrivant de le publier, et ordonnant à tous les intéressés de l'observer fidèlement à l'avenir.

Nonobstant toutes choses contraires, même dignes de mention spéciale et particulière.

Donné à Rome, de la Secrétairerie de la S. Congrégation des Religieux, le 3 février 1913.

Fr. J. C. CARD. VIVES, *Préfet.*

L. * S.

f Donatus, Arch. d'Éphèse, *Secrétaire.*

S. CONGREGATIO RITUUM

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE TERESIAE DUBOUCHÉ, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM AB ADORATIONE REPARATRICE.

Montis Albani, die 2 maii anni 1809, ex honestis coniugibus orta est Theodolinda Dubouché. Anno 1816, in domo educationis et doctrinae nobilium puellarum Aurelianensis civitatis, litteris bonisque artibus ac moribus instituenda collocatur. Triennio exacto in paternam domum revocata, ob frequentes conversationes cum extraneis,; spectaculis aliisque mundanis vanitatibus aliquantulum indulsit. Verum gravi morbo afflicta, quum convaluisset, tutum animae §uae asylum penes Carmelitanam familiam habere sategit. Anno 1848, quum ob Gallicas rei publicae perturbationes, ibi degere non posset, in saeculo manens, piam associationem puellarum precibus, praecipue coram sanctissimo Sacramento, aliisque expiationis operibus intentam collegit, ad iniurias Deo inlatas reparandas. Paulo post, hoc incoeptum op.us perficiendo, religiosam instituit Sororum familiam cui nomen ab Adoratione Reparatrice indidit, ab apostolica Sede die 15 iulii anni 1865 recognitam et approbatam, in qua, mutato nomine, Maria Teresia nuncupata est. Ibi iugiter perseverans, anno 1863 mense iulio, letali morbo vexata, eoque ingravescente Ecclesiae sacramentis refecta ac roborata, die 30 augusti, inter dilectas filias ac sorores pie obiit. Virtutum opinio quam Dei Famula vivens sibi acquisierat, post eius obitum magis in dies invalescens, archiepiscopali

Curiae Parisiensi causam dedit, ut super ea Inquisitio Ordinaria Informativa conficeretur. Hisce actis processualibus expletis et ad sacram Rituum Congregationem delatis, servato iuris ordine, quum, peracta revisione scriptorum ipsius Dei Famulae, nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, instante R. P. D. Raphaele M. Virili, episcopo tit. Troadensi, huius Causae postulatore, attentis obsequentibus litteris de eiusmodi Causa introducenda ad beatissimum Patrem Pium X missis ab augustis Imperatorum aut Regum familiis; enixisque postulationibus quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, complurium Rmorum Sacrorum Antistitum, ex utroque clero, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, necnon communitatum religiosarum una cum Sorore Teresia Maria a S. Corde Iesu, moderatrice generali Sororum ab Adoratione Reparatrice, Emus ac Rinus Dnus cardinalis Iosephus Calasanctius Vives y Tuto, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito R. P. D. Alexandro "Verde, S. Fidei Promotore, omnibusque sedulo discussis ac perpensis, rescribendum censuerunt : *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 4 martii 1913.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua, Rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Teresiae Dubouché, fundatricis congregationis Sororum ab Adoratione Reparatrice, die 18 martii 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

ARGENT1NEN.

NULLITATIS MATRIMONII (WARTHER-VIEKEBSHEIMER).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 10 iulii 1912, BR. PP. DD. Fridericus Cattani, Ponens, *Antonius Perathoner et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* Argentinen. - Nullitatis matrimonii *(instantepro appellatione adversus sententiam Curiae Argentinensis, diei 13 novembris 1909, defensore matrimonii ex officio) inter* Àemiliam Warther, *repraesentatam per legitimum procuratorem advocatum Ioachim Antonelli-Costaggini, et* Fridericum Wiekersheimer, *contumacem, interveniente et disceptante in causa vinculi defensore ex officio apud hoc S. Tribunal; sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Aemilia Warther, nata die 28 augusti 1878, Daileunden in urbe, quum in loco Bischleim, prope urbem Argentinensem, una cum matre mora-* retur, ibi Fridericum Wiekersheimer novit, virum protestanticae sectae addictum ac moribus pessimum. Quamvis Aemilia nullum erga eum foveret amorem, tamen propter nimiam suae familiae egestatem, suadente matre et sorore, ei se nupturam promisit, apposita conditione, ut matrimonium in templo catholico, coram suo parocho, celebraretur; quod ille promisit. Interim ab Aemilia dispensatio ab impedimento mixtae religionis petitur. Die vero pro civili contractu statuta, vertente anno 1899, Fridericus et Aemilia coram laico magistratu stiterunt, et iuxta legem adstipulati sunt. Postea apud sponsae matrem coenatum eunt, quae virum apertissime monet, non adhuc posse cum sua filia coire, quia matrimonium nondum celebrarunt; quare vir domum suam abiit. Die postera tamen rediit, ut Aemiliam secum duceret. Tunc Aemilia ei in memoriam revocavit, se velle coram suo parocho matrimonium in templo catholico celebrare. Fridericus e contra coram suo ministello, in lutherana ecclesia S. Aureliae, illud celebrare proposuit; renuit acerrime Aemilia, et ideo utrinque dissensio exorta est, quae toto itinere perduravit, usque dum currus Grüneberg pervenit, quem locum Fridericus incolebat, ubi nuptiale prandium paraverat. Aemilia moerens convivio consedit, adstantibus matre et sorore sua, necnon Friderici consanguineis. At parum cum Friderico est locuta, et priusquam convivium ad

finem adduceretur, ipsa e cubiculo discessit, et plorans aiebat, se nuptam Friderico non esse. Interim Fridericus, inebriatus, Aemiliam minis impetiit. Quibus tandem visis, mater sponsae, quae arbitrabatur et ipsa adhuc matrimonium non esse celebratum, iussit eam omni pacto secum redire domum; at sponsus, ira pessima plenus, minas sponsae intulit, se convivas omnes occisurum si ipsa eum desereret; quibus minis exterritae, mulieres sponsam manere suaserunt, non ita tamen ut cum ebrio viro cubaret, sed ut ira eiusdem sedaretur; mox, quia infectum matrimonium putabatur, die sequenti, in maternam domum rediret. Sponsa igitur, magis quam oportebat, a marito abhorrere coepit, illamque noctem, fratriae in cubiculo degit: atque mane sequenti ad maternam domum rediit. Rursus vero sequenti die, in materna domo disputationes innovatae sunt. Mater enim iterum pertimuit, ne maritus, licet pessimus, in tanta domus egestate aufugeret: et insuper ne minor quoque filia, maioris natae scandalum renovaret (maritum enim ista deseruerat) et futurum contractum sperneret. Quare, quamvis illa obtestaretur passim, nullo se vinculo marito adhuc constringi, mater sperare non destitit, fore tandem ut pervicacitas viri vinceretur et hic quomodocumque ad matrimonium catholico ritu ineundum adduceretur. Post triduum igitur, hac suadente spe, viro sese sponsam concessit. At pro ea spe, quam mater conceperat, vinculum catholico ritu firmandi, supremam iniuriam filia suscepit. Vix enim post triduum, ad medicum confugere eam oportuit, qui eam invenit, primo sane accubitu, pessima tabe a viro contaminatam. Suasit igitur, ut ab eo discederet et divortium postularet. Morbus pessimus legitima civilibus iudicibus visa est divortii declarandi ratio, deinde post fere decennium et postquam Aemilia iam cum alio viro se vinculo civili obstrinxerat, causa ad Curiae episcopalis Argentinen. tribunal delata est, ubi est pronuntiatam: « Matrimonium ab Aemilia Warther initum cum Fride- « rico Wiekersheimer nullum esse et invalidum ex capite defectus con- « sensus requisiti ». Cum autem ab ea sententia sacri vinculi adsertor appellationem de iure interposuerit, nunc causa ad nostrum venit Tribunal, sub dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ratio dubitandi in hac causa praesertim in eo consistit, quod cum in Argentinensi dioecesi caput *Tametsi,* sacri Tridentini Concilii, numquam fuerit publicatum, dirimens impedimentum clandestinitatis inibi non viget, ita ut contractus, etiam civilis, verum et validum matrimonium constituere possit. Nec per se validitati officit falsa coniugum suppositio, quod aliquod exstet impedimentum dirimens, si hic error concomitans sit, scilicet voluntatem non determinet ad contrahendum, sed eam

comitetur et, facta ab eo praecisione, idest eo tempestive detecto, actus nihilominus celebratus fuisset; et insuper, quia inter sponsos copula intervenit, quae si maritali affectu posita est, iure ipso naturae matrimonium perficit. At quoad primum, prae oculis haberi oportet, matrimonium, utpote contractum, mutuo consensu effici. Omnis enim contractus in tantum valet, in quantum contrahentes se obligare voluerunt. Ideo doctores in hoc omnes conveniunt, quod, si contrahentes matrimonium, vel etiam una pars, in locis ubi clandestinitatis dirimens impedimentum non viget, non aliud in matrimonio civili facere voluerunt quam civilem caeremoniam, christianum matrimonium nullimode contrahatur. Etsi autem inibi haec civilis caeremonia praesumptionem in favorem veri matrimonii constituat, praesumptio ista iuris tantum est, et ideo contrariam admittit probationem. Cum haec in comperto apud omnes doctores sint, unum vel alterum textum ex eis decerptum adducere sufficiat. Ita ex.gr. D'Annibale: « ...Quamobrem, si ubi matrimo-
« nium valide contrahitur sine parocho et testibus, sponsi civile matri-
« monium contrahant, et alter ex eis intendat civilem dumtaxat., ritum
« peragere (quod est praesumendum, quia matrimonium graviter illi-
<< citum foret) hoc ne intelligi quidem potest » *(Summ. Th. Mor.,* vol. III, *De Matrim.,* n. 443,1). Item Gasparri: « ... error circa validitatem matri-
« monii verificatur si utraque vel alterutra pars putat obstare aliquod
« impedimentum dirimens, et matrimonium esse irritum, dum nullum
« obstat impedimentum, et matrimonium per se valet... Si contrahens
« intendit, quantum in se est, verum matrimonium, consensus adest.,.
« si non intendit verum matrimonium, sed potius concubinatum, cae-
« remoniam mere civilem, sponsalia, etc., consensus deest, et ideo matri-
« monium est nullum, etsi impedimentum dirimens fuerit putativum
« tantum » (T. C, *De Matrim.,* vol. Il, 904-906). Eadem habet Wernz:
« Si sponsi catholici cum acatholicis baptizatis contrahentes alicubi legi
« *Ne temere* (nec Tridentinae) non sunt adstricti, in mere civili matri-
« monii celebratione, etsi *illicitum,* tamen *validum* ineunt matrimonium,
« dummodo intentionem habeant vere contrahendi matrimonium, neque
« *aliud* obstet impedimentum *canonicum;* at si *civilem* tantum *velint*
« performare *caeremoniam,* quam ex ipsorum intentione *sequatur* in
« ecclesia coram ministro cultus, *verus contractus matrimonialis religiose*
« celebratus, omni valore caret matrimonium civile. Quare in his locis
« talia matrimonia civilia nequaquam valida sunt *propter formam legemque*
« *civilem servatam,* neque absolute et simpliciter, sed cum clausula: *Dum-*
« *modo constet de mutuo eorum consensu* (cfr. S. C. Inq., 6 sept. 1876) i. e.
« coniugum ad tramites antiqui iuris Decretalium » *(Ius. Decret.,* tit. IV,

tit. 3, n. 207). Et alio in loco: « Denique *error iuris* de *valore* matrimonii « haberi potest, si unus vel uterque sponsus *falso* existimat suis nuptiis «valide celebrandis obstare impedimentum dirimens. Quo in casu si « partes contrahentes consensum praestare volunt quantum possunt «(ut communiter praesumitur), matrimonium est *validum;* secus, si « solummodo intendunt concubinatum vel meram caeremoniam civilem, « indubitanter est nullum et irritum. Nam, in priore suppositione, verus « adest consensus, cuius efficaciae obiective impedimentum non obstat, « in altera consensus in verum matrimonium plane deest » (Ibi, tit. IV, n. 228 in fine). Nec dicendum, contrahentes, si assensum ad verum matrimonium non praebuerint, mendacium dixisse, quia verbis a magistratu civili prolatis assensi sunt, quae matrimonium significabant. « Nam (ut bene notat Rosset I. C, n. 231 et seq., cum Secretario S. C. G. « in *Disceptat.*, anno 1879) verba et signa, quae sic coacti compelluntur « adhibere, directa sunt ad significandum obsequium erga legem civilem « et ad satisfaciendum eius praecepto, ut matrimonium verum, iam con- « tractum vel deinde contrahendum, non debitis privetur civilibus effe- « ctibus. Talis significatio verborum ac signorum determinatur, sive ex « sensu Ecclesiae, iuxta cuius leges intendunt contrahere, sive ex com- « muni fidelium usu et opinione, sive ex natura actus, prout licite fieri « potest. Quapropter non sunt idonea ad naturaliter significandum con- « sensum internum contrahendi de praesenti, quia, urgente necessitate, « ad alium finem tendunt ac recte in eo consistunt, quoad eos etiam, sane « plurimos, qui nullum tunc matrimonium peragere volunt » (Cf. quoque S. C. G. in c. *Olmucen.*, 7 ianuarii 1899; Leitner I. G., p. 123, 632 sq.). Doctrinis, quas supra retulimus, minime contradicit Instructio S. G. de Prop. Fide ad vicar. apost. Gonstantinopolitanum, 1 oct. 1785; ibi enim dicitur, valida esse matrimonia christianorum coram iudice turcico celebrata, si contrahentes, quamvis reputent hoc non sufficere validitati matrimonii, tamen si scirent sufficientiam huius sui actus ad effectum ineundi verum coniugium, omnino vellent hoc inire. Etenim uti Instructio habet: « ...secondo le circostanze del caso proposto, non può dubitarsi del « vero, legittimo, interno e reciproco consenso dei contraenti ».

Investiganda igitur est in singulis casibus contrahentium voluntas, a qua tota quaestio validitatis matrimonii pendet; ideo attente inspiciantur oportet omnes tum loci, tum temporis, tum personarum circumstantiae, quia, ut bene ait Gasparri (1. n. 906), magis hic de facto quam de iure agitur. In primis uti certum habendum est, quod ignorantia quae non tantum concomitánter se habet ad actum, sed se habet causaliter ad id quod fit, omnino tollit voluntarium, quia cum voluntas

sit facultas caeca, ab intellectu dependet, unde effatum: *nil volitum, quin praecognitum.* Quae doctrina a iure romano consecrata est; ubi habetur: * In id autem quod ignoratur, nec ullus actus nec consensus « ullus tendere potest » (L. *non idcirco* 4 Cod. *de Iur. et fact. ignorantia).* Si igitur prudenter iudicare possumus, Aemiliam nullimode scivisse coram laico magistratu se verum matrimonium posse celebrare, hoc infectum esse merito suspicari debemus. Quod autem illa revera ignoraverit, primum colligere possumus a communi in his regionibus catholicorum opinione circa matrimonia coram iudice laico celebrata. Etenim in tota Germania a catholicis civile coniugium pro mera tantum caeremonia habetur, quae coram Deo et Ecclesia nullatenus verum matrimonium efficit (Archiv. F. R. Kirchenrecht, vol. 33, pag. 192 sq.). Ad hanc sane opinionem efformandam non parum contribuerunt instructiones episcoporum illius regionis, qui, ad praecavenda mala quae a civili matrimonio oriri possunt, solliciti fuerunt ad fideles suos inonendos, civile coniugium esse institutionem reipublicae, quae parit tantum effectus civiles; proindeque a fidelibus nunquam ipsum esse habendum ut validum et verum matrimonium (Cfr. Instructiones episcopi Vratislavien., archiepiscopi Colonien., et Card. Kopp archiepiscopi Breslavien., citat, in sententia Argentinen. coram Heiner, *Acta Apostolicae Sedis, 31 maii 1912).* Quin imo haec doctrina traditur et docetur per totam Germaniam, ipsa romana ecclesia adprobante. Nam in catechismis Germanicis, interrogationi « Quomodo contrahitur matrimonium? » respondetur: « Solum coram parocho et testibus », etc. H. S. O. in Colonien, coram Heiner (mense maio 1910) admisit « concludi posse saltem in Ger- « mania maxima ex parte catholicos, cum matrimonium civile ineant, « meram caeremoniam, non verum matrimonium intendere, consen- « sumque maritalem in actu civili non dare ». Et iterum in sententia Argentinen. (23 februarii 1912): « Opinio... catholicorum in Germania « de matrimonio civili de facto est talis, ut in communi eius invali- « ditas praesumenda sit, praesertim si in viris catholicis alia indicia et « probationes, v. g. iuramentum, accedant, quibus illa praesumptio con- « firmetur ». Eadem opinio, quae est apud Germaniae catholicos, erat etiam tum Aemiliae, tum eius matris. Iam in libello accusatorio Aemilia enarravit: « Je n'avais pas l'intention de contracter un mariage valide « par un simple mariage civil, parce que je considère uniquement un « mariage valide devant Dieu, lors qu'il est contracté à l'Église. Du «reste, Frédéric Wiekersheimer m'avait promis avant le mariage, de « faire bénir notre mariage à l'église catholique; mais, peu avant le « mariage civil, il exigea que de mon côté je consentisse à nous marier

« aú temple protestant, ee que je refusai absolument ». Et iudici interroganti ipsa, sub iuramenti fide, respondit: « Je ne savais absolument « pas ce que c'était se marier. Je croyais qu'après je pourrais retourner « auprès de ma mère. J'étais bien impertinente, il est vrai, mais en « cette matière, ignorante ». Cum autem iudex sciscitaretur: « Vous « êtes vous regardée validement mariée devant Dieu et devant l'Eglise, «après avoir prononcé votre "oui,, à la mairie?», ipsa ait:. « Non, « absolument non, et je pensais que je n'ai été dans aucune église, « donc je ne suis pas mariée. Je ne savais pas qu'on pouvait avoir tant « de difficultés, sans cela, je ne me serais pas mariée une seconde « fois ». Hanc falsam opinionem Aemilia certe a sua matre accepit, quae pariter caeremoniam civilem nunquam apud catholicos verum matrimonium esse arbitrabatur. Hoc clare eruitur ex verbis quae ipsa Friderico Wiekersheimer dixit, in vespere ipso quo civile coniugium celebratum est: « Notre mère (testatur Regina Rohrbach, Aemiliae soror) « avant le mariage civil, ce vendredi soir, dit à Wiekersheimer, en pré- « sence d'autres personnes et d'Emilie : " Tu sais que tu ne peux pas « passer cette nuit ici, car, chez nous, on se croit marié seulement après « qu'on a été à l'église „ ». Item testatur Aemilia: « Ma mère tenait abso- « lument à ce que¿«**DUS** nous fassions marier à l'église catholique ». Deinde: « Ma mère, au moment que je quittai Bischleim » (quando scilicet Fridericus dixit Aemiliae se sistere parocho catholico nolle, sed suo lutherano ministro) « me dit: "Fais-toi seulement conduire au Grü- « neberg, pour que nous n'ayons pas dépensé notre argent en vain. Le « soir nous rentrerons de nouveau „ ». At Aemilia non solum contrahere se posse verum matrimonium coram iudice laico nesciebat, imo pro certo habebat illud nullimode contraxisse, quod revera suadet eam noluisse. Hoc ipsa testatur iudici, qui ab ea quaesivit: « Avez-vous dit à quel- « qu'un que par le mariage civil vous ne vous regardiez pas mariée «validement? et à qui?». Ait enim: «Je l'ai dit partout ainsi, à la «maison, à la table, en présence de ma soeur, de ma mère et de mon « beau-frère. Car je disais à ma soeur: " Je puis me marier à l'église, « mais tu ne le peux pas „. Ma soeur, en effet, s'était séparée de son « mari, avec lequel elle s'était mariée à l'église. Je l'ai encore dit à' « d'autres, à chaque occasion, mais je ne sais plus précisément à « qui». Aemiliam vero existimasse validum coram laico magistratu nullimode se posse contrahere matrimonium et ideo noluisse, manifestius apparet ex his quae, sive ante, sive post civile coniugium, inter sponsos evenerunt. Ideo ante civilem caeremoniam, pluries sponsi circa matrimonium religiosum inter sese contenderunt, at de caeremonia

civili nunquam. Ergo dicendum est quod illud, non istam, utpote verum matrimonium existimarent. Item post civilem caeremoniam contendere perrexerunt, eo quia Aemilia coram suo parocho sistere volebat, Fridericus autem coram suo ministello. Haec non modo Aemilia, sed testes una voce affirmant, scilicet Ludovicus Rohrbach, Aemiliae levir, et Regina, Ludovici coniux Aemiliaeque soror, uterque de scientia propria; Hugo d'Alheimer, eiusque uxor Iosepha Fritz, iuxta ea quae audierunt ab ipsa Aemilia, tempore tamen non suspecto. Fridericus reapse ante matrimonium Aemiliae promiserat, se illud coram parocho catholico celebraturum. En quomodo ipsa hanc rem enarrat: « Tout d'abord, Wiekersheimer m'avait promis de nous marier à l'église catholique, mais cela « lui paraissait trop long, à cause de la dispense. Je lui disais : " Si tu « ne vas pas à l'église catholique, je ne vais non plus au temple protestant „. Trois jours avant le mariage, il commença à hésiter, parce « que cela durait trop longtemps. Le curé catholique de Bischleim « disait qu'il ne pouvait pas aller plus vite...

« Vendredi soir, le jour du mariage civil, Wiekersheimer m'annonça « que nous nous marierions au temple protestant de Sainte-Aurélie. Il « prononça ces paroles : " Parce que ton calotin ne voulait pas te « marier, nous irons à notre curé „ ... Je répondis; " Je n'y vais pas „. « Le lendemain, samedi matin, il vint pour me chercher. Je n'étais pas « encore habillée; de dégoût je déchirai le voile. En route, il me pria « toujours d'aller avec lui au temple Ste-Aurélie. Je ne voulais rien en « savoir, et lui dis : " Si la voiture s'arrêtait devant Ste-Aurélie, je me « sauverai „. Ainsi nous passâmes devant Ste-Aurélie ». Haec quoque a Ludovico Rohrbach, eius leviro, et a Regina, Aemiliae sorore, confirmantur. Ille enim iudici interroganti « Pourquoi n'ait-elle pas été mariée « à l'église? », respondit: « Le mariage civil eut lieu vendredi à 6 h. du « soir, à Bischleim. De là Emilie retourna chez sa mère, lui chez ses «parents. Le lendemain matin, la voiture prit chaque partie dans sa « demeure respective. Vendredi soir après le mariage civil, Emilie me dit « que le lendemain elle serait cherchée pour être conduite et mariée à « l'église catholique. Nous devions nous trouver chez Vogel aubergiste à « l'angle de la Weifsturmstrasse. Je remarquai là que entre les mariés il « s'était produit un différend, qu'ils ne s'entendaient pas, mais je ne m'en « occupais nullement. Après, notre voiture me conduisit avec ma femme « au Grüneberg ». Sed clarius Regina: « ... eile (Aemilia) vint un jour et « me dit qu'elle ne voulait plus de lui. Je lui fis la remarque que s'il «ne voulait pas se marier à l'église catholique, elle devait le lâcher. « Elle revint après et me dit : " Reine, maintenant il veut se marier à

« l'église catholique „ ». Et postea: « Vendredi soir, après le mariage « civil, les deux fiancés ont soupe chez notre mère. Wiekersheimer, qui « huit jours auparavant avait promis de se marier à l'église catholique, « déclara qu'il se marierait le lendemain à l'église catholique de Bisch- « leim... Samedi matin, j'étais encore chez ma mère. Wiekersheimer vint « alors pour chercher Emilie, et il dit: " Nous allons maintenant à « l'église protestante, mes parents le désirent „. Emilie répondit: "Non, «nous irons à l'église catholique,,... Et moi je dis à Wiekersheimer: « " Tu as promis de te marier à l'église catholique „. Emilie déclara que « si Wiekersheimer n'allait pas à l'église catholique, elle, de son côté, ne « se marierait pas à l'église protestante ».

Postquam ergo Fridericus fidem Aemiliae datam, matrimonii in templo catholico celebrandi, prodidit, dissensiones atque rixae inter eos exortae sunt, ut modo ex narratione testium Ludovici et Reginae audivimus, quae postea magis magisque creverunt in ipso nuptiarum convivio. Cum iudex ab Aemilia quaesivisset, « Gomment avez-vous passé le jour « des noces? », en quomodo ea respondit: « À table je ne m'entretenais « pas avec lui. Je lui parlais peu. Je restai à table jusqu'à la fin du repas, « jusqu'à ce que la querelle commençant au sujet de limonade et de rhum, « je sortis. D'Alheimer vint tout à coup dans la cour et me dit, que je ne « devais pas-rentrer, que Wiekersheimer me tuerait. J'entrai, néanmoins. « Je voulais aussi rentrer avec ma mère à la maison. Wiekersheimer « menaça que si je le quittais, il tirerait sur toute l'assistance. Sur quoi « ma mère me dit de rester. Je passais la nuit chez sa sœur Sophie, « dans la chambre de devant. Le lendemain je me rendis avec lui en « voiture à Bischleim, où nous restâmes environ 3 jours. C'est seule- « ment lundi que je couchai avec lui, cela environ 3 jours. De là, je me « rendis avec lui dans la Itadelgasse, où j'avais pris un logement garni. « D'ici environ 3 jours après, sur le conseil du médecin, je le quittai « pour rétourner à la maison chez ma mère ». Quae ab eius sororis testimonio confirmantur: « Le jour après le mariage civil, samedi, pen- « dant le repas de noces, après qu'elle eut à peine mangé un peu de « soupe et de viande, elle se leva de table et se mit à pleurer. Et quand « elle revint, elle me dit: "Ce n'est pas un mariage: je ne suis pas « mariée, parce que je n'ai pas été à l'église catholique. „ Elle dit la même « chose déjà samedi matin, avant de 'quitter la maison de la mère, depuis «elle me l'a souvent répété, même pendant le peu de temps que les « deux demeurèrent ensemble ». Tandem quamvis Aemilia se Friderici uxorem non reputaret, eumque minime amaret, cum illo tamen, triduo post, ex suasione matris, ad habitandum ivit. En quomodo ipsa rem

enarrat: « Ma mère m'y engageait, parce qu'elle ne voulait pas avoir « une seconde fois la douleur, que moi, comme mon autre sœur, je me « sauve de mon mari. Même si je n'étais pas tombée malade, je ne « serais pas restée. Je serais peut-être restée un peu plus longtemps. Ma «mère insistait à ce que je devais faire un essai avec mon mari; on «pourrait avancer après». Iudex autem eam interrogavit: «Avez-vous «accompli l'acte conjugal?», elle repondit: « Oui, j'étais bien forcée « de le faire ». At neque ex hoc altero capite matrimonium exstare dicendum est. Scilicet putandum non est, Aemilia m deinde per copulam affectu maritali positam, sanavisse ex parte sua defectum consensus et ideo matrimonium instaurasse, non tantum quia hoc fieri posse illa nesciebat, sed praecipue quia hoc facere absolute nolebat: et ideo, etiam quando cum Friderico habitabat, dicere perrexit, se non esse veram Friderici uxorem, quia coram proprio parocho non nupserat. Hoc testantur (praeter Reginam eius sororem, ut supra vidimus in ultimis verbis ex eius testimonio relatis) coniuges Hugo D'Alheimer et Iosepha Fritz, cum quibus Aemilia loquebatur, dum adhuc cum Friderico morabatur, et ideo tempore non suspecto. Hugo iudici interroganti, « Vous a-t-elle dit « qu'elle était mariée seulement civilement, et qu'elle ne considérait pas « ce mariage comme valide et indissoluble devant Dieu? » respondit : « Oui, elle adit cela; c'est pour cela qu'ils n'ont pas été mariés catho- « liquement, parce que le mari voulait du mariage protestant, et elle « du mariage catholique. J'ai entendu cela plusieurs fois ». Item Iosepha Fritz eidem interrogationi respondit: « Elle me le disait souvent *et après « le mariage* qu'elle n'était pas mariée. Elle me le disait souvent et après « le mariage civil et cela parce qu'elle n'était pas mariée à l'église « catholique ». Expressius autem ipsa Aemilia iudici, qui ab ea quaesivit, « Ne seriez-vous pas restée avec Wiekersheimer, s'il vous avait « traitée dignement? », respondit: « Malgré cela, non. Je ne voulais pas « de lui. Quand même ma mère ne m'eût pas cherchée, je l'aurais « quitté». Et iterum: « Pourquoi, le premier soir, n'avez-vous pas coha- « bité avec Wiekersheimer? Pourquoi êtes-vous allée après chez-lui? », et ipsa: « Parce que je ne l'aimais pas. Rien ne m'intéressait, après je « me rendis chez Wiekersheimer sur les engagements de ma mère ».

Concludendum igitur, copulam affectu maritali non fuisse ab Aemilia positam, et ideo non effecisse verum matrimonium, iuxta illud: « Con- « sensus, non concubitus, matrimonium efficit ».

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis. Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum

Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus: *Constare de nullitate matrimonii inter Aemiliam Warther et Fridericum Wiekersheimer ob defectum consensus;* et sic proposito dubio respondemus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tri. bunaliumfad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficàcia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, 22 iulii 1912.

Fridericus Cattani, ***Tonern.***
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

Sac. Tani, *Not. S. B.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA PARTICOLARE.

Il giorno 1 aprile 1913, nel palazzo apostolico Vaticano fu tenuta la Congregazione Ordinaria Particolare dei sacri Riti, nella quale furono sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali componenti la medesima, le seguenti Cause:

I° Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di beatificazione o dichiarazione di martirio dei Venerabili Servi di Dio Apollinare de Almeida, vescovo di Nicea, Giacinto Franceschi, Francesco Rodríguez, Abramo de Georgiis, Gaspare Paez, Giovanni Pereira, Ludovico Caldeira, Brunone Bruni e Gundislavo Sylveira, sacerdoti della Compagnia di Gesù.

2° Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti nella Curia di Brescia per la Causa di beatificazione e canonizzazione della

Venerabile Serva di Dio Vincenza Gerosa, confondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità in Luere, diocesi di Brescia.

3° Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costurito nella Curia di Parigi sopra la fama della santità di vita, delle virtù e dei miracoli in genere del Venerabile Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard, sacerdote fondatore della Congregazione dei Sacerdoti e delle Ancelle del santissimo Sacramento.

4° Finalmente intorno al culto in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Venerabile Servo di Dio Benvenuto Bambozzi, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali.

CONGREGAZIONE ANTTPREP ARATORI A.

Il giorno 15 aprile 1913, presso l'Emo e Rmo signor cardinale Domenico Ferrata, Ponente della Causa di canonizzazione della Beata Giovanna d'Are, vergine, detta la *Pulcella d'Orléans,* fu tenuta la Congregazione dei sacri Riti Antipreparatoria nella quale i Rmi Prelati Officiali ed i RR. Consultori teologi hanno discusso e dato il loro voto intorno a tre miracoli che si assicurano da Dio operati per intercessione della Beata medesima, i quali vengono proposti per la sua Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

7 aprile 1913. — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Vicario generale di Sua Santità.*

— L' Eiño signor cardinale Domenico Ferrata, *Arciprete della patriarcale arcibasilica Lateranense.*

11 aprile. — Gli Emi signori cardinali Basilio Pompilj e Guglielmo van Rossum, *membri della suprema sacra Congregazione del S. Uffizio.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare.

Assistente al Soglio Pontificio :

28 marzo 1913. — Mons. Antonio Maria Jannotta, vescovo di Aquino, Sora e Pontecorvo.

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

24 marzo 1913. — Mons. Francesco canonico Cherchi, vicario generale dell'archidiocesi di Oristano.

16 marzo. — Mons. Carlo de Hackelberg, canonico della metropolitana di Vienna.

— Mons. Giacomo Kapusta, decano della Cattedrale di Brün.

Prelati Domestici di S. S.:

14 marzo 1913. — Mons. Pietro Carta, canonico della chiesa metropolitana d'Oristano.

30 marzo. — Mons. Carlo Enrico Mackel, della diocesi di Newarck.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. S. :

7 marzo 1913. — Mons. Michele Anzuoni, della diocesi di Lacedonia.

— Mons. Domenico Monaco, della medesima diocesi.

— Mons. Luigi Zefelippo, della medesima diocesi.

13 marzo. — Mons. Giovanni Canonica, dell'archidiocesi di Torino.

3 aprile. — Mons. Giovanni Battista Leitgeb, della diocesi di Seco via.

7 aprile. — Mons. Isidro Horta, dell' archidiocesi di Marianna (Brasile).

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

L'Ordine della Milizia Aurata, detto dello Speron d'oro:

3 aprile 1913. — A Sua Altezza serenissima il sig. Alberto Maria Giuseppe Massimiliano Lamoral, principe di Thurn e Taxis e duca di Worth e Dönanstauf.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 marzo 1913. — Al Sig. Ladislao nobile de Fedorowicz-Jakowski, ciambellano e consigliere aulico nell'Impero Austro-Ungarico.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 marzo 1913. — Al Sig. barone Filippo Wambolt d'Umstadt, della archidiocesi di Vienna.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

26 febbraio 1913. — Al Sig. Enrico van Thiel, della diocesi di Bois-le-Duc.

18 marzo. — Al Sig. prof. Marco Venneri, della diocesi di Cariati.

29 marzo. — Al Sig. Augusto Manfredini, direttore del Credito Centrale del Lazio.

— Al Sig. Giuseppe Micheletti, incisore di S. S.

NECROLOGIO.

11 aprile 1913. — Mons. Giorgio de Lucchi, vescovo titolare di Emesa

Annus V. - Vol. V. Die 30 Aprilis 1913. Num. 7.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE.

I.

AD V. E. VINCENTIUM CARD. VANNUTELLI, QUEM PARISIOS, UT SAECULARIBUS SOLLEMNIBUS IN HONOREM FRIDERICI OZANAM HABENDIS PRAESIT, LEGATUM SUUM MITTIT, SUMMIS LAUDIBUS OZANAM EIUSQUE OPERAM PROSECUTUS.

Venerabilis Frater noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod propediem, exeunte saeculo ex quo Antonius Fridericus Ozanam hanc lucem aspexit, Societas Vincentiana, ut accepimus, sollemni commemoratione celebrare virum parat, Nos equidem probamus vehementer tale propositum, libentissimeque facturi sumus, ut illa ipsa sollemnia Nostrae dignitatis accessione amplificemus. Etenim cum iustum arbitramur eius ornare nomen qui profecto in illustranda et scriptis et factis salutari virtute fidei catholicae aetatem omnem, heu non ita longam, consumpsit, ut inter praeclaros christianae sapientiae vindices ponatur; tum vero nolumus occasioni deesse, quae datur, testandae rursus propensissimae voluntatis Nostrae erga illud Opus quod *conferentiarum* dicitur, cuius hic iure primarius conditor habetur. Nam consociatio id genus - quae cum ad christianam caritatem tota spectet, nomine patrocinioque recte utitur Vincentii a Paulo - quis non miretur quam brevi tempore quantaque cum utilitate communi se usque quaque propagarit? Vixdum eius hic noster cum paucis eiusdem animi virtutisque sodalibus semina iecerant, alte radices egit, atque opinione celerius tamquam in celsam arborem patulisque diffusam ramis excrevit; ut consentaneum ceteroqui erat ingenio nationis Gallicae, qua quidem ad Religionem promovendam nihil actuosius, aut uberius. Eademque nunc

late per terrarum orbem magno est usui non solum multitudini egenorum, quibus tum ad hanc vitam tum ad aeternam bona adiumenta suppeditat, verum etiam sociis ipsis, quos commode per varia christianae misericordiae munia ad omnem sanctimoniam exercet. Haec reputantibus Nobis satis superque est causae, cur Nos in primis ista participemus sollemnia, optemusque ut honoribus habendis mentissimo viro simul operis eius notitia apud homines atque studium crescat. Ac sane in tanta perturbatione rerum omnium, quantam vel doctrinarum fallacia vel cupiditatum licentia creat, optime civili societati consulatur, si, quotquot christianam ipsius disciplinam curae habent, Ozanam et magistrum sequantur et ducem. Itaque maiora semper a Deo Societati Vincentianae incrementa precanda sunt,* ut saluberrima sui auctoris instituta longe lateque usque in ultimas oras possit extendere. Iam vero, cum in generali coetu quem apud summum Consilium delecti *conferentiarum* habituri sunt Parisiis, velimus esse qui haec animi Nostri sensa exponat, nullum videmus aptiorem cui hoc mandemus officii, quam illum S. R. E. Cardinalem, qui vicesimum iam annum Societatis huius apud Apostolicam Sedem patronum agit, particeps studiorum eius coeptorumque fautor perdiligens. Quare te, venerabilis Frater Noster, Legatum Nostrum mittimus, qui, quae his litteris tibi significavimus, in eo coetu verbis Nostris exprimas. Idem generali Consilio ac ceteris, quos una conventuros diximus, universis etiam, quos Societas Vincentiana vel habet sodales, vel iuvat pauperes, atque omnibus de clero populoque claris viris, quicumque ad haec sollemnia honestanda contulerint aliquid, apostolicam benedictionem, auspicem divinorum munerum, afferes; quam tibi primum, venerabilis Frater Noster, amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, ipso die sollemni Paschae, anno MCMXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

II.

AD RR. PP. DD. BERNARDUM HERRERA RESTREPO ARCHIEPISCOPUM BOGOTENSEM CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS REIPUBLICAE COLUMBIANAE, GRATUS OB LITTERAS PIETATIS PLENAS, QUAS COMMUNITER MISERANT.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratias vobis ingentes agimus, ob communes litteras quas ex vestro sollemni coetu haud pridem ad Nos dedistis: valde enim Nos delectarunt.

Siquidem non modo declarationem sane illustrem vestrae in Nos pietatis habebant, sed etiam quae de vestro pastorali studio erat Nobis opinio, eam praeclare confirmabant. Namque intelleximus omnia vos efficere diligenter, quae populorum vestrorum salus hoc tempore desiderat. Quare gratulamur quoque vobis; petimusque a Deo ut vestrae diligentiae coepta gratiae suae muneribus adiuvet et foveat. Harum autem auspex sit apostolica benedictio, quam vobis, venerabiles Fratres, vestrisque gregibus amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvi mensis martii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. GERMANUM BRETON, ANTISTITEM DOMUS PONTIFICIAE, RECTOREM TOLOSANAE STUDIORUM UNIVERSITATIS CATHOLICAE; GAUDET DE ORDINATIONE STUDIORUM, LAUDAT INCREMENTA DISCIPLINAE PHILOSOPHICAE, CUPIT NUMERUM ALUMNORUM AUGERI.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae nuper de ista, quam regis, Universitate studiorum Nobis percupientibus renuntiasti, - quod vel ad auctoritatem gravitatemque doctorum decurialium attinet, vel ad sanitatem doctrinarum quae ibi traduntur, vel ad disciplinae sanctitatem qua omnes alumni, clerici maxime, gubernantur, - ea quidem iam scis pergrata Nobis accidisse. Sed tamen visum est Nobis hasce ad te dare litteras, ex quibus volumus appareat magni a Nobis fieri et operam tuam in hoc Instituto moderando et episcoporum providentiam in tuendo. Illud autem praecipue gratum est, eos, te suadente, cogitare de augendis secundum vota Nostra magisteriis philosophiae, scilicet ut hoc graviorum studiorum genus, quo, tamquam fundamento, nituntur cetera, recte ac solide constituatur. Superest, ut cum Institutum optimorum abundet copia doctorum, floreat etiam numero, qui quidem nimis exiguus est, discipulorum: ita enim demum poterit uberes, qui exspectantur, in commune fructus afferre. Idque commode fiet, si episcopi patroni studeant duos tresve alumnos quotannis singuli istuc mittere, philosophia sacrisque disciplinis excolendos; quod ut faciant, Nos equidem valde optamus. In auspicium vero divinorum munerum atque in testimonium singularis benevolentiae Nostrae tibi, dilecte Fili, venerabilibus Fratribus quibus istud Athenaeum est curae, omnibusque

eius et magistris et auditoribus, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die II mensis aprilis MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

IV.

AD V. E. DOMINICUM CARD. FERRATA, ARCHIPRESBYTERUM LATERANENSEM, QUEM RENUNTIAT LEGATUM SUUM AD CONVENTUM EUCHARISTICUM MELITENSEM.

Dilecte Fili noster salutem et apostolicam benedictionem. — Inter publicas illustrioresque significationes Fidei, quas hoc anno per saecularia Gonstantiniana daturum est catholicum nomen, Conventus profecto, indictus de more ad promovendum sanctissimae Eucharistiae cultum, facile eminebit; cui quidem ipsa solemnis commemoratio legitimae vindicatae libertatis Ecclesiae lumen afferet, cuius libertatis praesens vivusque adest in Sacramento augusto divinus conditor.

Ac locus huius habendi coetus apte admodum delectus est ocellus insularum, Melita; quae, quum populo latissime imperioso pareat, onerariis aeratisque, omnes mundi oras peragrantibus, frequentari solet, quaeque, quum in gremio Mediterranei maris exstet, medium ferme obtinet veteris Orbis, cui Constantinus Magnus gloriam Crucis Christi victor demonstravit.

Si nunquam igitur factum est, ut in celeberrimis conventibus eucharisticis desiderantur qui Pontificis Maximi personam gereret, multo minus decet id fieri hoc anno in quem tam faustae memoriae incidit recordatio. Itaque visum est Nobis ad hoc munus te, dilecte Fili Noster, deligere, qui vel egregiis ornamentis animi et ingenii, vel gravissimis legationibus sancte nitideque gestis, vel etiam editis pietati fovendae scriptionibus valde Nobis commendaris. Eo vel magis quod ea ipsa loca non ita pridem, missus item a Nobis, adivisti, ut sacerrimo "Virginis Deiparae simulacro quod Conspicuae colitur, auream coronam imponeres; ac meminimus, in mandato efificiendo, et quam cumulate Nobis satisfeceris, et quanta incolarum tibi studia conciliaris. Quare ad Melitensem Conventum Eucharisticum te mittinxus, qui Nostro nomine ei praesideas, Legatumque Nostrum his te litteris renuntiamus. Iam de prospero eventu rei, cum alacritas et sollertia eorum qui Conventui apparando praesunt, tum fervor ac religio populi dubitare non sinit.

Constat Melitenses, si qua in re, certe in professione et cultu catholicae fidei nemini cedere. Hanc enim Gentium Apostolus, quum a naufragio evasisset in insulam, liberali exceptus hospitio, eis attulit; hanc ipsam deinceps a maioribus traditam, in magna varietate fortunae constantissime retinuerunt. Atque huius fidei nullus locupletior testis, quam tu, dilecte Fili Noster, cui contigit eis quae diximus, sollemnibus Marianis non interesse solum, sed praeesse. Quod si communis Melitensium pietas praeclaros magnae Dei Matri tunc honores habuit, quales quantique futuri sunt qui Christo ipsi Deo tribuentur, certantibus cum ardore incolarum advenis, qui undique, ut affertur, Melitam confluent? Fore igitur hunc Conventum et piorum celebritate et caerimoniarum splendore memorabilem affirmare iam nunc sine ulla dubitatione licet. Eumdem vero futurum, quod maius est, non modo popularibus, sed catholicis late gentibus feracem optimorum fructuum, quis neget, praesertim si huc in primis communia consulta spectarint, ut Nostris de divina Eucharistia praescriptionibus vulgo sit obtemperatio diligentior? Omnino nihil est quod ad communem salutem pluris intersit, quam ut caritatem immensam Iesu Domini cum altius usque cognoscant homines, tum studiosius redament, tum vero usurpent fructuosius. Etenim humano generi, tanta vel maiorum mole vel bonorum veri nominis inopia laborant!, unus Ille mederi aut opitulari potest, qui suapte natura bonus et dives est; Is autem nusquam tam promptus, quam sub mysticis Eucharistiae latebris, adesse nobis, voluit et ad medendum et ad opitulandum.

Auspicem divinorum munerum ac testem singularis Nostrae benevolentiae, accipe, dilecte Fili Noster, apostolicam benedictionem, quam tibi et omnibus qui Melitensem Conventum celebrabunt, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII mensis aprilis MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

ERECTIONIS ARCHIDIOECESIS AC DIOECESIS.

Ssmus D. N. Pius Pp. X decreto huius sacrae Congregationis Consistorialis diei 30 novembris 1912 dioecesim S. Alberti in duas partes divisit, atque in eius meridionali territorio novam ac distinctam dioecesim, Caigariensem denominandam, constituit, his circumscriptam limitibus: ad orientem confiniis civilibus provinciarum de *Alberta* et de *Saskatchewan;* ad meridiem divortio foederatos Americae Septentrionalis Status inter et Canadensem ditionem; ad occidentem limitibus provinciarum Columbiae Britannicae et de *Alberta* seu apice montium *Saxozorum;* ad septentrionem denique linea quae dividit civiles comitatus vulgo *townsMps* qui recensentur numeris XXX et XXXI.

Dioecesim praeterea S. Alberti, limitibus praefatis coarctatam, eadem Sanctitas Sua a metropolitico iure ecclesiae S. Bonifacii subtraxit, et ad metropolitanae sedis dignitatem evexit, translata sede a civitate S. Alberti ad aliam vulgo *Edmonton;* unde in posterum dioecesis haec Edmontonensis vocabitur.

Novam vero Caigariensem dioecesim simul ac vicariatus apostolicos de Athabaska et de Mackenzie a metropolitico iure archidioecesis S. Bonifacii subtraxit ac in suffraganeas sedes attribuit metropolitanae ecclesiae Edmontonensi.

IL

ERECTIONIS DIGNITATIS DECANATUS.

Item Ssmus D. N. Pius Pp. X decreto eiusdem sacrae Congregationis diei 10 aprilis 1913, in cathedrali capitulo Blesensi unam capitularem dignitatem, cui Decanatus nomen inhaereat, instituit.

III.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius Pp. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

4 martii 1913. — Metropolitanae ecclesiae Capuanae praefecit Rmum Ianuarium Cosenza, hactenus episcopum Casertanum.

31 martii. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Larissensi sac. Carolum Montagnini, canonicum patriarchalis Basilicae Lateranensis et delegatum apostolicum in republica Columbiana.

4 aprilis. — Cathedrali ecclesiae Corporis Christi sac. Paulum Nussbaum, consultorem Congregationis a Passione D. N. I. C. in provincia Baltimorensi.

— Cathedrali ecclesiae Calgariensi sac. Ioannem Thomam Me Nally, parochum in archidioecesi Ottaviensi.

9 aprilis. — Metropolitanae ecclesiae Calaritanae sac. Franciscum Rossi* dioecesis Patavinae, vicarium generalem archidioecesis Perusinae.

— Cathedrali ecclesiae Imolensi R. P. Paulinum a Cortona, in saeculo Ioannem Tribbioli, ordinis Minorum Capulatorum, secretarium generalem Curiae generalitiae eiusdem Ordinis.

S. C. DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

ROMANA ET ALIARUM.

DUBIORUM SUPER MISSAE CELEBRATIONE IN ORATORIIS PRIVATIS.

Postquam sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, Motu Proprio *«Supremi disciplinae»* de diebus festis, die 2 iulii 1911 dato, festos dies ex Ecclesiae praecepto servandos imminuit, et sacra Rituum Congregatio Decretum Urbis et Orbis « *Evulgato Motu Proprio* » die 24 eiusdem mensis iulii edidit, sequentia dubia huic sacrae Congregationi de Sacramentis proposita sunt:

I. An Missa in Oratoriis privatis prohibita sit diebus festis Commemorationis solemnis S. Ioseph, Annuntiationis B. M. V., Commemora-

tionis solemnis sanctissimi Corporis D. N. J. C. et in festo Patroni cuiusque loci, quum non sint de praecepto;

II. An prohibita censeatur in festo Ssmae Trinitatis, in Dominica infra Octavam Corporis Christi et in Dominica qua celebratur Nativitas S. Joannis Baptistae.

Quibus dubiis eminentissimi ac reverendissimi huius sacrae Congregationis Cardinales, in plenario coetu die 4 mensis aprilis 1913 habito, responderunt:

Negative ad utrumque.

Hanc vero responsionem Sanctitas Sua in audientia ab infrascripto Secretario, die 5 eiusdem mensis aprilis habita, ratam habere et confirmare dignata est.

Datum Romae, e Secretaria sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 11 aprilis 1913.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

Ph. Giustini, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM.

ADPROBATUR NOVA EDITIO CONSTITUTIONUM GENERALIUM ORDINIS FRATRUM MINORUM.

Sanctissimus Dominus noster Pius divina providentia Papa X, Motu Proprio *Quo magis* diei 25 octobris 1911, decernere dignatus est, ut Constitutiones generales Ordinis Fratrum Minorum, a b. m. Leone Pp. XIII, per Decretum sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium diei 15 maii 1897 et per Suam apostolicam Constitutionem *Felicitate quadam* diei 4 octobris eiusdem anni, approbatae ac sancitae, de novo authentice ederentur, cum opportunis suppressionibus, additionibus et emendationibus, ita ut hodiernis necessitatibus atque canonicis praescriptionibus plene responderent, speciali ad hoc ex selectis quibusdam eiusdem Ordinis Patribus instituta Commissione.

Quum vero huiusce novae editionis schema, a laudata pontificia Commissione exaratum et a Definitorio generali Ordinis revisum ac in nonnullis correctum, tres S. R. E. Cardinales a Sanctitate Sua designati sedulo expenderint, ubi opus erat emendaverint, ac demum probaverint, Sanctitas Sua, in audientia die 4 currentis mensis martii infrascripto Cardinali S. Congregationis Negotiis sodalium Religiosorum praepositae Praefecto concessa, novam Constitutionum generalium Ordinis Fratrum Minorum editionem, prouti iacet in exemplari quod in tabulario memoratae S. Congregationis asservatur, benigne approbavit et ab omnibus et singulis praefati Ordinis alumnis ubique terrarum fideliter servari mandavit. Apostolicis ac eiusdem Ordinis aliis Constitutionibus caeterisque in contrarium facientibus, etiam speciali et individua mentione dignis, quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae die 27 martii 1913.

Fr. J. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. $ S.

F. Cherubini, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

23 februarii 1913. — *Episcopus titularis ecclesiae Leptimagnensis et Vicarius Apostolicus novi vicariatus Libyae,* Rev. P. Ludovicus a Mazzano, in saeculo Ioannes Baptista Antomelli, ordinis Fratrum Minorum unionis Leonianae alumnus.

II.

CESSATIO AB OFFICIO.

Ssmus Dominus noster Pius Papa X, in audientia die 3 aprilis 1913, benigne accepit renuntiationem R. P. D. Aemilii Allegeyen ab officio vicarii apostolici Zanzibariensis.

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

DELEGATIONIS APOSTOLICAE CANADENSIS.

DUBIA DE DIEBUS IN QUIBUS INSTITUI POTEST CONSECRATIO EPISCOPORUM.

Rmus Dnus Peregrinus Franciscus Stagni, ordinis Servorum beatae Mariae Virginis, atque in ditionibus Canadae et Terraenovae Delegatus Apostolicus, sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit:

In hisce regionibus mos invaluit habendi consecrationes novorum episcoporum aliqua die infra hebdomadam, potius quam die dominica, ea potissimum de causa invectus, ut ceteri episcopi et praesertim clerus dioecesanus facilius atque maiori numero ad sacram celebrationem possint accedere. Iamvero, iuxta Pontificale Romanum, dies pro consecratione episcopali instituenda « debet esse Dominica, vel Natalitium Apostolo« rum, vel etiam festiva, si Summus Pontifex hoc specialiter indulserit ». Nonnulla autem dubia circa huius praescriptionis interpretationem nata sunt, quae pro opportuna solutione hic subiiciuntur, videlicet:

I. Quum Evangelistae in re liturgica Apostolis aequiparentur, quaeritur utrum consecratio episcopalis possit fieri diebus natalitiis S. Lucae et S. Marci?

II. Utrum fieri possit in festo S. Barnabae apostoli?

III. Utrum speciale indultum Summi Pontificis requiratur ad consecrationem episcopalem peragendam diebus festivis infra hebdomadam *a)* qui adhuc sunt de praecepto et proinde Dominicis aequiparantur, *b)* vel etiam qua olim erant de praecepto, sive in festis suppressis?

Et sacra eadem Congregatio, audito etiam Commissionis Liturgicae suffragio, re sedulo perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. et II. Negative.

Ad III. Affirmative ad utrumque.

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 4 aprilis 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IL

ORDINIS S. BENEDICTI

CONGREGATIONIS HELVÉTICO-AMERICANAE.

DUBIA.

Rev. P. Gregorius Hiegle O. S. B. sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia, pro opportuna solutione, humiliter exposuit; nimirum:

I. In Congregatione Helvetico-Americana festum Reparationis iniuriarum, celebratur sub ritu duplici II classis feria V post Dominicam Sexagesimae. In Missali autem Romano-Monastico, iuxta nonnullas editiones anni 1891 et sequentiam, ad Missam de Reparatione iniuriarum etc. legitur haec rubrica: « Post Septuagesimam, omissis *Alleluia* et Versu «sequenti, et Sequentia, dicitur Tractus». Quod non consonat cum rubrica apposita in recentioribus exemplaribus eiusdem Missae die 13 ianuarii 1909 approbatis a sacra Rituum Congregatione, ubi habetur: « Post Septuagesimam, dicto Graduali, statim additur Tractus, ut « infra, et deinde Sequentia, in cuius fine tunc non dicitur *Alleluia* ». Quae quum ita sint, circa eiusmodi Sequentia, quaeritur: Quid agendum in casu?

II. Circa Cantorinum editionis Vaticanae « IX. toni Versiculi *Benedicamus Domino* », pag. 68, potestne tonus *pro festis solemnibus,* adhiberi in festis duplicibus tum primae tum secundae classis, absque ulla differentia?

Et sacra eadem Congregatio, audito etiam Commissionis Liturgicae voto, praepositae quaestioni ita respondendum censuit:

Ad I. Asservetur Sequentia pro locis ubi fuit legitime concessa, quippe quae, ut patet ex festo Septem Dolorum in mense martio, non repugnat Tempori post Septuagesimam.

Ad II. Affirmative iuxta normam quae in Graduali Romano traditur circa cantus Ordinarii Missarum.

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 4 aprilis 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

MECHOACAN.

crediti.

Pio X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo, RR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Ponens, *Ioseph Alberti et Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa* Mechoacan. - Crediti, *inter* Dominas Carrasquedo *et* RR. PP. Augustinianos e S. Provincia Mechoacanen., *illas repraesentatas per legitimum procuratorem advocatum Henricum Benvignati, istos vero per legitimum procuratorem advocatum Ambrosetti Thomam, die 4 ianuarii 1913, sequentem tulerunt sententiam.*

Creditum quod Angela et Maria Carrasquedo hodierna actione sibi vindicant adversus PP. Augustinianos e sacra provincia Mechoacanensi, originem habet ex contractu inito anno 1856 ab eorumdem remoto auctore Mucio Valdo vinos, quomdam professo in eadem Augustinianorum religione, a qua legitimo saecularizationis decreto, anno 1844, egressus est. Hic die 12 aprilis 1856 latifundium a S. Monica, a PP. Augustinianis obtinuit in locationem ad 9 annos, pacta annua mercede 11 millia scutatorum, adiecta praeterea lege, locationis contractum vim habere a die 1 ianuarii eiusdem anni. Quia vero idem fundus locatus iam fuerat pluribus conductoribus, conventum fuit, novum conductorem a die 1 ianuarii 1856 exacturum esse omnes locationum mercedes, quin tamen ipse pro eodem anno vel annuas praestationes augere posset, aut conductores mutare. In eodem autem contractu relatum est, conductorem seu Mucium Valdovinos solvisse scutata 22 millia correspondentia duabus annuis praestationibus debitis vi locationis.

Pro solemnitatibus requisitis in eiusmodi contractibus de rebus ecclesiasticis alienandis, hoc tantum cautum est: Priorem provincialem in hoc ineundo pacto usum fuisse « delle più ampie facoltà che gli sono «state concesse», interea vero, duobus mensibus post initum hunc contractum, seu die 25 iunii 1856, inita est lex nuncupata « Legge di ammortizzazione », vi cuius religiosis familiis facultas auferebatur iuridica civilis possidendi, administrandi aut acquirendi bona immobilia,

ipsis tantummodo relicta domorum, quae immediate et directe inserviebant ipsi institutioni, possessione. Propter hanc legem, die 15 sept. 1856 inter Vicarium provincialem, patrem Vincentium Contreras et Dnum Mucium Valdovinos, inita est nova conventio, vi cuius hic « non con« venendogli, per giusta ragione, continuare nell'affitto della tenuta di « S. Monica », rescindit, dissolvit iam initam locationem ; sed non revocat praestationem pridem factam, scutatorum 22 millia; imo eamdem ratam habet et confirmat intendens « di accomodarsi colla riferita provincia e « se per caso questo non potesse verificarsi, perseguirà giudizialmente « i proventi della tenuta di S. Monica, al quale scopo chiede si faccia « formale ipoteca ». Vicarius vero provinciae annuit intentioni Much Valdovinos, declarans cum eodem conventionem faciendam esse pro dimittenda praefata summa, concludens: « Restando ipotecati i proventi « della tenuta di S. Monica nel caso che quella convenzione non si « verificasse ».

Videtur, in exsecutionem huius conventionis, die 6 nov. 1857 contractum stipulatos esse tum patrem Contreras, tum Mucium Valdovinos, quo in actu memoratur, iam a die 14 novembris 1856 conventum fuisse, solutum iri « l'interesse corrispondente al 6 % della suddetta somma, « restando obbligata la provincia a ritornare il capitale dai primi denari « che avrà in suo potere ». Cui obligationi ut satisfieret, eadem provincia cessit et transtulit praefato Dno Valdovinos quaedam publica nomina seu credita exigenda ab ipso supremo gubernio cui mutuo certam summam, vi legis, dederat provincia, nempe scutata 119,520. Exinde ius habebat Mucius distrahendi haec nomina in satisfactionem sui crediti pro certa parte, videlicet cavetur in dictu contractu: « Venduti che siano « detti buoni al prezzo corrente, li abbonerà detto signore ai redditi e « capitale, ripetendo io, il M. R. P. Provinciale, che per essere il debito « così sacro, metterò in azione ogni risorsa perchè dentro l'anno rimanga « estinto ». Venditis hisce nominibus, summa Gonfiata est scutatorum 7000. Ast ipse Pater Vincentius Contreras, litteris diei 24 martii 1859, monet Vicarium provincialem, a Dno Mucio die 27 eiusdem mensis solvenda esse scutata 7000 ex praefatis nominibus alienatis percepta, et Dno Canoino procuratori mandatum dedisse ea exigendi. Quanam autem ratione, Dnus Mucius qui eiusmodi nominum summam antea receperat in solutum, postea de eadem summa adversus eosdem Patres Augustinianos debitor evaserit, est quaestio non facilis solutionis, de qua disserendum erit agendo de merito causae.

Rev. Mucius supremo quo decessit elogio condito die 26 iulii 1864 suam haeredem instituit sororem Raymundam. Haec habuit haeredem

Eleonoram, eius neptis, cui per testamentum diei 2 septembris 1880, successerunt suae filiae Maria et Angela Carrasquedo, hodiernae actrices.

Instantia ad repetenda a PP. Augustinianis 22 millia scutata soluta ab earum remoto auctore Valdovinos, eademque numquam restituta a debitoribus, instaurata fuit die 24 octobris 1904 in Curia episcopali Mechoacanensi. Patres Augustiniani, in ius vocati, primo opposuerunt exceptionem incompetentiae sibi vindicantes ius exemptionis a foro Ordinarii. Ast eiusmodi exceptiones reiecit vicarius generalis, qui, asserta sua competentia, quaestionem sententia definitiva resolvit die 24 iulii 1908, edicens, eos revera debitores esse de asserta summa cum usuris computandis ab ultimo quinquennio. Augustiniani S. Sedem appellaverunt, et delata quaestione ad hunc S. O., die 1 iunii 1911 prodiit sententia qua ob defectum competentiae nulla declarata fuit sententia Curiae Mechoacanensis, et, in merito, Augustinianos non teneri ad solvendam summam scutatorum 22 millia (vulgo *pesos)* editum est.

Non acquieverunt Maria et Angela huic sententiae, sed appellationem interposuerunt de qua hodie nobis cognoscendum est.

In primis quaerendum est an *revera fuerit incompetens Curia Mechoacanensis* et hinc nullum eius iudicium. A Curia in asserenda sua competentia, invocatum est decretum Innocentii IV, relatum in Cap. I, *De privileg.,* in VI, quo subiiciuntur Regulares, quamvis exempti, ab Ordinariis locorum quoad contractus initos in locis non exemptis. Hanc constitutionem innovat Concil. Trident, cap. 14, inscripto: « Quaenam causae « civiles ab episcopo cognosci possint » (sess. VII, *De ref.).* Ast haec assertio fundatur in aequivocatione, quae penitus diluitur, si fiat distinctio necessaria intes duas species exemptionum, prouti fecit Fagnan. in suo *Comment,* ad cap. U *Deprivil. in Decret. Greg. IX.* Distinguit enim duas exemptionum species nempe, generalem aliam et aliam specialem. Narrat ante Concil. Lugdunense, quo publicata fuit Const. Innocentii IV, quaestionem esse an exemptio generalis comprehenderet etiam delicta aut acta in genere extra locum exemptum patrata: et Constit, respondit tantum, vi exemptionis, comprehendi immunitatem a iurisdictione Ordinariorum « dummodo sit in loco exempto commissum delictum vel contractus « initus aut res litigiosa ». Exemptio vero specialis est ea qua fruuntur in genere Regulares et haec habet specificam expressionem delicti commissi, contractus initi aut rei litigiosae exsistentis, etiam in loco non exempto. Et hanc specialem exemptionem concessam fuisse Fratribus Eremitis O. S. Aug. memorat Fagnan., 1. c„ n. 19, referens Constitutionem Iulii II, *Etsi ad benemerendum,* 17 iunii 1508, qua Constitutione

mentio fit de hac speciali exemptione eademque confirmatur. Primitus autem concessa fuit Constitutione Clementis VI, *Ad fructus uberes,* edita mense iulio anno 1346, et alia Constit, mensis febr. 1474 Xisti IV, *Dum fructus uberes.*

Caeterum, tum citatum caput *Volentes,* Innocentii IV, tum cap. XIV, sess. VII et c. XX, sess. XXIV, *De ref.,* Conc. Trid. non comprehendere Regulares « ideoque eos iuxta eorum privilegia coram suis superioribus « vel Conservatoribus esse conveniendos » declaravit S. C. Concil, et has declarationes confirmavit Paulus V die 24 aug. 1607, uti refertur in editione Concil. Trident, quam curavit Ludovicus Richter ad c. XIV, sess. VII Conc. Trid.

Sed ex hoc capite Concilii Tridentini iudex primae instantiae aliud deduxit argumentum suae competentiae, ex duplici ratione. Nam iussit Concilium Tridentinum « in aliis vero (causis civilibus) si ipsum « iudicem (nempe Conservatorem, seu a Sede Apostolica delegatum) non « habuerint, coram locorum Ordinariis tamquam in hoc ab ipsa Sede dele-« gatis conveniri possint », et antea, eodem iure conveniendos esse ab Ordinariis iusserat « Regulares extra monasterium degentes, quomodolibet « exemptos, etiam si certum iudicem deputatum in partibus habeant ». Observavit autem iudex Mechoacanen. certum esse et incontroversum, Patres Augustinianos? neque habere iudices Conservatores neque dicendos esse degere et versari intra monasterii claustra, cum dispersi fuerint tyrannicis legibus quibus prohibebantur conversan in suis monasteriis. Praeterea idem iudex invocavit praescriptionem Concilii plenarii Americae Latinae adprobati a Leone XIII f. r. « il 25 décembre 1898 » ubi in Can. 304, urgetur observantia tum dicti cap. XIV, sess. 7, Conc. Trid. tum Const. *Volentes,* tum Const. Gregorii XV, *Sanctissimus,* 20 septembris 1621: « Quoad cognitionem et definitionem causarum quae cognosci « debuissent ab eorum iudicibus Conservatoribus, si his ausi fuerint « aliter uti quam iuxta formam dictae Constitutionis ». Et haec referuntur in appendice eiusdem Concilii sub num. 121, ubi summatim describuntur « negotia praecipua in quibus Regulares exempti, exclusis « indubitatis privilegiis, generatim subiiciuntur episcopo iuxta elenchum « Giraldi et Lucidi ».

Iamvero, ad hoc observandum est, censuerunt DD., nomine Conservatorum intelligi et comprehendi iudices a Sede Apostolica delegatos ad defendendas certas personas privilegiatas seu exemptas ab Ordinariorum potestate, veluti Ordines religiosos, Universitates studiorum, Capitula, personas miserabiles, quoties hac convenirentur in iudicio seu fuerint *rei conventi,* non actores, et defendendi essent a manifestis seu

notoriis iniuriis et violentiis illatis et inferendis, *absque indagine iudiciali.* Haec enim non conciliatur cum notoriis et manifestis iniuriis; tunc enim exigitur efficax defensio concedenda, sola inspecta notorietate et evidentia facti. Schmalzgr., *de off. iud. deleg.,* num. 51 sq., Ferraris, *Promp. Bibl.,* V. *Conservatores;* Benedict. XIV, *de Syn.,* cap. 6, 1. IV, I.

Istae personae privilegiatae facile nactae sunt ius sibi eligendi Conservatores; at Concil. Trident, sess. XIV, c. 3 et c. 14, iam citatae sess. VII, *de Ref.,* restrinxit facultates Conservatorum. Gregorius XV, 20 sept. 1621, novis ordinationibus ius ad Conservatores spectans restaurava Ast Clemens XIII ob abusos inde renascentes, praesertim in locis Missionum, sua Const. *Cum omnium,* 23 apr. 1762, horum constitutionem prohibuit pro locis Missionum et debitis normis moderatus est attingentibus omnes Superiores Ordinum Regularium; hinc sensim factum est ut officium Conservatorum ab usu recederet, et hodie pene obsolevisse dicendum est, ut probavit sententia appellata. Cfr. Wernz, *Ius. Beeret.,* tom. II, num. 562.

Caeterum quia isti iudices delegati seu Conservatores destinati erant ad defendendas religiosas familias a notoriis iniuriis et violentiis, patet ad rem nostram, etsi adhuc vigerent, non pertinerent; uti actricum procurator ultro consentit.

Quo vero ad alteram conditionem requisitam a regularibus ut foro exempto fruantur, nempe oportet ipsos degere intra religionis claustra, cum hoc privilegio priventur religiosi extra monasterium degentes, patet nullimode ista invocari posse in themate, uti fecit iudex primae instantiae ad suam competentiam asserendam. Nam commentatur clausulam *extra monasterium degentes,* inter alios canonistas, Reiffenstuel, in t. I, *de off. iud. ord.,* et docet, cum communi « degere extra claustra censendos esse « eos qui permanentem habitationem habent extra monasterium (prout « contingit v. g. studiorum causa) non autem qui per duos vel tres etiam « menses praedicationis aut recreandi animi causa vel alia simili de « causa extra monasterium versantur ».

Hoc autem intelligitur de singulis Religiosis, et ad singulos pertinet legitimis de caussis, quia vix intelligitur quomodo aliqua integra provincia religiosa in sensu iuris extra monasteria degat. Quoties id contingat iam pene integra familia religiosa versatur extraordinariis in adiunctis quae certe considerata non sunt, praesertim iure antiquo.

Quare illa conditio privans exemptione religiosos, degentes extra claustra, certe non spectat ad ipsam personam moralem, veluti integram provinciam religiosam. Quaecumque autem limitatio seu conditio coercens privilegia quae sunt favorabilia, et hinc latae interpretationis, stri-

ctissime intelligenda est iuxta proprium sensum verborum et communem interpretationem doctorum.

In casu autem in iudicio conventa est ipsa sacra provincia PP. Augustinianorum in Mexico. Eo magis, uti perpendit sententia appellata, in re nostra, quia si adimeretur exemptio religiosis a suis domibus atroci violentia eiectis, afflictio afflictioni adderetur, quod est contra ipsam aequitatem naturalem. Textus vero deductus ex Concilio Americano ad rem facit quatenus confirmat ius commune a nobis expositum, quod tamen in casu applicari non posse visum est Dominis satis esse probatum.

Quocirca sententia Curiae Mechoacanensis caret legitimo fundamento, seu competentia iudicis, et hinc omni caret vi et effectu, nullimode valens producere effectum rei iudicatae.

Receptum est in foro a tali sententia ad iudicem superiorem appellari posse, quia ad eius cognitionem defertur quaestio de nullitate, magis vel minus explorata, sententiae appellatae. Iudex vero primae instantiae pronuncians sententiam nullam, suo munere, quamvis male, functus est: quare conqueri non potest si negocii cognitio ad superiorem iudicem deferatur, eo magis quia ita se gerens iudex primae instantiae evasit suspectus et invisus parti appellanti, et haec ratio procedendi usu et consuetudine invaluit. Verum *absolute* incompetens dici non potest iudex qui nullam pronunciavit sententiam, ad negocium iterum cognoscendum, si nulla non sit defectu competentiae; posset enim nullitatem cognoscere ipse et sententiam de negocio proferre definitivam. Reiff., *De Appell.,* n. 28 sq.; Bouix, *De iud.,* tom. II, pag. 407 sq.

Meritum vero Domini attingentes *causae,* haec in facto certa esse ipsis visa sunt:

I° Contractum locationis seu potius cessionis iurium, locum habuisse inter Mucium Valdovinos et Patrem Gracia ad effugiendos effectus legum sub versi varum patrimonii religiosi. Sane hae leges, nostra aetate praesertim, non extemplo conduntur, sed antea praeparantur in publica opinione, uti solet dici, seu in publicis populi oratoribus et in ipso populo. Mucius Valdovinos autem erat vir de negociis publicis non parum expertus. Hos autem rumores de futura lege eversiva divulgatos antea fuisse, narrat P. Vincentius Contreras litteris die 16 decembr. 1856, datis ad Ssmum Pontificem.

2° Verum hoc non secumfert necessario ipsum actum contractualem fuisse simulatum seu non efficacem, ex voluntate contrahentium, ad transferenda iura quae alienari natus est, suapte vi, ipse contractus.

Nam uti quotidie et passim fieri contigit, nostra aetate ubi saeviunt leges patrimonii ecclesiastici eversivae, personae morales ecclesiaticae libenter, legitima cum venia superiorum, vendunt sua iura iis qui ea conservatura sunt stantes mandatis Ecclesiae: sed non exinde mens est sive Ecclesiae sive alienanti um quod revera iura in alios non transferantur, quamvis in certum peculiarem defensionis finem.

3° Revera quia simulatio non praesumitur nisi evidenter probetur, unde actus sustineri debet quatenus fieri possit, etiam in easu ex allatis documentis videtur inferendum esse, revera actum fuisse, ex voluntate contrahentium, de transferendis certis iuribus, quamvis in certum propositum finem.

4° Neque efficaciter obiici potest, praesumendum potius esse de simulato contractu, quia Mucius de facto exsequutioni non demandavit initum contractum, immo hunc quatuor post menses rescidit.

Nam, satis ex documentis constat Mucium adlaborasse pro exsequenda conventione, ast adversarios habuisse acérrimos conductores, qui frui intendebant beneficio ab iniqua lege concesso. Ita in quadam relatione facta ab administro a secretis gubernii loci, legitur priores conductores latifundii a S. Monica velle omnimode iuribus uti concessis lege eversiva; sed impediebantur a locatione a Mucio Valdo vinos, «la quale « (circostanza) può essere causa di una insurrezione nel caso che fìnal- « mente si voglia far passare detto P. Valdovinos come affittuario di « tale tenuta «.

Et hic in suo testamento die 8 iunii narrat: « Un mese e mezzo o « due mesi dopo (initam locationem) fu data la legge del 25 giugno, e «nonostante i miei sforzi non fui riconosciuto come affittuario, benché «la stessa legge mi proteggeva». Caeterum etsi contractus simulatus fuisset, tum conductor, tum locator in id tendere debebant ut actus executioni demandaretur.

5° Circa defectum solemnitatum et potissimum apostolici beneplaciti, advertendum est, hunc absolute asseri non posse, cum in verbis utique vagis Patris Gracia, potuerit commode celari omnis necessaria facultas: testatus est enim: « usando delle più ampie facoltà che gli sono «state concesse ».

Et ratio aderat non nominandi Definitorium ne irae exponeretur Gubernii, cuius leges eludi intendebatur. Praeterea valet certe regula explicata a Schmalzgr., t. *de reb. eccles, alien.*, num. 148, nempe praesumi actum fuisse rite positum maxime post tam longum temporis lapsum.

Equidem difficultatem faciunt litterae Patris Contreras die 16 decembris 1856 datae ad S. Pontificem, quibus exponitur, Patrem Garcia

cupidum tam ingentem aerumnam evitandi, plures venditiones fecisse inconsulto Definitorio, sed de consilio et consensu episcopi Mechoacanen. Iamvero, nescimus an in hoc censu comprehendatur controversa locatio, neque absolute concludi potest in casu, non tantam adfuisse necessitatem excusante m a lege Ecclesiae, quae non obligat cum tam gravi incommodo, maxime cum accesserit consilium et consensus episcopi. Praeterea nescimus an data sit sanatio implorata per supplicem libellum iam citatum anno 1856, uti postea pro aliis, ut videtur, casibus expetita sanatio concessa fuit anno 1878, hanc postulante supremo Ordinis moderatore.

Verum admissa veritate contractus non exinde sequitur omnes conditiones in eo conventas fuisse veritati et contrahentium intentioni conformes. Sane mens erat partium ut contractus valeret, et inde obtineretur praeservatio fundi per novum possessorem qui recognosceret Religiosorum iura: proinde, quoad summam scutatorum 22 millia quae in textu contractus dicuntur soluta, respondentia duabus annuis conventis praestationibus, omnia adiuncta videntur suadere, reapse non fuisse soluta, sed de iis mentionem habita fuisse ut fortior probaretur et fieret vis conventionis.

Namque magis ipse fundus devinceretur novo conductori, quum fundum nemo possidere poterat nisi recognito hoc aere alieno adversus Mucium Valdovinos. Sane haud vero simile est, tunc temporis hunc fuisse tam ingentem summam solvendo parem. Huiusmodi vero simulationes seu fictiones, sive quoad summam exsolutam, sive quoad eius qualitatem, passim occurrunt in contractibus ineundis, etsi graves non urgeant necessitates et conditiones quales tunc urgebant in Religiosos, quas explicat et cum lacrimis et querelis dolet Pater Vinc. Contreras in citatis litteris diei 16 decembris 1856, dum refert fictiones adhibitas pluribus in contractibus ut prospiceretur incolumitati, quatenus fieri poterat, bonorum suae familiae religiosae.

Hanc autem accusationem debiti ex parte Religiosorum ex fictione fuisse factam, videntur evincere ipsas posteriores confirmationes, et in primis actus diei 6 nov. 1857 quo cessa sunt in solutum nomina seu credita adversus aerarium publicum aequantia valorem 7000 scutatorum. Hoc in contractu fatentur Religiosi, locationem effectui non fuisse datam « per dif« ricolta che ambedue non poterono rimuovere », fatentur debitum adversus Valdovinos 22 millium scutatorum, et significant voluntatem, cessam scutatorum summam venire in partialem eiusdem debiti exstinctionem.

Quocirca fictum creditum, ut supponitur, 22 millia scut. modo commode occasionem praebet alii contractui in quo summa 7000 scut. attri-

buitur Mucio creditori, et ita subtrahebantur e faucibus fìsci, sed sub tacita lege hoc fiebat ut Mucius scut. summam exigeret nomine Religiosorum. Hanc fuisse contrahentium certam mentem, docent posteriora facta. Siquidem Mucius apertis verbis accusatur postea de mala fide, eo quia in proprium usum hanc summam convertere ausus fuerit, eamdemque negaverit restituere ei cui mandatum dederunt Religiosi.

Re sane vera, P. Vinc. Contreras mense martio 1859 dat litteras vicario provinciali eum admonens: « Il 27 del corr. deve liquidare e pagare « un conto di buoni il Padre Valdovinos, che è di 7000 scudi, e resta « incaricato di riscuoterli il sig. Canoino ». Eruitur ex contractu inito die 13 iunii 1869, Mucium hoc debitum plene recognovisse, fassum fuisse se hactenus non fuisse solvendo parem, et litteras cambii acceptasse et subscripsisse favore Dñi Canoino pro eadem summa. Sed neque hisce litteris cambii satisfecit ex integro Mucius, quare actione iudiciali computandum fuit, atque adeo res processit ut in suis praediis *Calvario* et *Colaboro* hypotheca inscripta fuerit in securitatem residuae summae PP. Augustinianis debitae.

Qua ex ratione agendi Mucii Valdovinos, qui sivit se in ius vocari et sua praedia hypothecis subiici, quin umquam exciperet suum creditum 22 mill. scut. adversus Augustinianos, inferendum est, hoc creditum fuisse fictitie inscriptum, secum inferre oporteret istud debitum fuisse solutum.

Ast longe probabilior est hypothesis crediti fictitii ex parte Mucii, i^uia, uti retulimus, summa 7000 scutatorum cessa fuit in solutum ; sed paulo post haec eadem summa, etiam per actionem iudicialem, repetitur a Religiosis. Et in conventu habito a PP. Definitoribus mense augusto 1859, hi « unanimamente disposero... per fissare le misure che « debbono adottare per costringere il sacerdote D. M. Valdovinos al « pagamento di scudi 7000 che deve a questa provincia dei buoni che « ricevè e vendè per commissione del M. R. P. Contreras ». Simulata ergo fuit datio in solutum, secus suum creditum excepisset Mucius quod proinde aeque, et eadem de ratione, fuisse simulatum creditum inferre pronum est. Neque aliud argumentum huius simulationis praetermittendum est, deductum ex testamento sacerdotis Mucii qui disposuit: « Presi in affìtto ... la tenuta di S. Monica per mezzo di scrittura pubblica...: deve adunque l'esecutrice del mio testamento, ristabilito che « sia l'Ordine, promuovere quest' affare ... ». Quae verba, ubi nulla fit mentio de credito 22 millium scut. et tantum memoratur locationis contractus, aperte videntur Dominis conformare nostram conclusionem, nempe creditum fuisse simulatum ad maiorem firmitatem et securitatem contractus initi ut fieri solet huiusmodi in adiunctis.

Actricuua procurator ut salvam tueatur crediti exsistentiam adversus tam vehementes praesumptiones, asserit creditum nihilosecius posse consistere, quia mens erat Mucio urgendi contractum locationis, cuius probatio potissima erat summa repraesentata 22 millium scutat. in solutionem duarum annualium praestationum pactae locationis. Sed, labile effugium. Nam, ut ipse Valdovinos fatetur in relatis testamenti verbis, valor contractus erat hypotheticus et incertus: « ristabilito che sia l'or- « dine »: dum e contra, creditum erat liquidum; primus recognoscendus erat a publica auctoritate, alterum ab Augustinianis repetendum erat. Quare ergo non se defendit hac exceptione adversus iudiciales instantias PP. Augustinianorum? Quare in testamento, recolens « i diritti ed « azioni a che mi riferisco », non revocavit etiam creditum adversus PP. Augustinianos, plane consistens etiam seiunctum a valore contractus?

Itaque, omnibus perpensis, ex deductis argumentis talis enascitur praesumptio simulationis crediti quae plenissime Dominos persuadet. Porro, argum. c. 17, *De praesumat,* et c. 13, § *Qui autem., De haeret,* in Decret. Greg. IX, et c. 7 et 8-eiusd. tit. in VI, Devoti, cum communi, in suis *Inst. iur. can.* 1. 3, t. 9, n. 31 hanc efformat regulam: « Cunctae «hominis praesumptiones pendent ab arbitrio iudicis, cuius est pro « animi sui religione iudicare quanta in singulis vis insit et quanta iis « fides tribuenda videantur ». Quod argumentum sane sufficiens esset ad quaestionem iudicialiter resolvendam.

Cum vero in casu a partibus in unum et in alium sensum coacervatae sint praesumptiones, Domini animadverterunt animum iudicis securiorem consistere in argumento magis obiectivo quod habetur luculentissimum in *praescriptione.*

Haec revera introducta fuit ut prospiceretur bono et quieti civium. Ait Gaius 1. 1, *De usucap. et usuc,* Dig.: « Bono publico usucapió intro- « ducta est, ne scilicet quarumdam rerum diu et semper incerta dominia « essent »; « et ut sit aliquis sollicitudinis (1. Cum in notiss. princ. Cod. *« De praescr. 30 vel 40 ann.)* litiumque finis (1. ult. ff. pro suo) et domi- « norum puniatur segnities, amissione rerum suarum » (1. 28, de V. S.). Quod praescriptionis institutum ius canonicum approbavit.

Porro qui hodiernae actionis argumenta perpendit, iactatur in diversas partes, actus multiplicibus coniecturis et regulis hinc inde invocatis: unde factum est ut iudex primae instantiae asseruerit ius quod rotales iudices censuerunt negandum. Sed iam dilapsi sunt plus quam quinquaginta anni ab inito contractu, a contracto aere alieno, et quis

scire potest quaenam fuerit intentio contrahentium et vis pactionum, pro ea potissimum turbulentissima aetate et regione?

Unde providentissime succurrit remedium praescriptionis quae in casu non est acquisitiva, sed exstinctiva obligationis seu debiti. Haec autem facilius producit suum effectum, quia, uti probant DD., conditiones requisitae sunt veluti negativae et pauciores. Non requiritur titulus, non habetur propria possessio, uti explicat D'Annibale, II, n. 152, quamobrem tota difficultas consistit in bona fide, quae iure canonico usque requiritur, et toto temporis decursu, ex cap. 20, c. ult. *De pretescript.:* « Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, synodali « iudicio definimus ut nulla valeat, absque bona fide, praescriptio tam « canonica quam civilis. Unde oportet ut qui praescribit in nulla tem« poris parte rei habeat notitiam alienae » seu, uti explicant Reiff, h. t., n. 105; Lugo, *De inst. et iur.*, 7, 49. V., S. Alphons., 1. lit, 513, ut persuasum habeat, se taliter agendo vel se gerendo alteri iniuriam non facere.

Augustinianos hac bona fide usos esse in decursu temporis, patet ex ipsis praesumptionibus iam explicatis, unde ipsi nacti sunt persuasionem vel creditum numquam exstitisse vel fuisse solutum debitum. Ad tempus vero quod attinet, licet inter partes disceptetur quo praecise tempore actio inchoari debuerit ad creditum exigendum, potest tamen recte affirmari, actionem istam die 6 nov. 1858 fuisse inchoatam. Enimvero, die 6 novembris 1857 conventum fuit « fin dal 14 novembre del« l'anno p. p. di pagare l'interesse corrispondente al 6 % della suddetta « somma (scut. 22 mill.) restando obbligata la provincia a ritornare il « capitale dai primi denari che avrà in suo potere... ripetendo io, il « M. R. P. Provinciale, che per esser il debito così sacro, metterò in « azione ogni risorsa perchè dentro l'anno rimanga estinto ». Quibus in verbis, bis de solutione debiti fit sermo: ita tamen ut quod primo loco indefinite innuitur, determinato tempore ponatur secundo: seu altera loquutio primam explicat atque declarat. Cum enim P. Contreras dixisset, se soluturum quod S. Provincia debebat « dai primi denari che « avrà in suo potere »; quod arguit promissoris in mente pecuniam ad hunc effectum impendendam certo non defuturam, et hoc est adeo verum ut in incontinenti solvere incoeperit « in conseguenza di quest'obbligo », scilicet « di ritornare il capitale dai primi denari che avrà in suo « potere » ; melius deinde pandens suam mentem, etiam tempus determinat ad eam consequendam necessarium pro debiti completa solutione « ripetendo io ... che ... metterò in azione ogni risorsa perchè dentro « l'anno venga estinto ». Non est hic sermo de solutionis capacitate ex

parte S. Provinciae a qua pendeat ius exigendi ex parte Mucii, sed de solutionis modo « dai primi denari » et de tempore « dentro l'anno », die 6 novembris 1857 conventum fuit, quo elapso, die 6 novembris 1858 Mucio ius erat actionem instituendi ad solutionis complementum iuridice consequendum.

Hoc ius sartum tectumque erat etiam in hypothesi quod sermo fuisset habitus de solutionis capacitate; id enim non importat quod haec capacitas exsistat in facto, ut patronus dominarum Garrasquedo retinet, quae cum a debitore pendeat, verificaretur numquam; sed consuetudine attenta, praefinienda est a iudice ad hoc adeundo. Ad rem ait Pirhing: « Etsi debitum indefinite sit contractum, semper tamen manet « obligatio solvendi (et hinc etiam ius exigendi ex parte creditoris) saltem « post illud tempus quod communiter ex consuetudine et usu observari « solet in solutionibus » (Synop. Pirhing. Ii, tit. 36, num. 51). Quare Pothier, *Le Pandette di Giustiniano,* in explananda lege 29, ff. de condit, et demonstrat, ait : « Per altro queste parole, *subito che potrò,* io credo « si debbano riferire al tempo che il giudice ad istanza di chi ha inte- « resse, avrà determinato per l'adempimento della condizione ». Idem praecipit ius rom. 1. 112 *De verb. obi.,* Digest.; cod. Gali. 1146; ital. 1173; Aust. 901; et commentatur D'Annibale, II, n. 319, not. 27. Determinatio autem expetenda est ab eo cuius interest intra tempus utile, ne eius actio praescribatur.

Caeterum quod S. Provincia de facto par solvendo fuisset, satis superque constat ex actis, cum ei obvenissent reditus non parvi momenti ex bonis rusticis provenientes qui a die 25 sept. 1856 canonis emphitheutici titulo ei solvebantur, cum antea titulo locationis eidem solverentur; lex enim suppressionis religiosorum Ordinum serius prodiit. Quare cum Mucius anno ab inita conventione elapso actionem iure potuisset instituere, immerito quidem invocatur principium « contra non « valentem agere non currit praescriptio ».

Persuasionem autem Patrum Augustinianorum seu eorum bonam fidem refert ipsa sententia primae instantiae, quae tamen negavit fieri locum praescriptioni, quia perpendit iudex, in collegio, seu persona morali, subiectum bonae fidei esse ipsum collegium seu personam moralem; quare mala fides praelati bona administrantis, vel eorum saltem, maiore in parte, collegium constituentium, nocet incipiendae praescriptioni, cui postea inchoandae bona fides istorum loco succedentium non prodest; quia persona moralis seu collegium semper idem esse intelligitur, et praelatus repraesentans collegium habet eamdem cum collegio personam iuridicam. Eodem iure censentur haeredes universales, non vero parti-

culares; ex reg. 46, iur. in VI, « is qui in ius succedit alterius, eodem « iure quo ille uti debet ». Cfr. Suarez, *de legib.*, VITI, 3, 4 et D'Annib., II, n. 140 in nota 8.

Sed hic rectissimus conceptus non nocet in casu applicationi praescriptionis; nam et si admittamus (quod tamen excludi debere probavimus) Mucium 22 millia scut. solvisse; tamen praelati qui postea gesserunt administrationem PP. Augustinianorum legitime ratiocinati sunt, excipientes uti factum est apud iudicem Mechoacanen., debitum revera fuisse debita solutione dimissum, quia secus explicari non potuisset ratio agendi Domini Valdovinos, et recoluerunt: 1) verba quibus usus est Mucius in suo testamento; 2) factum non appositae ullius exceptionis quum idem Mucius coactus fuit solvere summam 7000 scut. antea ei cessam in solutum.

Hae praesumptiones equidem praecipuae visae sunt Dominis, si referantur ad ea locorum et temporum adiuncta in quibus Religiosi omnia peragebant sub pressura legum tyrannicarum, et hinc plura vel reticere vel fìngere cogebantur; ita ut nemo sanus non dicet, has praesumptiones non sufficere ad efformandam bonam conscientiam, seu bonam fidem. Addantur vero aliae omnes praesumptiones superius explicatae, quae effugerunt conventos cum causa instituta est, sed quae non latebant collegii praelatos tunc temporis quando debitum solvendum fuisset, et res attingit evidentiae fastigium.

Quia vero appellata sententia admittit in themate praelatos collegii considerari quasi successores particulares ad effectum bonae fidei, DD. censuerunt in hoc recedendum esse ab hac opinione quam non approbant.

Tempus vero praescriptionis quod attinet, dixerunt Domini, sufficere praescriptioni initium dare ab eo tempore quando prodita sunt testamenta Mucii et alia adiuncta cognosci potuerunt, ut tunc dicatur incoepisse bona fides ét hinc praescriptio : habetur enim lapsus temporis longioris quam triginta annis. Dies autem qua debiti solutio facienda erat, cesserat et venerat, quia solutio promissa fuerat anno 1857 elabente.

Quibus omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito Dubio respondentes: *Affirmative,* seu, *sententiam rotalem diei 1 iunii 1911 esse confirmandam.*

Actrices vero in expensas iudicii condemnamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram defi-

nitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, Concil. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 7 ianuarii 1913.

Michael Lega, *Ponens*
iosephus Alberti.
Petrus Rossetti.

Sac. T. Tani, ***Notarius.***

II.

TRINGOMALIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ARUNASALAM-MARIMUTTU).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno in causa* Trincomalien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Ioseph Arunasalam, *vulgo* Visuvalingam *nuncupatum, actorem appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Albertum Colomb, advocatum, ex officio deputatum, et* Annapillai Marimuttu, *contumacem, interveniente et disceptante in causa Vinculi defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam die 1 februarii 1913.*

Ioseph Arunasalam, vulgo Visuvalingam nuncupatus, in urbe Point Pedro ortus, e secta protestantica Wesleyana, in uxorem duxit absque ullo ritu protestantico, ut ipse fassus est, Marimuttu Annapillai, eiusdem sectae, ex eaque prolem suscepit.

Anno vero insequenti Ponner Marimuttu, sororem eiusdem Annapillai, in uxorem sibi copulavit, et ab ea quoque prolem habuit.

Quum autem postea Visuvalingam fidem catholicam amplexus esset, Ponner tali odio eum prosequuta est ut civile, ut aiunt, divortium postulaverit: quo obtento, eum dimisit.

Tunc Visuvalingam Curiam Trincomaliensem adiit, postulando, ut suum cum Annapillai matrimonium nullum declararetur ex capite consanguinitatis in quarto gradu aequali, et sibi favorabilem sententiam tulit. Appellante Vinculi defensore ex officio, causa in secunda instantia iudicata fuit penes Curiam Columben. quae priorem sententiam reformavit.

Appellavit igitur Visuvalingam ad Sanctam Sedem, et nunc causa nobis iudicanda venit sub dubii formula: *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

Ius quod spectat.

Matrimonii validitas equidem ab actore impugnata fuit ex capite impedimenti cognationis; verum cum ex actis non obscura indicia essent matrimonium verius esse nullum ex defectu consensus, instante advocato ex officio, et annuente Vinculi defensore apud hunc sacrum Ordinem, Ponens providit ut etiam super hoc defectu processus aperiretur, quatenus actor consentirei. Renuit ipse: causa igitur iudicanda venit tantum supra assertum consanguinitatis impedimentum.

Quod consanguinitas in quarto gradu aequali matrimonium dirimat, nullum in iure dubium: tota difficultas est in ea probanda.

Probationem vero impedimenti cognationis quod attinet, haec instructio S. Officii, feria IV, die 20 iunii 1883 lata, statuit:

« Si matrimonium impugnetur ob assertum impedimentum cognationis carnalis... facile erit eiusdem exsistentiam detegere ope authenticorum documentorum. Etenim cognatio carnalis, et etiam affinitas... dignoscuntur ex arbore genealogica utriusque familiae, conficienda ex regestis matrimoniorum, et ex libris etiam baptizatorum, in quibus notata esse debent nomina non modo coniugum, et eorum qui baptizati sunt, » sed horum etiam parentum.

« Quod si aliquod oriatur dubium circa documenta praedicta vel circa eorum veritatem, in iudicium vocandi erunt et iuridice examinandi consanguinei, affines, propinqui, quibus origo eorum, de quibus agitur, nota sit, aut nota esse possit, ut ex eorum depositionibus gradus consanguinitatis vel affinitatis clarius valeat determinari. Non levi fundamenta huic rei esse potest etiam publica fama, de qua ratio erit habenda; eius tamen sedulo consideranda erit origo et rationes, quibus innititur ».

Testes vero recipiendos quod spectat, haec in 1. IV, Decr. tit. XIX, cap. 3, praescribuntur: « Quod parentes, fratres et cognati utriusque sexus in testificatione suorum ad matrimonium coniungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine quam legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes, et, si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus et chartis, tum etiam ex recitatione maiorum scire laborat; qui enim melius recipi debent, quam illi qui melius sciunt... ? ».

Quoad modum autem ipsos examinandi, haec in cap. VII, 1. IV, tit. XIV, statuuntur: « Cum coniugium multum favoris obtineat, testes, « qui ad divortium celebrandum producti consanguinitatis gradus com« putant, a stipite debent incipere, id est a parentibus, vel germanis, et « sic per ordinem distinguere gradus, nominibus propriis, vel aequipollentibus indiciis designando personas, praesertim cum saepius testi« monium perhibeant de auditu: quod quia minus est validum, non est « in articulo huiusmodi nimium taxanda facultas: quum qua ratione com« putationem inciperent a secundo, eadem et ulterioribus inchoarent ».

Vim vero probandi, et probationum valorem quod attinet, docet cum communi Cosci, *De separatione thori,* 1. 2, c. 18, n. 274 et seqq.: « Non sufficiunt probationes dubiae et incertae, minusque coniecturae « et praesumptiones, sed requiruntur probationes univocae, concludentes « et in suo genere perfectae ». Et in genere tradit Reiffenstuel, *Lib. IV Decr.,* Tit. XIX, n. 17-18: « Ad hoc ut iudex ecclesiasticus vinculum matri« monii dissolvat, debet eidem de impedimento dirimente constare per « probationem plenam et perfectam, qualis est quae fit per duos testes « omni exceptione maiores... Communis ac certa, arg. c. 1, *De consang. et « affinit.* et c. *Super eo,* 22 *De testibus cum concordant.* Ratio est; quia causa « dissolvendi matrimonium quoad *vinculum* est una ex gravioribus, et « in praeiudicium magnum tum tertii, tum sacramenti redundantibus, « consequenter exigit plenam probationem per ea quae diximus lib. II, « tit. XIX *De prob....* Quod si probatio fiat per testes, debet fieri per « testes saltem duos omni exceptione maiores, arg. cit. c. 1 *De con« sang, et affin.,* ibi, *per testes omni exceptione maiores.* Ratio est quia « unus testis quantumvis habilis non facit plenam probationem, arg. c. *Li« cet universis, De testib.,* qui etiam debent esse iurati, arg. can. *Illud. 6* « et can. *De parentela,* 8, caus. 35, q. 6, quia testis non iuratus nihil « probat, per vulgaria ». In specie autem quoad consanguinitatis impedimentum, docet *ib. n. 16:* « Non debet nec potest iudex matrimonium « in facie Ecclesiae contractum dissolvere quoad *vinculum,* ex hoc solo « quod unus vel ambo coniuges ipsimet, accedente etiam rumore vici« niae fateantur, se cum impedimento ... consanguinitatis contraxisse, «nisi sufficientes probationes accedant... Communis ac certa, textu « expresso c. *Super eo,* 5, *De eo qui cognovit,* ubi etiam ratio subiun« gitur illis verbis: Cum et quandoque nonnulli inter se contra matri« monium velint colludere... Rumor autem viciniae non adeo est iudi« candus validus, quod, nisi rationabiles et fide dignae probationes acce« dant, possit bene contractum matrimonium irritari ».

Factum quod attinet.

In primis adnotandum est iis in regionibus defuisse, ut asseverat Iudex primae instantiae, tunc temporis documenta authentica, publica, quae libri civiles vocantur, ad certo probandam consanguinitatem. Necessario igitur confugiendum fuit ad probationes subsidiarias, praesertim per testes.

Actor tum in libello, tum in iudicio affirmavit se esse consanguineum in quarto gradu aequali cum sua uxore Annapillai, cuius in rei testimonium afferre se posse dixit tum genealogiam familiae suae, tum quaedam excerpta ex tabulis publicis urbis Point Pedro. Verum ut praemittamus ipsi delatum non fuisse, ut ex actis intelligitur, iuramentum de veritate dicenda (Instruct. S. Congr. Conc. 22 aug. 1840, vv. *Praefinita die... Cum itaque advenerit),* illa excerpta primo quidem fassus est se invenire non potuisse, ultimo vero ea non exsistere.

Uxor Annapillai in iudicium quidem non comparuit, sed fortissime asseveravit se nullam habere consanguinitatem cum Visuvalingam, et quando iudex nomina stirpis communis seu Kanapathy et Parvadi pandidit, tum ipsa, tum eius soror Ponner risum ediderunt, dicentes: « Hoc « est mendacium, hoc est mendacium».

Inter probationes autem iuridicas ne admitti quidem possunt epistolae iudici missae tum a Sadhasivakurukkal, sacerdote paganorum, Poopalapillai, et Murugupillai, tum a Periayathamby, Vellupillai, Sapabathipillai, et Vettivelu, tum a Kanapathipillai. In iure enim cautum est « quod in talibus (super accusatione matrimonii) nisi quantum ad prae« sumptionem, nullius momenti est conscriptio (sive accusationis sive « testimonii) quoad sententiam proferendam; nisi alia legitima admi« nicula suffragentur ». L. IV, decret. Tit. XVIII c. *A nobis,* 2. Idemque, ut notat Pirhing h. t. n. 11, est de testibus, c. *Testes,* 15, *caus.* 3, q. 9, *cum non sit testimoniis, sed testibus credendum,* c. *Qua nos 8 de Gohab. Gleric. et mulier.* Gl. hic V *accusatione.* Quare ad evitandam ... falsam depositionem testium statutum est ut in causa matrimoniali personaliter et propria ac viva voce debeat fieri accusatio, et testes deponere, non autem per litteras in absentia, *Ab hic* n. 3 et Vivian, *in Ration.* Idem statuitur in Instruct, cit. sacrae Congr. Conc., in Instruct. S. Officii cit. anni 1883, in Instruct. Austriaca § 159, 162, etc.

Testes vero, qui legitime testimonium dixerunt, in plures classes distribui possunt, alii enim se nil scire de asserta consanguinitate affirmarunt, alii testati sunt tantum de publica fama, alii incompletam arborera genealogicam designarmi!, alii arborem completam texuerunt,

alii demum aperte denegarunt aliquam consanguinitatem inter Visuvalingam et Annapillai adesse.

Chellapillai Achiehimuttu, soror Marimuttu, interrogata « scisne « aliquam cognationem inter Marimuttu et Visuvalingam? », respondit: « Nescio ». Erambu Vinasithampy, interrogatus « estne aliqua saltem « remota cognatio inter eos? », respondit se illud nescire, et iterum rogatus num exsisteret ulla cognatio Visuvalingam inter et Annapillai, respondit: « Audivi quidem ita rem se habere, sed ipse non video ullam « proximam cognationem ».

Ponnampalain Chellappa affirmavit quidem ex publica fama interesse cognationem, quia ita omnes loquentes audivit, sed fassus est se nescire communem stipitem, imo et ignorare omnes ascendentes Arunasalam; ideoque nullam rationem ut originem publicae famae dedit.

Muttu Siny Anander testatus est exsistere cognationem inter matrem Marimuttu et patrem Visuvalingam, at iterum interrogatus quaenam ista cognatio esset, respondit se nescire qualis ea esset, atque fassus est se ex ascendentibus uxoris cognoscere tantum patrem et avum, ex ascendentibus vero viri solummodo eius patrem. Velupillai Chellaiya interrogatus quaenam esset consanguinitas inter Marimuttu et Arunasalam^ respondit ex parte matris Marimuttu eam se teneri; at fassus est se ignorare quinam fuerint pater et mater Arunasalam. Ex his igitur vel omnino vel saltem cum certitudine consanguinitas deduci nequit.

E contra vero Samuel Velupillai, interrogatus num novisset aliquam consanguinitatem exsistere inter Visuvalingam et Annapillai, respondit: « Puto nullam exsistere inter illos consanguinitatem. Utrum exsistat an « non aliqua remota cognatio sanguinis, nescio ». Et Christiana Saverimuttu, interrogata num audivisset Visuvalingam et Annapillai esse consanguineos, fortius negavit: « Non. Nulla est inter eos consanguinitas ».

Duo tantum ex testibus completam et in genere suo perfectam •arborem texuerunt genealogicam, in qua e sponsis liceat ascendere usque ad abavos, atque ita diiudicare num inter eos exsistat asserta cognatio in quartu gradu aequali: hi testes sunt Andiapper Kanniat, praeses alicuius templi pagani in pago Karkovalam, et Rev. P. G. Rouvellac, missionarius in urbe Point Pedro.

Verum, ut praetermittamus has arbores genealógicas non in omnibus inter se concordare, Andiapper Kanniat, ut ex actis patet, nullam fere meretur fidem. Praeterea in iudicio visus est nimia levitate et facilitate in re sat implexa et, pro moribus illius regionis, ut acta processus demonstrant, difficili, aliquam recitationem memoriter pronunciare et velut decantare; affirmavit se compulsasse archivia familiae, ut ait ipse,

sed haec regesta non erant nisi tituli possessionum et divisionum praediorum, promisit se allaturum in iudicium haec regesta, sed frustra.

Pater Rouvellac certe omni fide est dignus; at non apparet ex actis num testes ex quibus hausit arborem genealogicam propinqui et affines fuissent alicuius ex sponsis, et, quod maximum est, non apparet an isti, iuramento praestito, Patrem Rouvellac de consanguinitate edocuerint. Ultimo igitur recidimus in testes non iuratos, qui nil probant, ut iuris utriusque textus ingeminant, cap. *nuper,* 51, cap. *fraternitatis,* 17, cap. *de testibus,* 29, cap. *tuis,* 39, *de testibus et attestationibus, Instruct, cit. S. C. Concilii,* etc. Dein vero P. Rouvellac dum affirmat: « Au reste je pense « que Marimuttu est parent ou allié de Visuvalingam », nimis vaga et indeterminata profert, ex quibus consanguinitas cum certitudine deduci nequit. Ultimo tandem ipse fassus est in iudicio : « Cependant je n'en « suis pas sûr ». Quo patet ne ipsum quidem P. Rouvellac pro certo habuisse inter eos exsistere assertam consanguinitatem.

Ex omnibus igitur actis et allatis in causa, sequitur validitatem matrimonii in casu constare, vel certo certius eius invaliditatem non certo constare, seu esse dubiam.

Qua etiam posteriori ratione, standum est pro valore matrimonii.

Hoc enim firmum et sacrum est in iure canonico. Nam si generaliter « quoties non satis apparet, utrum in aliquo actu obeundo defuerit «aliquid ex his, quae *ad actus substantiam* pertinent, utriusque iuris « et a Nostris receptissima regula est, *in dubio omne factum praesumitur « recte factum* - ideoque - *in dubio respondendum est pro valore actus »,* D'Annibale Theol. Mor. I, 150; a fortiori quoad sacramentum matrimonii sacrum et sanctum est in iure canonico et in nostro foro « matrimonium « semel celebratum, dummodo matrimonii species non *desit,gaudere favore* « iuris, ut traditur expresse in cap. ult. *de Conditionibus* . . . . aliisque « testibus. Hic favor iuris in eo consistit, ut matrimonium semel celebratum semper validum habendum sit, donec eius invaliditas plene « probetur ... Unde de matrimonio semel celebrato principium: *in dubio « standum est pro valore matrimonii;* quod valet in utroque foro, et a « fortiori si agatur de matrimonio fidelium, utpote sacramento » Gasparri, *de matrimonio,* II, 18.

Quibus omnibus tum quod ius, tum quod factum spectat, perspectis ac mature perpensis; Christi nomine invocato, solumque Deum prae oculis habentes, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, ad propositum dubium dicimus, pronunciamus atque definitive sententiamus: *Negative,* seu *Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Iosephus Mori.
Fridericus Cattani.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare.

Prelati Domestici di S. S.r

4 aprile 1913. — Mons. Benedetto Alves de Souza, pro-vicario generale dell'archidiocesi di S. Paolo del Brasile.

5 aprile. — Mons. Massimiliano Brenner, rettore del collegio teutonico di S. Maria dell'Anima in Roma.

8 aprile. — Mons. Francesco di Paola Gasoni, cappellano segreto di S. S.

9 aprile. — Mons. Enrico Ludwigs, dell'archidiocesi di Colonia.

— Mons Giuseppe Feiten, della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

L'Ordine della Milizia Aurata, detto dello Speron d'oro:

9 aprile 1913. — Al Sig. principe don Mario Chigi-Albani, maresciallo di santa Romana Chiesa e custode del conclave, presidente del Consiglio superiore delle feste Costantiniane.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

22 aprile 1913. — Al Sig. Giovanni Hasche, dell'archidiocesi di Posen.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 aprile 1913. — Al Sig. Alberto Heimann, dell'archidiocesi di Colonia.

— Al Sig. Massimiliano Wirtz, della medesima archidiocesi.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

2 aprile 1913. — Al Sig. Giuseppe Lattanzi, primo tenente del disciolto reggimento dei dragoni pontifici.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

13 aprile 1913. — Al Sig. Giovanni Werth, dell'archidiocesi di Cambrai.

16 aprile. — Al Sig. Augusto Müller, della diocesi di Fulda.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

28 marzo 1913. — Al Sig. Gualtiero Milde, della diocesi di Breslavia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 aprile 1913. — Al Sig. dott. Martino Winands, dell'archidiocesi di Colonia.

— Al Sig. Leone Giani, della medesima archidiocesi.

11 aprile. — Al Sig. avv. Enrico Rondinella, dell'archidiocesi di Napoli.

13 aprile. — Al Sig. Géry Pourbaix, dell'archidiocesi di Cambrai.

— Al Sig. Luigi Derville, della medesima archidiocesi.

17 aprile. — Al Sig. dott. Carlo Enrico Schäfer, della diocesi di Fulda.

23 aprile. — Ai Signori: Giovanni van Menten, Augusto Thomas e Camillo Cauchie, giornalisti cattolici belgi.

NECROLOGIO.

16 aprile 1913. — Mons. Riccardo Casanova, arcivescovo di Guatemala.

20 aprile. — Mons. Pietro Facciotti, arcivescovo titolare di Calcide.

26 aprile. — Mons. Giuseppe Alfredo Archambeault, vescovo di Joliette (Canada).

Annus V. - Vol. V. Die 16 Maii 1913. Num. 8.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLA.

AD V. E. FRANCISCUM VIRGILIUM CARD. DUBILLARD, ARCHIEPISCOPUM GÂMBERIENSEM. - SACERDOTALE FOEDUS « PRO PONTIFICE ET ECCLESIA » CUIUS ILLE CONDITOR ET MODERATOR EST, LAUDIBUS PROSEQUITUR.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Laudari satis non potest illud « sacerdotum ex quavis natione foedus pro Pontifice et Ecclesia » quod te quum auctore coaluit, tum summo moderatore utitur, si quidem praeclara eius utilitas atque adeo opportunitas consideretur. Nam qui, instigante diabolo, vetus hodie propositum urgent impediendae salutis aeternae, quam humano generi divinus Redemptor profuso sanguine comparavit, ii fere nihil agunt impensius, quam ut ab obsequio et fide Ecclesiae et Romani Pontificis avertant homines: quippe intelligunt non ab eo Iesum Christum diligi, qui vel Sponsam vel Vicarium negligat Christi. Atque ob eam causam malis improborum artibus obnoxius maxime est clerus, qui certe ab officio si discesserit, facile discessio populi consequatur. Contra igitur omnino est laborandum, ut qui sunt e sacro ordine, magis ac magis ita afficiantur erga Ecclesiam Ecclesiaeque Caput, quemadmodum eos in primis decet, id est ut pientissimi studio et ipsi flagrent et alios infiammare cupiant. Iam vero huius ipsius rei gratia institutum esse videmus sacerdotale, de quo loquimur, foedus: cuius qui sunt participes, non ii quidem aliis tenentur officiis, nisi communibus sacerdotum ceterorum, sed tamen in eis servandis singularem quamdam diligentiam profitentur. Illud autem Nobis pergratum est quod ante omnia sibi habent propositum, praecepta et monita, quaecumque dederit Romanus Pontifex, et sequi volen-

tibus animis et studiose inculcare aliis; item quod promittant se ex omnibus Catholicorum scriptionibus, quae vel quotidie vel in dies certos vulgari solent, eas omni ope adiuturos, quae causam Religionis aperte, duce apostolica Sede, tueantur. Quod vero hanc inopiam considerantes, in qua Vicarius Christi versatur, ad eam sublevandam non satis habent quotannis reservare aliquid, sed sponsione se obligant, peculiarem sane merentur cum a Nobis laudem tum mercedem a Deo. — Quapropter ut gratum his dilectis filiis testaremur animum, simulque ut fructuosior evaderet eorum opera, de spirituali Ecclesiae thesauro, cuius penes Nos est dispensatio, plura nuper, ut nosti, eis indulgendo tribuimus. Nunc scias consilium universo foederi moderando ita compositum, ut significasti, Nobis probari a Nobisque ratum haberi. Iam, quod reliquum est, Deum rogantes ut rei tam bene auspicatae faveat, caelestium munerum auspicem ac praecipuae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, et omnibus quotquot sunt et erunt de sacerdotali hoc foedere, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvin mensis aprilis MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I.

DECRETUM.

CHRISTIANA SALUTATIO SUB INVOCATIONE DIVINI IESU NOMINIS AMPLIORI INDULGENTIA DITATUR.

Ex audientia Sanctissimi die 27 martii 1913.

Etsi pervetusta piissima consuetudo, inter christianos plurimis in locis invecta, sese invicem salutandi sub Ssmi Iesu Nominis invocatione, qua nimirum alter dicit: *Laudetur Iesus Christus,* alter vero respondet: *Amen* vel *In saecula,* aut similiter, iamdiu apostolicae Sedis favorem adepta sit, et Indulgentia quinquaginta dierum per Summos Pontifices ditata; ut tam frugifera praxis impensiori studio, ubi viget teneatur, ubi

autem obsolevit restituatur, alibi demum large propagetur; Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, precibus Sibi, occasione sextodecimo recurrentium saecularium solemnium a pace Ecclesiae donata, porrectis benigne annuens, Indulgentiam centum dierum, defunctis quoque adplicabilem, a singulis christifidelibus quoties uti supra se invicem salutaverint lucrandam, largiri dignatus est. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. Ç8 S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

II.

DECRETUM.

AUGENTUR ET EXTENDUNTUR INDULGENTIAE PRO QUADAM LAUDE SS.MI SACRAMENTI.

Die 10 aprilis 1913.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, per facultates infrascripto Cardinali S. Officii Secretario specialiter tributas, benigne concedere dignatus est, ut christifideles, qui laudes et gratiarum actiones erga D. N. I. C. in Ssmo Eucharistiae Sacramento impendunt, iaculatoria prece quae sic sonat: *Laudetur et adoretur in aeternum sanctissimum Sacramentum,* vel quae in authentica sylloge Indulgentiarum invenitur his verbis expressa: *Sia lodato e ringrazialo ogni momento il santissimo e divinissimo Sacramento,* ampliori spiritualium favorum emolumento gaudere valeant, quam antea frui poterant alteram recitantes; videlicet: Indulgentia trecentorum dierum, defunctorum animabus etiam adplicabili, quoties dictam alterutram precem corde saltem contrito recitaverint; plenaria vero, defunctis similiter adplicabili, quatenus per integrum mensem eandem quotidie elicere consueverint, si insuper confessi ad sacram Synaxim accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. & S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

VERSIO AUTHENTICA

DECRETI DE MONIALIUM ET SORORUM CONFESSIONIBUS

A DECREE

REGARDING THE CONFESSIONS OF NUNS AND SISTERS.

Whereas to présent date many laws have been promulgated, in yarious times and circumstances, to regniate the sacramental confessions of Nuns and Sisters: therefore, it has now been determined to collect and coordinate all thèse laws, with some modifications, in one Decree of the following tenor, to wit:

1. To each house of Nuns or Sisters there shall usually be assigned only one ordinary Confessor; unless the great number of Religious, or some other just motive, necessitate the appóintment of two or more.

2. The ordinary Confessor should not, as a rule, hold this onice for more than three years. The Bishop or the Ordinary, however, may reappoint him for a second or even third term of three years:

a) if through lack of priests suitable for this duty he cannot otherwise pro vide an ordinary Confessor; or

b) if by secret ballot a majority of the Religious (counting also those who in other matters have no right to vote) request his rétention. But some other way must be provided for the dissentients, if they wish it.

3. Several times every year an extraordinary Confessor must be given to each religious house. Ali the Religious must appear before this extraordinary Confessor, at least to receive his blessing.

4. For each religious house the Ordinary will assign several priests whom the Religious in particular cases can easily send for to hear their confessions.

5. If any Religious, for the peace of her soul or greater progress in spiritual perfection, ask for a special Confessor or Spiritual Director, the Ordinary has readily to grant her demand. The Ordinary, however, will see to it that abuses do not arise from such concession; and if

abuses should come, let liim cautiously and prudently remove them, aiways safeguarding liberty of conscience.

6. If the house of Religious is subject to the Ordinary of the place, he is to choose both the ordinary and extraordinary Confessor; but if the convent is subject to a Superior who is a Regular, then this Superior will présent priests for the office of Confessor to the Ordinary of the place, to whom it belongs to grant them the power of hearing confessions.

7. For the office of Confessor (whether ordinary, extraordinary or special) priests may be chosen from the secular, or (with the permission of their Superiors) from the regular clergy, provided that in neither case they have power *in foro externo* over these same Religious.

8. These Confessors should have completed their fortieth year and be distinguished for prudence and integrity of life. But the Ordinary may, through a just motive and on his own responsability of conscience, delegate for this office priests who have not yet reached the age specifìed, provided that they have the other afore-mentioned requirements.

9. The ordinary Confessor may not be appointed an extraordinary Confessor; nor may he, except as provided in Artide 2 of this Decree, be reappointed as ordinary Confessor in the same house, until one year has elapsed from the expiration of his term of office. An extraordinary Confessor, however, may be immediately appointed to the office of ordinary Confessor.

10. Ali Confessors of Nuns or Sisters must be very careful not to mix in the external or internai government of the community where they hold office.

11. If any Religious request an extraordinary Confessor, no Superioress may, either personally or through others, either directly or indirectly, enquire into the reason of the request, or refuse the pétition by word or deed, or in any way show that she tolérâtes it unwillingly. Should a Superioress fail in this regard, let her own Ordinary admonish her; and upon a second offence let him depose her, after having first consulted the sacred Congrégation of Religious.

12. The Religious are forbidden to talk among themselves in any way about the confessions of their companions in Religion, or to criticise those Sisters who confess to one other than the designated Confessor. In case they violate this prohibition, they must be punished by the Superioress or the Ordinary.

13. If the special Confessors called to a monastery or religious house perceive that the Religious have no just reason of necessity or spiritual profit to demand special Confessors, let said Confessors dismiss the

Religious prudently. All Religious are also admonished to use this privilège of asking for a special Confessor only for their spiritual good and greater progress in religious virtues, apart from ali human con-sidérations.

14. When Nuns or Sisters are outside their own house, no matter what the reason, they may confess in any church or oratory, even semi-public, to any Confessor approved for both sexes. The Superioress may not forbid this, or enquire about it, even indirectly, and the Religious are not bound to mention the fact to their Superioress.

15. Aiiy Nuri or Religious, when seriously sick, although not in danger of death, may call any priest approved for hearing confessions, and she may confess to him as often as she wish during this serious illness.

16. This Decree must be observed by all religious families of women, whether of solemn or simple vows, or Oblates or other pious commu-nities not bound by vows, even though the Institute be merely diocesan. This Decree also binds communities under the Jurisdiction of a Prelate Regular; and if he do not see to it that his subjects faithfully obey this Decree, the Bishop or Ordinary of the place shall himself, as a Delegate of the Apostolic See, enforce its observance.

17. This Decree must be added to the rules and constitutions of each and every religious family of women and publicly read in the vernacular once a year in a chapter of ali the Religious.

Therefore our Holy Father, Pope Pius X, having heard the mind of their Eminence, the Cardinals of the sacred Congrégation of Reli-gious, assemblea in plenary Congress at the Vatican the thirtyfirst day of January 1913, has deigned, after the report of the undersigned Secretàry, to approve and confimi this Decree in ali its parts and to order that it be published and faithfully observed in the future by ali whom it concern s.

All dispositions whatsoever, even though worthy of special and indi-vidual mention, to the contrary notwithstanding.

Given at Rome, from the Secretariate of the sacred Congrégation of Religious, the third day of February 1913.

Fr. J. C. CARD. VIVES, *Prefed.*

f Donatus, Archb. of Ephesus, *Secretar^.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

DECRETUM.

CONFINIA BAGAMOIENSBM INTER ET DARESSALAMENSEM VICARIATUS AD CIVILIA COAEQUANTUR.

Quo uberius in Africa orientali, opportune distributis, ad aequatoriales oras, territoriis, iisque distinctis, apostolicae messis fructus referrentur, eminentissimi Patres S. huius Consilii Fidei Propagandae, plenariis die decima superioris martii convocatis comitiis, de limitibus inter vicariatus apostolicos Bagamoiensem et Daressalamensem immutandis atque ad civilia confinia coaequandis, consilium inierunt, statuentes ut inter utrumque ecclesiasticum territorium, discriminis linea foret, quae civiles districtus Bagamoio et Morogoro a districtibus Daressalam et Rufiji separat; deinde Ruaha flumen; mox Umerohe amnis ac demum via ferrea quae ab índico Oceano ad Taboram urbem ascendit.

Quam sententiam infrascriptus eiusdem S. Congregationis Praefectus, vigore specialis facultatis sibi a Ssmo D. N. Pio, divina providentia, Pp. X tributae, adprobavit ac ratam habuit, praesensque ad id Decretum confici iussit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 7 maii anno 1913.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. % S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II.

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

6 maii 1913. — R. P. Gaudentius Barlassina, ex Instituto Taurinensi a Virgine Consolata pro missionibus ad exteras, *Praefectus Apostolicus de Kaffa meridionali.*

III.

CESSATIO AB OFFICIO.

Ssmus D. N. Pius Papa X, per epistolam, diei 31 martii 1913 datam, renuntiationem R. P. D. Henrici Doulcet, congregationis a Passione et Cruce D. N. I. C, ab officio episcopi Nicopolitani in Bulgaria, benigne excepit: proindeque R. P. D. Leonardus Baumbach, eiusdem Congregationis, qui iure coadiutoris pollebat, eidem in officium succedit.

S. CONGREGATIO INDICIS

DECRETUM.

Feria II, die 5 maii 1913.

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X sanctaque Sede apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio apostolico Vaticano die 5 maii 1913, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

ANNALES DE PHILOSOPHIE CHRÉTIENNE *(fondées par A. Bonnetty), Secrétaire de Rédaction L. Làberthonnière, Paris, 1905-1913.*

HENRI BRÉMOND, *Sainte Chantal* (1572-1641). *Collection* "Les *Saints„, Paris, 1912.*

CE QU'ON A FAIT DE L'ÉGLISE. *Etude d'histoire religieuse, avec une supplique à S. S. le Pape Pie X, Paris.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae, die 8 maii 1913.

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. & S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MELEVITANA (*Meliten*).

OPTIONIS.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno X, die 30, mense ianuario, anno 1913, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Iosephus Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Melevitana-Optionis, *inter canonicum* Michaelem Ciappara *actorem appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, et canonicum* Alphridum Mifsud *conventum appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri advocatum, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Quum anno 1909, die vero 3 februarii, vacasse! in ecclesia cathedrali Melevitana praebenda S. Venerae, quatuor canonici, scilicet Green, Formosa, Mifsud et Ciappara postularunt ut admitterentur ad illam optandam, iuxta ius in eadem ecclesia vigens, quo omnes Capitulares tam dignitates quam canonicatus eiusdem ecclesiae pro tempore obtinentes, possunt pinguiores praebendas optare, iis Capitularibus exceptis, qui aliqua melioramenta in eisdem dignitatibus ac canonicatibus et praebendis tam quoad illorum reditus, quam quoad fabricam in illorum utilitatem ac commodum non fecerint.

Capitulum cathedrale praefatam praebendam adiudicavit canonico Grech. Obstitit canonicus Ciappara, eo quod sumptus quos Grech fecerat in suae praebendae utilitatem, melioramentorum nomine non continerentur, quippe qui, ut contendebat ipse, eo spectabant ne praedia deteriora fierent. Recursum igitur interposuit apud S. Congregationem Concilii, quae iussit quaestionem iudiciario ritu tractari et absolvi apud ipsam Melevitanam curiam.

Curia Melevitana, sententia data die 20 aprilis 1910, ius optionis canonico Grech confirmavit. Contra hanc sententiam canonicus Ciappara appellavit ad Sanctam Sedem, sed appellatione vix interposita canonicus Grech e vita excessit.

Tunc igitur canonicus Ciappara a S. Congregatione Concilii postulavit ut praebenda S. Venerae sibi conferre tur. At S. Congr. Concilii iussit ut optio renovaretur. Quum vero canonicus Formosa expresse ab

optando destitisset, ex duobus, qui supererant, optantibus, Mifsud prae Giappara a Capitulo delectus fuit.

Contra hanc electionem canonicus Ciappara recursum denuo interterposuit ad S. Sedem. Re vero per pontificiam commissionem delata ad sacram Rotam, atque disceptata sub hac dubii formula: *An praebenda nuncupata «S. Venera » can. Ciappara, mt potius can. Mifsud iure optionis sit conferenda in casu,* iudiciali sententia data die 12 augusti 1911 responsum fuit: *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ab hac sententia rursus appellavit canonicus Ciappara, et causa nunc definienda venit sub dubii formula: *An sententia rotalis diei 12 augusti 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Sententia appellata statuit praebendam nuncupatam « S. Venera ». non canonico Ciappara sed potius canonico Mifsud iure optionis conferendam esse in casu, duas ob rationes, *primo* quia canonicus Ciappara a iure optionis excludendus est, quippe qui inter canonicos ecclesiae cathedralis Melevitanae recenseri non potest. Nam praebendae, quam nunc possidet ipse, in perpetuum adnexum est officium et titulus Poenitentiariatus ; eam vero assecutus est *citra concursum,* seu contra formam a Benedicto XIII praescriptam pro Italia et insulis adiacentibus per Constit. *Pastoralis officii;* ideoque iuxta hanc Constitutionem collatio non modo fuit prorsus nulla, sed praeterea nunc S. Sedi devoluta est: neque hos defectus sanare potuit regula *de triennali possessione. Secundo* vero quia canonicus Mifsud satisfecit conditionibus requisitis ad optandum, non tantum circa *antianitatem,* quam etiam pars adversa agnovit in canonico Mifsud et ex certis documentis apparet, sed etiam circa *melioramenta.* Quamvis enim a canonico Mifsud praebenda possideatur quae est prorsus *mensae communis,* tamen *indirecte* meliorari potest, scilicet augendo massae, ut ait sententia appellata, reditus. Quod autem Mifsud *de facto* auxerit massae reditus, adprobavit fere unanimiter ipsum Capitulum, declarans « che l'operato di Mons. Dott. Alfredo Mifsud per « cui ha aumentato e migliorato la così detta fabbrica della chiesa e la « mensa capitolare, di cui la sua prebenda forma parte, si può classificare « come risulta da documenti... etc. ». Quare, iuxta Capituli iudicium, sententia concludit canonicum Mifsud conditionfab Urbano VIII praescriptae relate ad melioramenta, *saltem quoad substantiam,* satisfecisse.

Utrumque argumentum impugnat patronus appellantis: quoad primum enim contendit, plurimis adductis rationibus, Ciappara canonicum iure esse vi pacificae possessionis triennalis et certo certius vi possessionis pacificae decennalis; quoad secundum vero canonicum Mifsud

conditioni ab Urbano VIII praescriptae ne satisfacere quidem potuisse; eo quod canonicatus secundae erectionis, quorum unus a Mifsud possidetur, ad formam Urbanianae Constitutionis meliorari non possunt.

Verum RR. PP. ab initio animadvertunt quaestionem an Ciappara iure canonicus sit necne, non esse principalem in causa, sed eo tantum tendere utrum a iure optionis excludendus sit in casu, an non. Quaestio enim principalis versatur circa ius optionis. Si igitur inhaerendo in principiis de iure optionis in casu, in iisque solis, certe concludendum est praebendam nuncupatam « S. Venera » canonico Mifsud prae Ciappara conferendam esse iure optionis in casu, supervacaneum atque inutile erit quoad quaestionem principalem inquirere ulterius, an Ciappara iure canonicus sit necne, eo praesertim quod hac in posteriori quaestione unus ex legitimis contradictoribus, isque princeps, nempe episcopus Melevitanus, qui beneficium canonicale sacerdoti Ciappara contulit, desit in causa.

In praesens igitur tota quaestio reducitur ad ius optionis, et de hoc iure, ad conditionem ab Urbano VIII praescriptam circa melioramenta. Porro appellantis patronus contra sententiam appellatam primo quidem renovat argumentum iam in priori instantia propositum, nempe quod canonicatus novae erectionis ad formam Urbanianae Constitutionis meliorari non possunt, quum in certa pensione, seu potius in certa summa, - « in un annuo assegno, che volgarmente chiamasi pensione »,- quotannis solvenda consistant. Nam Urbanus Pontifex voluit ut melioramenta fierent in praebendis, quae quomodo fieri possint quum in certa pensione, seu in certa summa, praebenda consistat, ne intelligi quidem potest.

Imo retorquet argumentum ex silentio Pontificis de optione, vel concedenda vel neganda, quum novi canonicatus fundati sunt. Pontifex utique, quum idem esset Urbanus qui optionis indultum concesserat, sciebat eam legem posuisse ut, qui praebendas non meliorassent, optione carerent. Quum igitur canonicatus instituisset quorum praebendae meliorari non poterant, legi in indulto praestitutae, novorum canonicorum in favorem derogasset. Id quum non fecerit, novos canonicos, ex ipsa impossibilitate adimplendae legis, optione de facto exclusit.

Ad argumentationem;,vero patroni adversae partis, ipsum Urbanum VIII nempe anno 1633, novos erigendo canonicatus, eos voluisse iuribus omnibus esse praeditos quibus antiqui pollebant, atque anno 1638 illud optionis indultum confirmasse omnibus canonicis, nulla facta distinctione inter antiquos et novos, respondet Urbanum VIII novis canonicis antiquiorum communicasse privilegia, sed eodem modo quo fuerunt

concessa; quum autem optio ita fuerit concessa, ut canonici, qui praebendas non fecissent meliores, optionem exercere non possent, hoc unum sequi posse ex privilegiorum communicatione: quod novi canonici optione frui poterant praebendas meliores faciendo.

Quod si hoc ultimum novis canonicis impossibile sit, ideoque communicatio privilegiorum ad optionem quod attinet fìat inutilis, reponit ipse hanc communicationem genericam ita esse accipiendam, ut privilegia in tantum communicarentur, in quantum essent possibilia, iis nempe exclusis privilegiis quae novorum canonicatuum natura excluderet; legis enim derogatio praesumi non potest. Eo vel magis quod, quum legislator suam censeatur noscere legem, Urbanus Pontifex conditiones non ignorasse est existimandus quas ipse in optionis indulto posuerat. Si igitur melioramentorum necessitati novorum canonicorum in commodum derogare voluisset, id expresse edixisset: nisi expresse edixerit, quod noluerit, legitima coniectura est.

Verum haec omnia argumenta, quae non parum roboris habere videntur si Constitutiones Urbanianae seorsim inspiciantur, corruant necesse est si ipsae Constitutiones una simul sumantur, atque inter se se comparentur et concordentur, ut iuris interpretis officium est. C. *Cum expediat,* 29, *de élection,* in 6; L. *un. de insuffle, dot.;* L. *Non est novum,* 25 et seq. ff. *de legibus.* Arg. L. *Non ad ea* ff. *de condition, et demonstrat,* iuncta Glossa v. *Praesens,* ei L. *Cum hic status,* § 1, ff. *de donationib. inter virum et mulier,* ex c. *Exiit, § Imprimis,* v. *Nos obscuritatem, de verb. signif.* Card. Tuschus, Litt. C. *Conci.* 1036, n. 4. et seqq., Barbosa *Axiomat.,* 60, n. 5 Reiffenstuel, L. I, Decr. *Proem.,* n. 201-204, Tit. II, n. 492-498, Savigny. *Sisl. Dir. Rom.,* § 33, seqq.

Iamvero Constit. Urbani VIII anno 1624 lata ita se habet: «... Quod « de coetero perpetuis futuris temporibus tam dignitates quam canoni- « catus et praebendas, eiusdem ecclesiae pro tempore obtinentes pinguio- « res praebendas quotiescumque eas de caetero vacare contigerit optare, « canonicatus vero et praebendas obtinentes huiusmodi ad dignitates « ascendere easque similiter optare libere et licite possint et valeant « apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus.

« Decernentes eos ex dignitates ac canonicatus et praebendas prae- « dictas obtinentibus huiusmodi, qui in eisdem dignitatibus, ac cano- « nicatibus, et praebendis per eos pro tempore obtentis, tam quoad « illorum reditus, quam quoad fabricam et alia huiusmodi, aliqua me- « lioramenta in illorum utilitatem et comoditatem non fecerint, optione « ac concessione et indulto nostris praescriptis frui ac gaudere minime « posse... ».

Exinde autem patet haec melioramenta facienda *in dignitatibus et praebendis,* tam quoad illarum reditus, quam quoad fabricam et alia huiusmodi, non equidem esse rationem et titulum iuris optaudi, ut firmavit sententia appellata, sed tantum *conditionem sine qua non* pro obtinentibus dignitates, canonicatus, et praebendas praedictas. Notanter vero Nos addimus: *pro obtinentibus dignitates, canonicatus, et praebendas praedictas;* id enim expresse cavetur in ipsa Constitutione.

Posterior vero Constitutio eiusdem Urbani VIII, anno 1633 data, qua ipse, ultra dignitates ac decem in ecclesia Melevitana erectos et institutos canonicatus et praebendas, mandavit erigenda unum et unam Theologalem ac alios quatuor Canonicatus totidemque praebendas, haec ad rem nostram quod attinet, habet: «... et singulis... privilegiis, prae-
« eminentiis, praerogativis, aut lationibus, indulgentiis, favoribus, gratiis
« et indultis universis, quibus alii antiqui canonici praedicti de iure, usu,
« consuetudine, privilegio aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur... uti,
« frui... possunt et poterunt quomodolibet in futurum similiter et pari-
« formiter ac sine ulla prorsus differentia in omnibus et per omnia
« perinde ac si praedicti canonicatus et praebendae in limine fundationis
« et erectionis ipsius ecclesiae et antiquorum canonicatuum et praeben-
te darum praedictarum canonice erecti fuissent... sic erectis et institutis
« pro congrua eorum dote... mille scutata annua monetae huiusmodi
« ex reditibus ecclesiae seu fabricae... annuatim persolvenda... ».

Conferendo igitur inter se has duas Constitutiones, aperte colligitur:

1. Praebendas, de quibus Pontifex loquitur in priori Constitutione, ex bonis immobilibus constitutas esse; praebendas vero, de quibus in posteriori Constitutione, in certa summa consistere.

2. Urbanum VIII tum de iure (Reiff., *cit. Proem.,* n. 213-216, L. I, Tit. II, n. 491), tum de facto gnarum fuisse ius optionis pro canonicis qui praebendam in bonis immobilibus possidebant, alligasse conditioni ut in iisdem praebendis aliqua melioramenta inducerent.

3. Ipsum equidem intellexisse quod omnes intelligunt, nempe canonicos secundae erectionis non posse satisfacere conditioni de melioramentis faciendis, prout continetur in priori Constitutione, praebendas nempe in bonis immobilibus consistentes meliorando.

4. Ipsum omnino tacuisse in posteriori Constitutione conditionem de melioramentis faciendis.

5. Et e contra expressis et claris verbis ad canonicos secundae erectionis indultum optionis extendisse; hoc enim evidenter continetur in iis generalibus et amplissimis verbis, quibus indistincte utitur in

posteriori Constitutione, *arg.* e# Reiff, cit. Lib. I; Tit. II, n. 398. Ipse igitur voluit ut canonici secundae erectionis similiter et pariformiter ac antiquiores gauderent iure optionis, per Constitutionem anni 1624 concesso; quorsutn enim sunt verba, nisi ut demonstrent voluntatem dicentis? *arg. ex L.* 7, *De Suppl. leg.*

Quapropter iis omnibus consideratis, concludendum est Urbanum VIII vel ius optionis pro canonicis secundae erectionis nullimode alligasse conditioni de melioramentis faciendis, vel hanc conditionem accipiendam esse et intelligendam secundum subiectam materiam, et secundum finem a Pontifice intentum.

Iamvero non primum, sed alterum est omnino tenendum ut rectae interpretationi consonum.

Nam generatim loquendo, iura iuribus quantum fieri potest sunt concordanda, neque eorum correctio est asserenda sine necessitate. Ita communis : et habetur espressum in c. *Gum expediat,* 29, *de élection, in 6,* ibi: *Cum expediat concordare iura iuribus, et eorum correctiones, si sustineri valeant, evitari.* Concordat test, in L. *un. De insuffle, dot.* ibi: *Leges legibus concordare promptum est,* cum similibus. Et huic L. *Non est novum,* 25 et seq. ff. *de legibus* generaliter sancitur, ad evitandam iurium correctionem leges priores esse trahendas et explicandas per posteriores, et contra has per priores, illis verbis: *Non est novum ut priores leges ad posteriores trahantur,* etc. *Sed et posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariae sint.* Reiff., *cit. Proem.,* n. 201.

Item secundum materiam subiectam verba sunt intelligenda et interpretanda, ut res de qua agitur potius valeat, quam pereat, Glossa, in c. *Cum nuper,* 23, v. *Mutuo adversantibus. De offic, delegai,* et Doctores communiter; ac patet ex c. *Abbatem* 5 de Verb. signif. ibi: *Profecto sic intelligenda sunt illa verba, ut res de qua agitur valere possit potius, quam perire.* Concordat textus expressus *L. Quoties iu actionibus ff. de rebus creditis, et L.* **1,** § 1, C. *De rei uxor. action,* cum similibus. Et hoc adeo verum est ut verba sint improprianda et intelligenda secundum subiectam materiam, ut evitetur absurdum, c. *Solitae §. Verum de Maior, et obed.* Item, ne verba remaneantsuperfl.ua: verba enim debent aliquid operari, nec esse superflua; c. *Si Papa* 10. de Privileg, in 6, ibi: Cum verba aliquid operari debeant: et c. *Si a iudice* 10, *de appellat,* in 6 cum concordantiis ibidem a Glossa, *vers. Gum-effectu,* allegatis, Reiff, cit., Lib. I, Tit. II, n. 394-396.

Ut igitur indultum optionis concessum canonicis novae erectionis valeat, et aliquid operetur, atque ut evitetur absurdum, conditio Urbaniana de melioramentis faciendis intelligenda est secundum subiectam

materiam, quantum fieri potest pro conditione eorum canonicorum, ita ut sufficiant melioramenta inducta circa bona ecclesiae cathedralis Melevitanae et mensae communis capitularis.

Hoc autem est omnino consonum menti ipsius Urbani VIII. Non enim putandum est ipsum sollicitiorem fuisse de praebendis, quam de divino cultu in ecclesia, eo praesertim quia, ut expresse legitur, in ipsa sua Constitutione anni 1624 eius mens fuit ut *divini cultus in eadem ecclesia,* ac dignitatum, nec non canonicatuum et praebendae indemnitati et augmento consuleretur. Prima enim regula, ut cum communi docet Pirhing., L. I, Decr., Tit. II, n. 104, in interpretatione legum est non tam verba spectanda esse, quam mentem et voluntatem, seu intentionem legislatoris, quae est veluti anima legis, a qua haec omnem vim obligandi habet, L. *scire,* 17*ii.de legibus,* L. *Non dubium,* 5 C. *ead. reg. ult.*, in 6. C. in his 15, ibi: *cum non intentio verbis, sed verba intentioni debeant deservire,* etc. Colligitur autem ea mens et voluntas tum ex materia legis, tum ex circumstantiis, praecipue vero ex fine et causa, sive ratione motiva ob quam lex fertur, Layman. L. I, Tract. 4, c. 18, num. 4.

Factum vero quod attinet, canonicum Mifsud bona meliorasse, seu reditus auxisse ecclesiae Melevitanae et mensae capitularis, demonstratum fuit in sententia appellata, et magis magisque confirmatum ex novis probationibus in secunda instantia deductis.

Exinde patet quoque responsio ad argumenta patroni appellantis. Non enim concedendum est Pontificem siluisse de optione concedenda vel neganda, quum novi Canonicatus fundati sunt. Nam Urbanus VIII canonicis novae erectionis omnia indulta et privilegia et iura generaliter et indistincte concessit ac canonicis antiquioribus, nec ius optionis excepit, cum potuisset excipere. « Ius autem generaliter et indistincte
« loquens, generaliter et indistincte intelligitur. Sive, ut aliis terminis tra-
« dunt Doctores, *verba generaliter sunt intelligenda.* Haec regula habetur
« clare in c. *Quia circa, 22 de privileg,* addita hac ratione: *Cum nihil
« exceperit, et poterat excepisse* ». Reiff, cit., L. I, Tit. II, n. 398.

Quo posito, si urgenda esset argumentatio patroni appellantis de impossibilitate adimplendae conditionis Urbanianae in canonicis secundae erectionis, concludendum esset eam minime imposuisse Urbanum VIII canonicis secundae erectionis, seu constitutionem priorem, hac ex parte, derogasse. Nam indultum optionis Urbanus VIII in posteriori Constitutione expressit, conditionem vero de melioramentis tacuit. Hinc valeret regula: *Legislator quod voluit expressit, quod noluit tacuit.* Ex C. 12, *Be decim.*, C. 2, § 1, De *transí, episc.* Item nova lex seu Constitutio Principis tollit priorem sibi directe contrariam, etiamsi de ipsa non faciat

mentionem. Ita communis Doctorum, estque clare decisum cap. 1, de Constitut, in 6. Reiff, cit, L. I, T. II, n. 491. Ad eandem quoque conclusionem deveniendum esset si conditio Urbaniana, ut ipse asserit, prorsus et absolute incompatibilis esset cum natura canonicatuum novae erectionis.

Neque efficacius est argumentum ductum ex Bulla Urbani VIII, data anno 1638, qua privilegium confirmavit optionis, servata in omnibus et per omnia illarum (litterarum) forma, nam, ut evidens est, Pontifex loquitur de forma litterarum, quarum exsecutorem constituerat Ordinarium Melevitanum.

Item cogens non est argumentum ductum ex observantia, qua evenit ut duorum saeculorum spatio nunquam canonici secundae erectionis ius optionis exercuerint. Nam privilegia affirmativa, quae sunt merae gratiae atque in nullius gravamen cedunt, per merum non usum nunquam amittuntur, Pirhing, L. V, Tit. 33, n. 176, Reiff., eod. tit., n. 209; Glossa in c. *Ut privilegia,* eod. tit. Quodsi optionis privilegium consideretur concessum cum gravamine aliorum, quod minime tamen esset concedendum, ad hoc ut amitteretur per non usum, in primis, ut cum communi docet Reiffenstuel cit., n. 205, requireretur quod fuerit occasio utendi privilegio, et tamen eo usus non fuerit privilegiatus : haec enim ubi deest, non amittitur privilegium, etsi per mille annos nullus exerceatur actus privilegii, *arg.* L. *Artilicinius ff. de servit, rust. praed.* In casu autem, defuisse hanc occasionem, ex actis constat. Imo, quod maximum est, optandi facultas alicui competens, ei per contrariam observantiam non censetur oblata, nisi doceatur illum optare volentem fuisse impeditum et succubuisse. Rota Rec. Decis. 596, n. 12, part. 18, tom. 2, et arg. Coram Crescentio Decis. 195, n. 24, 25, tom. 2.

Item impugnat patronus appellantis eam argumentationem sententiae appellatae, qua retinuit canonicum Mifsud ex bene acta administratione bonorum ecclesiae suam praebendam indirecte meliorasse « quamvis « a canonico Mifsud praebenda possideatur, quae est pars mensae com- « munis, tamen indirecte meliorari posse, augendo massae reditus »; in quo etiam contendit errorem facti irrepsisse, quia non de massa, sed de mensa communi agitur in casu. Verum concedimus quidem relationem eapitularem loquutam fuisse de mensa capitulari. Num autem in casu requiratur ut canonici secundae erectionis melioramenta inducant, quocumque tandem modo, in suas praebendas; an potius sufficiat ut melioretur fabrica ecclesiae et mensa capitularis, ex dictis liquet.

Sed et alium esse in sententia appellata errorem facti contendit, quum commissariorum relationem de munere procuratoris gratuito a

canonico Mifsud expleto « senza suo guiderdone, ma con grande suo «disagio» ut ventati consentaneum adscivit, dum e contra est documentum Capituli auctoritate firmatum, unde constat canonicum Mifsud data mercede procuratoris partes egisse. Verum expresse notavit sententia appellata se retinuisse indifferens esse, utrum melioramenta fiant ex obligatione, puta ex munere procuratoris, an secus. Quinimo ex relatione facta a Cancellario Capituli sub die 12 iulii 1912, patet canonicum Mifsud non solum auxisse reditus ecclesiae et Capituli, sed etiam cooperatum fuisse in augendis et servandis *aliis praebendis,* eaque omnia non egisse tanquam procuratorem, et data mercede vel emolumento.

Iuris quoque errorem irrepsisse in sententia appellata, affirmat patronus appellantis, dum suam interpretationem dixerunt iudices iuridicam, quia « Capitulum quoad iura concessa collegio est interpres et « exsecutor propriorum statutorum, sive a se conditorum, sive a legi« tima potestate concessorum, non minus ac est statutorum conditor ». Verum haec verba sententiae, quoad interpretationem statutorum, non sunt captanda. Equidem enim Capitulum non est authenticus interpres statutorum eorum quae a seipso non sunt condita; sed, in casu, Capitulum in admittenda optione canonici Mifsud recte interpretatum fuisse et exsequutum statuta a legitima auctoritate concessa, post ea quae dicta sunt, non est ambigendum.

Demum opponi nequit agi in casu de praebenda reservata, quaeque proinde optari nequit. Nam vacatio praebendae in casu retrotrahenda est ad mortem sacerdotis Ebejer, quia eiusdem possessio obtenta a sac. Grech nunquam fuit pacifica, sed semper impugnata.

Ad ultimum dubitatum fuit utrum canonicus Mifsud ab optando impediretur, ex eo quod coadiutorem habuerit et habeat.

Verum factum quod attinet, constat 1) canonicum Mifsud, quamvis coadiutorem habuerit, satis et sufficienter diligentem fuisse in choro frequentando ; 2) praxim et consuetudinem vigere in Capitulo Melevitano, qua omnes canonici, sive coadiutorem habeant, sive non, indifferenter ad optandum admittuntur, dummodo non desint ceterae conditiones.

Ius vero quod attinet, notandum est quod: 1) Canonistae illi quoque, qui negant coadiuto ius optionis quando praebendae sunt inseparabiliter adnexae titulo canonicali, hanc admittunt in casu favorabilis consuetudinis, ex traditis a Pitonio *Discep. eccles. 10;* 2) in optionibus potissimum sunt servanda statuta Capituli; Rota, *Rec. Dec. 571, n. 7, p. 4, tom. 3.* Capitulum enim inducere potest optandi modum, Rota. *Rec. Decis. 308, num. 5, p. 17.* Et optio cum primis regulatur consuetudine, arg. Rota, *Rec. Dec. 99, num. 25, part. 10;* 3) ius optionis non amittit coadiutus,

non obstante coadiutoria, ut constanter tenuit Rota in una *Salmantina. Portionis* 15 octob. 1584, coram Vicecomite, et in *Urgellen. Canonicatus,* 9 maii 1593, coram Bianchetti, et *Bec. Decis. 140,* num. 18 et 19, part. 4, tom. 2.

Quibus omnibus tum in facto, quum in iure consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, ita ad propositum dubium : *An sententia rotalis diei 12 augusti 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* respondemus, atque definitive sententiamus: *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Expensas vero iudiciales compensandas esse inter partes, excepta taxa pro sententia, quae ex integro erit solvenda a canonico Ciappara.

Ita pronunciamus et definitive sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectant, ut exsequutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Ref.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Sac. T. Tani, *Not. S. R. Rotae.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

L

AD R. P. D. PIUM MARCELLUM BAGNOLI, MARSORUM EPISCOPUM, OB FILIALE VENERATIONIS OBSEQUIUM AB ALUMNIS SEMINARII PRAEFATAE DIOECESEOS BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Oli alunni del Seminario diocesano hanno inviato al Santo Padre, nella lieta ricorrenza del Suo onomastico, un nobile Indirizzo di venerazione, di affettuosa obbedienza e di auguri devoti.

Secretaria Status.

L'augusto Pontefice si è compiaciuto dei sentimenti espressi dai suddetti seminaristi, e se ne rallegra con **V.** S. Illma e Revma, per incoraggiarla a continuare ed a perfezionare generosamente l'opera, santa, incominciata a favore del clero e dell'intera diocesi.

Ed a questo fine il Santo Padre, invocando l'abbondanza delle grazie celesti, imparte di cuore a **V.** S., ai superiori ed agli alunni tutti del Seminario l'implorata benedizione apostolica.

Con sensi della più sincera stima passo, dopo ciò, al piacere di raffermarmi

di **V.** S. Illma e Revma

Roma, 27 marzo Ì913.

Servitore

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

IL

AD R. P. D. IOANNEM VINCENTIUM TASSO, AUGUSTANORUM EPISCOPUM, QUI BEATISSIMO PATRI EXEMPLAR ACTUUM SYNODI DIOECESANAE, TAMQUAM FILIALIS OBSEQUII VENERATIONISQUE SPECIMEN, OBTULIT.

Di vero gradimento è riuscito al Santo Padre il volume degli Atti del Sinodo tenutosi, nell'agosto p. p., in cotesta città, che **V.** S. Illma e Revma Gli ha offerto con sensi di filiale venerazione.

Ringraziandola di questo riverente omaggio, l'augusto Pontefice fa voti che le deliberazioni prese durante il Sinodo, venendo tradotte diligentemente in atto, riescano di grande vantaggio spirituale al clero ed ai fedeli alle di Lei cure affidati.

Sua Santità ha rilevato altresì con piacere come la S. V. molto opportunamente abbia aggiunto, quale Appendice, alle Costituzioni Sinodali una copiosa raccolta di Atti della S. Sede e di altri documenti i quali potranno, così, tornare senza dubbio di grande utilità al clero.

Godo significarle che il Santo Padre ha parimenti gradito 1' esemplare della versione in francese, per uso della diocesi di Aosta, del nuovo « Catechismo », coi « Primi Elementi della dottrina cristiana », e sono in pari tempo lieto di aggiungere che Sua Santità invia con effusione di animo l'implorata apostolica benedizione alla S. **V.,** al clero ed ai fedeli dell'intera diocesi.

Aggiungo i miei personali ringraziamenti per gli esemplari del Sinodo e della versione del Catechismo, cortesemente destinatimi, e profìtto ben volentieri dell'incontro per raffermarmi, con sensi di sincera stima

di **V.** S. Ulm a e Revma

Roma, **8** aprile **1913.**

Servitore

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

III.

AD R. P. D. ELECTOREM I. SEVIN, LUGDUNENSIÜM ARCHIEPISCOPUM, PRIMO CONDITO SAECULO A NATIVITATE FRIDERICT OZANAM.

11 a été bien agréable au Saint-Père le Pape Pie X d'apprendre par les lettres de Votre Grandeur le noble projet formé par Vous, par le clergé et les catholiques de votre diocèse d'adresser à Dieu des actions de grâces pour la fécondité des exemples et la vitalité des œuvres laissées par le chrétien illustre que fut Frédéric Ozanam. 11 est naturel que ces fêtes se déploient, à l'occasion du centenaire de sa naissance, dans la cité de Lyon, si glorieuse dans le passé, comme dans le présent, pal-les manifestations de sa foi et de sa charité. C'est, en effet, dans le sein de l'antique église primatiale des Gaules, sous les influences de la dévotion à la Vierge Marie et dans la pratique si touchante de la visite des pauvres, que Dieu a tout d'abord préparé cette âme généreuse et qu'il a déposé en elle les grâces initiales pleines de merveilleuses promesses.

Le grand chrétien dont vous allez exalter le mérite était profondément convaincu, en face du péril social qu'il voyait grandissant toujours, que le salut de la société doit venir de la religion de Notre-Seigneur Jésus-Christ et du retour aux enseignements et aux pratiques de l'Évangile. Il sut mettre avec vaillance au service de la vérité et de la charité chrétiennes les richesses d'âme dont il était redevable à la nature et à la grâce.

Toujours soumis à l'Église, il a conçu et réalisé un modèle d'œuvre catholique et sociale qui, dans le soulagement des misères humaines, recherche avant tout, à l'aide de la prière et des sacrements, la per-

fection surnaturelle de ceux qui s'y dévouent, comme de ceux à qui elle s'adresse. C'est sur ce fondement, étranger à toute compromission, que les Conférences de Charité sous le patronage de saint Vincent de Paul, dont Frédéric Ozanam fut le principal initiateur et organisateur, de grain de sénevé sont devenues rapidement un grand arbre étendant ses branches chargées de fruits sur tant de régions de l'Église catholique: exemple puissant pour tous ceux qui s'efforcent de mettre une vie agissante au service de Dieu et du prochain.

Le Saint-Père fait des vœux afin qu'il se lève de plus en plus, au milieu de vous, une génération de jeunes gens et d'hommes résolus à marcher sur les traces d'Ozanam et de ses compagnons. Il demande à Dieu que ces valeureuses phalanges soient pleines d'enthousiasme dans leurs convictions, disciplinées pourtant dans leurs méthodes, informées des dangers de leur époque, préservées des conceptions chimériques, entièrement disposées, dans la pleine possession des traditions de l'apostolat chrétien, à faire rayonner autour d'elles une action sainte et salutaire pour l'éveil de la foi et les victoires de la charité.

Comme gage des faveurs célestes, le Souverain Pontife envoie de tout cœur la bénédiction apostolique aux organisateurs des fêtes prochaines et à tous ceux qui y prendront part. Il bénit en votre personne le chef du diocèse; Il bénit son Éminence le cardinal de Cabrières, à qui vous avez offert la présidence des fêtes; Il bénit les Evêques qui assisteront aux cérémonies; Il bénit le clergé, le peuple fidèle et, avec une toute particulière bienveillance, vos sociétés de Conférences de saint Vincent de Paul.

Avec mes vœux personnels pour le succès de vos fêtes, veuillez agréer, Monseigneur, l'expression de mes sentiments bien dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 10 avril 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 29 aprile 1913, nel palazzo apostolico Vaticano, fu tenuta la Congregazione Ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali, componenti la medesima, è stato sottoposto il dubbio sulla introduzione della causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Pietro Donders, sacerdote professo della Congregazione del santissimo Redentore.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

7 marzo 1913. — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore della Congregazione delle Suore della sacra Famiglia di Nazaret.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

4 maggio 1913. — Mons. Giuseppe Ernesto Menten, della diocesi di Ruremonda.

Prelati Domestici di S. S.:

18 aprile 1913. — Mons. Emiliano Dubois, vicario generale dell'archidiocesi di Tolosa.

— Mons. Giovanni Raynaud, vicario generale della stessa archidiocesi.

— Mons. Guglielmo Saturnino Assieu, vicario generale della medesima archidiocesi.

— Mons. Francesco Saverio Delpech, arciprete delia Metropolitana di Tolosa.

20 aprile. Mons. Amedeo Gouin, vicario generale della diocesi di Le Mans.

26 aprile. — Mons. Lodovico Balics, vicario gen della diocesi di Giavarino.

26 aprile. — Mons. Antonio Balits, canonico della stessa diocesi.

27 aprile. — Mons. Mattia Vesely, canonico del regio collegio capitolare di Vysehrad, nella diocesi di Budweis.

1 maggio 1913. — Mons. Augusto Brehm, consigliere e decano della cattedrale di Spira.

— Mons. Conrado Mangóla, della diocesi di Rottenburg.

3 maggio. — Mons. Enrico Frémaux, curato-decano a Lilla.

— Mons. Edmondo Pietro Jaspar, dell'archidiocesi di Cambrai.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

21 aprile 1913. — Mons. Ercolano Giampieri, dell'archidiocesi di Zara.

— Mons. Vincenzo Miossevich, della medesima archidiocesi.

— Mons. Angelo Piasevoli, della medesima archidiocesi.

25 aprile. — Mons. Lorenzo Kotecki, della diocesi di Posen.

— Mons. Giuseppe Surzynski, della medesima diocesi.

— Mons. Stanislao OkoniewsM, della medesima diocesi.

26 aprile. — Mons. Carlo Walterbach, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

2 maggio. — Mons. Prospero Wenck, dell'archidiocesi di Torino.

3 maggio. — Mons. Carlo Fritz, dell'archidiocesi di Friburgo (Germania).

— Mons. Vincenzo Schweitzer, della diocesi di Rottenburg.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

14 aprile 1913. — Mons. Francesco Hermann, della diocesi di Sirmio e Bosnia.

— Mons. Ernesto Filippi, della diocesi di Poggio Mirteto.

19 aprile. — Mons. Massimino Corsi, vicario generale della diocesi di Bovino.

25 aprile. — Mons. Stefano Paar, della diocesi di Già varino.

26 aprile. — Mons. Giuseppe Pichler, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

— Mons. Pietro Winkler, della medesima archidiocesi.

29 aprile. — Mons. Gaspare Mazur, della diocesi di Tarnovia.

— Mons. Andrea Sekowiski, della medesima diocesi.

— Mons. Ladislao Chendynski, della medesima diocesi.

— Mons. Serafino Banfi, della diocesi di Southwark.

30 aprile. — Mons. Felice Józefowicz, dell'archidiocesi di Leopoli (rit. lat.).

3 maggio. — Mons. Giacomo Federico Bussereau, della diocesi di Spira.

Cappellani d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

18 aprile 1913. — Mons. Paolo Gregor, della diocesi di Gnesen e Posen.

— Mons. Giovanni Nepomuceno Amschl, della diocesi di Secovia.

25 aprile. — Mons. Eugenio Dodek, della diocesi drGiavarino.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

27 aprile 1913. — Il Sig. conte Francesco Kwilecki, della diocesi di Posen.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

29 marzo 1913. — Il Sig. avvocato Francesco Houtart, di Bruxelles.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 aprile 1913. — Al Sig. comm. Costante Groussau, professore di diritto all'Università cattolica di Lilla.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

28 aprile 1913. — Al Sig. comm. dott. Girolamo Kölle, prefetto di sezione nell'I, e R. Ministero di agricoltura a Vienna.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 aprile 1913. — Al Sig. barone Giuseppe de Coppin de Grinchamps, della diocesi di Namur.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

1 aprile 1913. — Al Sig. Sebastiano de Probizer, console d'Austria-Ungheria in Rustschuck (Bulgaria).

27 aprile. — Al Sig. prof. Michele Zavadlal, ispettore delle scuole medie della Dalmazia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 maggio 1913. — Ai Signori: Camillo Caron-Bonnel, - Claudio Charvet-Lesaffre, - prof. Maurizio Vanlaër, - Giulio Billiet, - Enrico Mabille de Poncheville, - Paolo Lambert-Destailleurs, - e Carlo Edme Maria Giuseppe Jeanson, dell'archidiocesi di Cambrai.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 aprile 1913. — Al Sig. Francesco Niederwieser, dell'archidiocesi di Monaco (Baviera).

— Al Sig. Edoardo Darwiot, della diocesi di Dijon.

NECROLOGIO.

10 maggio 1913. — Mons. Antonio Pitera, vescovo titolare di Auzia.

13 maggio. — Mons. Emmanuele Battista da Cunha, arcivescovo di Braga.

Annus V. - Vol. V. Die 9 Iunii 1913. Num. 9.

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI DE BANGUELO, TERRITORIO NYASSENSI IN DUAS PARTES SEPARATO.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Magno est semper Nobis solacio, quod ferae incultaeque gentes, quae prius in tenebris et in umbra mortis sedebant, tanto numero ad Christi fidem convertantur, ut necesse sit novas pro eis condere Missiones. Iucundo igitur accepimus animo dominicum gregem ita in latissimo apostolico vicariatu Ny assensi crevisse, ut opportunum videatur haud parvam ex illo regionem seiungere, in qua proprii pastores spirituale suis ovibus pabulum facilius ac satius praebere queant. Universa itaque huiusmodi re cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. christiano Nomini Propagando praepositis sedulo perpensa, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum litterarum vi, territorium Nyassense, ad occidentem versus usque ad civilia anglo-belgica confinia prolatum, per displuvii lineam inter Luangua et Chambezi flumina exsistentem, ac dein per decimum tertium australis latitudinis gradum in duas partes dividimus et separamus, quarum alteram ad meridiem iacentem antiquo Nyassae nomine dici iubemus, alteram vero ad boream in proprium Vicariatum Apostolicum cum omnibus et singulis iuribus, honoribus, privilegiis et indultis quae ad Missiones pertineant, erigimus et constituimus, eumque « de Banguelo » decernimus appellari. Ut autem

ex hoc novo vicariatu non minus uberes christianae religionis ac vitae fructus percipiantur, pari auctoritate Nostra, eum curis Congregationis Missionariorum ad Afros committimus, qui iam, exantlatis in eadem regione laboribus, praeclara actuosi studii et frugiferae sollertiae testimonia exhibuerunt. Decernentes praesentes Literas firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque in praemissis per quascumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ac ceteris omnibus etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvni ianuarii MDCCCCXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

L. £g S. *a Secretis Status.*

IL

PRAEFECTURA APOSTOLICA TRIPOLITANA IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR, TITULO DE LIBYA DISTINCTUM.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Mandatum illud quod Apostolis suis Salvator noster dedit inquiens « Euntes docete omnes gentes », supremum Nos in terris Apostolatum divinitus obtinentes adigit, ut omni cura et studio christianae Fidei incremento consulamus. Iamvero cum opportunum videatur, quo validius divini nominis gloria in Africa septentrionali promoveatur atque christifideles ad oras Libycas degentes uberiora suscipiant incrementa salutis, ut praefectura apostolica Tripolitana in vicariatum apostolicum constituatur, Nos collatis consiliis cum **VV.** FF. NN. S. R. E. Cardd. negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infrascripta sunt, decernimus, statuimus, edicimus. Itaque motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Praefecturam

Apostolicam Tripolitanam in Vicariatum Apostolicum, proprio antistiti committendum, erigimus. Praeterea volumus ut novus idem vicariatus eodem territorio constet quo vetus praefectura, eisdemque limitibus circumscribatur; nomen autem ipsi a Libya facimus. Decernentes praesentes Literas firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxin februarii MDCCCCxin, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

L.- I$! S. *a Secretis Status.*

III.

ERIGITUR NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS, TITULO DE PIANARANTSOA DISTINCTUS, IN INSULA MADAGASCAR.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Ecclesiarum omnium cura Nobis divinitus commissa illud praecipue postulat ut, in quaslibet catholici Orbis partes mentis Nostrae oculos coniicientes, quae christiano populo utilitati et incremento futura esse cognoverimus, ea, suprema Nostra usi auctoritate, mature paremus. Itaque, quum censeamus, si vicariatus apostolicus de Madagascar centrali dividatur, uberiores facile fructus ea in insula ferri posse, Nos, postquam hac de re cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Propagandae Fidei praepositis consilia contulimus, motu proprio, certa scientia et matura deliberatione Nostra atque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum litterarum vi a territorio vicariatus apostolici de Madagascar centrali regionem meridionalem subtrahimus, atque in Vicariatum Apostolicum, titulo de Fianarantsoa distinctum, erigimus, eumque curis sacerdotum Societatis Iesu concredimus, statutis limitibus qui sequuntur: ad septentrionem XX gradus latitudinis usque ad

fines provinciae civilis dictae de Autsirabe, dein limites australes eiusdem provinciae usque dum pertingunt denuo XX gradum latitudinis, hoc servato ad oceanum usque Indicum; ad orientem oceanus ipse Indicus a XX ad XXII gradum latitudinis; ad meridiem vicariatus apostolicus de Madagascar meridionali; ad occidentem mare Mozamhiquense a XX ad XXII gradum latitudinis. Volumus autem ac iubemus omnia quae hisce Litteris Nostris statuimus ac declaramus, rata et firma uti sunt, ita in posterum esse; irritumque et inane futurum decernimus quidquid super his a quoquam, quavis auctoritate, contigerit attentari, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die x maii MDCCCCXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

I * ® S.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM.

SODALITATES PROMOVENDIS IUVANDISQUE ECCLESIASTICIS VOCATIONIBUS CONSTITUTAE SPIRITUALIBUS GRATIIS DITANTUR.

Adest profecto providentissimus Deus Ecclesiae suae sanctae, ut mittat opportuno tempore operarios in messem; non dedignatur autem, fideles suos persaepe missionis istiusmodi suscipere cooperatores. Auctor est nimirum piissimi consilii, quo multae exortae sunt per orbem Sodalitates, fovendis, tuendis, iuvandis ecclesiasticis vocationibus. Ex his nonnullae spirituales impetrarunt favores, de Summi Pontificis benignitate, aliae vero quibus gauderent implorarunt. Quia tamen communis est institutorum ratio, Emis Patribus Inquisitoribus generalibus, quibus Ss. Indulgentiarum moderatio pertinet, in solitis comitiis habitis feria IV, die 28 maii, anno 1913, aptior visa est communis omnibus elargitio. Et Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, cui in audientia diei 29 maii,

eodem anno 1913, R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, de his facta est relatio, Emorum Patrum voto adhaerens, concedere dignatus est, ut omnes et singulae Sodalitates quibus praecipuus et immediatus est finis promovere ecclesiasticas vocationes iisque opportunis mediis opitulari, dummodo canonice a Rmis Ordinariis sint erectae vel in posterum erigantur, sequentibus gaudeant Indulgentiis ac privilegio:

I. Indulgentia plenaria:

1) a quolibet christifideli lucranda, die ingressus in Sodalitatem, si confessus ac sacra synaxi refectus, ad mentem Summi Pontificis pias preces fundat;

2) in articulo mortis, a consociatis lucranda, si confessi ac sacra communione refecti, vel saltem contriti, Ssmum Iesu nomen, ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint;

3) diebus festis: Titularis respectivae Sodalitatis; Ss. Apostolorum natalitiis, iuxta decretum S. Congregationis Indulgentiarum, diei 18 septembris 1862; in uno ex tribus singulorum Quatuor Temporum diebus, si consociati, confessi ac sacra synaxi refecti, aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint, et ad mentem ibi Summi Pontificis oraverint.

II. Indulgentia centum dierum, pro quolibet pietatis vel caritatis opere, quod iuxta fines Sodalitatis peragatur a quocumque ex sodalibus.

Hae omnes et singulae Indulgentiae, excepta tamen plenaria in articulo mortis lucranda, animabus quoque in purgatorio degentibus applicari queunt.

III. Tandem idem Sanctissimus declaravit, Missas omnes quae in suffragium animarum sodalium defunctorum celebrantur, ita illis animabus suffragari, ac si in altari privilegiato celebratae fuissent.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

DECRETUM

DE SACERDOTIBUS AD MUNUS DEPUTATI IN GALLIA CONCURRENTIBUS.

Quum sub exitum huius anni finem accipiat in Gallus lex civilis quae vetat ecclesiasticos viros eligi ad munus Deputatorum in aula legislativa Reipublicae et ad alia similia officia, et idcirco sacerdotes in proximis futuris electionibus possint ad illa assequenda concurrere; quaesitum est a nonnullis locorum Ordinariis num adhuc vigeat dispositio a Ssmo D. N. Pio Pp. X data per officium sacrae Congregationis a Negotiis ecclesiasticis extraordinariis die 2 aprilis 1906, qua statutum est nulli sacerdoti licere sese candidatum sistere ad memorata munera absque consensu proprii Ordinarii ac Ordinarii loci ubi se candidatos sistere cupiunt.

Porro audito Consultorum voto et re mature considerata, sacra Congregatio Consistorialis respondendum censuit vigere memoratam praescriptionem pro omnibus cuiusvis ordinis et conditionis ecclesiasticis viris, etiam si forte antea munera praefata fuerint assecuti.

Ssmus autem D. N. iussit hanc resolutionem publici iuris fieri, et ab eis ad quos spectat religiose servari.

Datum Romae e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die 9 maii, anni 1913.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. ^S.

Ioannes Baptista Rosa, *Substitutus.*

IL

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssihus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

26 aprilis 1913. — Cathedrali ecclesiae Matanzensi praefecit sacerdotem Carolum Warren Currier, archidioecesis Baltimorensis.

29 aprilis. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Chaleidensi Revmum D. Carolum Pietropaoli, hactenus episcopum Triventinum et nuper Delegatum apostolicum in ditione Venezuelana renunciatum.

2 maii. — Metropolitanae ecclesiae Viennensi sac. Fridericum Piffl, in saeculo Gustavum, abbatem Lateranensem ac praepositum canoniae Claustroneoburgensis.

7 maii. — Metropolitanae ecclesiae Varsaviensi sac. Alexandrum Kakowski, canonicum Varsaviensem et rectorem academiae ecclesiasticae in civitate Petropoli.

— Titulari ecclesiae archiepiscopali Metymnensi Revmum D. Thomam Fennelly, hactenus archiepiscopum Cassiliensem.

9 maii. — Titulari ecclesiae episcopali Cibyrensi sac. Sigismundum Wartz, professorem theologiae moralis in seminario Brixinensi, quem constituit in Auxiliarem Revmi D. Francisci Egger, episcopi Brixinensis.

14 maii. — Cathedrali ecclesiae Dunkeldensi sac. Robertum Fraser, rectorem collegii Scotorum in Urbe.

15 maii. — Cathedrali ecclesiae Nicosiensi seu Herbitensi R. P. Augustinum Addèo, in saeculo Felicem, ex ordine Eremitarum S. Augustini, priorem in conventu S. Augustini Papiae.

— Titulari ecclesiae episcopali Tiberiensi sac. Iacobum Sinibaldi, canonicum patriarchalis Basilicae Vaticanae, rectorem collegii Lusitani in Urbe.

20 maii. — Cathedrali ecclesiae Venusinae sac. Angelum Petrelli, dioecesis Liciensis, parochum loci vulgo *Arnesano.*

22 maii. — Titulari ecclesiae episcopali Modrensi Rmum D. Stephanum Iulium Gazaniol, hactenus episcopum Constantiniensem.

24 maii. — Titulari ecclesiae episcopali Domitiopolitanae sac. Arthurum Béliveau, parochum cathedralis ecclesiae S. Bonifacii, quem constituit in Auxiliarem Rmi D. Ludovici Philippi Adelardi Lange vin, archiepiscopi S. Bonifacii.

26 maii. — Cathedrali ecclesiae Constantiniensi sac. Iulium Alexandrum Leonem Bouissière, archidioecesis Albiensis, vicarium generalem Oranensem.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

VERSIONES AUTHENTICAE

DECRETI DE MONIALIUM ET SORORUM CONFESSIONIBUS

L

DECRETO

SOBRE LAS CONFESIONES DE LAS MONJAS Y DE LAS HERMANAS.

Habiéndose hasta el presente publicado según las diversas necesidades y circunstancias de los tiempos muchas leyes para regular las confesiones sacramentales de las Monjas y de las Hermanas, ha parecido bien reunirías modificadas en parte y ordenadas en un solo Decreto del tenor siguiente.

1. Por regla general Cada Comunidad así de Monjas como de Hermanas tendrá un solo Confesor ordinario, salvo que el número de Religiosas u otro justo motivo obligue a señalar dos o más.

2. El Confesor ordinario por lo general no permanecerá en el oficio más de tres años. Podrá sin embargo el Obispo o el Ordinario confirfirmarle para un segundo y aun para un tercer trienio:

a) si por escasez de sacerdotes idóneos para tal oficio, no pudiere proveer de otro modo, o

6) si la mayoría de las Religiosas aun comprendidas aquellas que en otros asuntos carecen de voto, conviniere por votación secreta en pedir la confirmación del mismo Confesor. Con todo á las de parecer contrario, si lo desean, se proveerá de otra manera.

3. Varias veces al año dése a cada Comunidad religiosa un Confesor extraordinario al cual todas las Religiosas deberán presentarse, a lo menos para recibir su bendición.

4. Señale el Ordinario para cada casa religiosa algunos sacerdotes a los cuales puedan las Religiosas llamar fácilmente en casos particulares para confesarse.

5. Sea el Ordinario fácil en conceder un especial Confesor o Director a la Religiosa que lo pidiere para tranquilidad de su conciencia o

para mayor aprovechamiento en el camino de la perfección ; vigile sin embargo para que con tal concesión no se introduzcan abusos; y si acaso se introdujeran, elimínelos con prudencia y cautela, salva siempre la libertad de conciencia.

6. Si la casa religiosa está sujeta al Ordinario del lugar, éste elige los Confesores así ordinarios como extraordinarios; pero si estuviese sujeta á Superior Regular, éste presentará los Confesores al Ordinario a quien pertenece otorgarles la facultad de oir confesiones.

7. Para eJ oficio de Confesor ya ordinario ya extraordinario ya especial podrán designarse sacerdotes así del clero secular, como del clero regular previo el permiso de los superiores, con tal sin embargo que no tengan sobre las Religiosas potestad en el foro externo.

8. Estos Confesores deberán haber cumplido cuarenta años de edad y distinguirse por su prudencia e integridad de costumbres : no obstante el Ordinario per justos motivos y gravada su conciencia podrá elegir sacerdotes más jóvenes con que tal que sobresalgan por las predichas dotes.

9. El Confesor ordinario no podrá ser nombrado extraordinario para la misma Comunidad ni de nuevo elegido como ordinario, salvo los casos previstos en el artículo % hasta haber pasado un año desde que cesó en el cargo. El extraordinario podrá inmediatamente ser elegido como ordinario.

10. Guárdense todos los Confesores de Monjas o de Hermanas de entrometerse en el gobierno así interno como externo de la Comunidad.

11. Cuando una Religiosa pida un Confesor extraordinario, ninguna Superiora puede por sí misma o por otros, ni directa ni indirectamente investigar las causas de tal petición, ni con palabras o hechos oponerse a ella, ni de cualquier manera mostrar disgusto: si tal hiciere sea amonestada por el propio Ordinario ; si reincidiera en la falta sea depuesta por el mismo Ordinario, oida antes la Sagrada Congregación de Religiosos.

12. Se prohibe a las Religiosas hablar entre sí de las confesiones de sus hermanas, o censurar a aquellas que se confiesan con otro Confesor diverso del señalado : de lo contrario sean castigadas por la Superiora o por el Ordinario.

13. Si los Confesores especiales, llamados a un monasterio o casa religiosa, advierten que ningún justo motivo de necesidad o utilidad espiritual mueve a las Religiosas a acudir a ellos, despídanlas con prudencia. Se amonesta además a todas las Religiosas que no usen de la

facultad de llamar un Confesor especial, sino para su bien espiritual y mayor adelantamiento en las virtudes religiosas, prescindiendo de toda mira humana.

14. Siempre que las Monjas o Hermanas por cualquier motivo se encuentren fuera de la propia casa, pueden confesarse en cualquier iglesia u oratorio, aun semipublico, con cualquier sacerdote aprobado para oir confesiones de las personas de uno y otro sexo. La Superiora no puede prohibirlo o indagarlo ni aun indirectamente, ni las Religiosas están obligadas a manifestárselo.

15. En caso de enfermedad grave, aun sin peligro de muerte, todas las Monjas o Religiosas pueden llamar a cualquier sacerdote aprobado para oir confesiones; y confesarse con él cuantas veces quisieren mientras dure la gravedad de la dolencia.

16. El presente Decreto deberá ser observado por todas las Comunidades religiosas de mujeres, tanto de votos solemnes como de votos simples y por las Oblatas u otras pias Comunidades que no emiten votos, aun cuando el Instituto fuera sólo diocesano. Obliga también a aquellas Comunidades que están sujetas a la jurisdicción de Prelados Regulares; y si éstos descuidaren la fiel observancia de este Decreto, deberá cuidar de ella el Obispo u Ordinario de aquel lugar, como Delegado de la Sede Apostólica.

17. Este Decreto se añadirá a las Reglas y Constituciones de cada Instituto religioso y será leído públicamente en lengua vulgar una vez al año en el Capítulo de todas las Religiosas.

Por tanto, requerido el parecer de los Eminentísimos Padres Cardenales de la Sagrada Congregación de Religiosos en la plenaria celebrada en el Vaticano el 31 de Enero de 1913, nuestro Santísimo Padre el Papa Pio X, oida la relación del infrascrito Secretario, se dignó aprobar en todas sus partes y confirmar el presente Decreto, ordenando que se publicase y que en adelante fuese puntualmente observado por todos aquellos a quienes se refiere.

Sin que obste cosa alguna en contrario, aun merecedora de especial e individual mención.

Dado en Roma en la Secretaría de la Sagrada Congregación de Religiosos el dia 3 de febrero de 1913.

Fr. J. C. CARD. VIVES, *Prefecto.*

L. « S.

f Donato, Arz. de Efeso, *Secretario.*

IL

DEKRET

ÜBER DIE BEICHTEN DER KLOSTERFRAUEN MIT FEIERLICHEN SOWOHL WIE MIT EINFACHEN GELÜBDEN.

Nachdem bis jetzt, entsprechend den Bedürfnissen und Umständen, viele Gesetze behufs Regelung der sakramentalen Beichte der Schwestern mit feierlichen sowohl wie mit einfachen Gelübden erlassen worden sind, schien es nunmehr angezeigt, dieselben zu ordnen und mit einigen Abänderungen in ein einziges Dekret mit folgendem Wortlaute zusammenzufassen :

1. Für jede Kommunität von Schwestern mit feierlichen sowohl wie mit einfachen Gelübden soll in der Regel nur ein ordentlicher Beichtvater aufgestellt werden; es sei denn, dass die grosse Anzahl der Schwestern oder irgend ein anderer triftiger Grund es notwendig machte, dass zwei oder mehrere aufgestellt würden.

% Der ordentliche Beichtvater darf in der Regel nicht über drei Jahre im Amte verbleiben. Dessenungeachtet kann ihn der Bischof oder Ordinarius zum zweitenmal oder auch zum drittenmal auf weitere drei Jahre bestätigen:

a) wenn er wegen Mangels an Priestern, die für ein solches Amt geeignet sind, nicht anders vorsehen kann, oder

b) wenn die Mehrheit der Schwestern, mit Einschluss auch derjenigen, die in anderen Fällen kein Stimmrecht haben, in geheimer Abstimmung um die Bestätigung bitten, vorausgesetzt jedoch, dass für jene, die nicht dafür stimmen, wenn sie es wünschen, in anderer Weise vorgesehen wird.

3. Mehrmals im Jahre gebe man jeder religiösen Kommunität einen aussergewöhnlichen Beichtvater, dem alle Schwestern sich stellen müssen, wenigstens um den Segen zu empfangen.

4. Für jede religiöse Niederlassung müssen vom Ordinarius einige Priester bezeichnet werden, die von den Schwestern in Einzelfällen behufs Ablegung der hl. Beichte leicht gerufen werden können.

5. Wenn irgend eine Schwester, sei es zur Beruhigung ihres Gewissens, sei es um in der religiösen Vollkommenheit grössere Fortschritte zu machen, einen besondern Beichtvater oder geistlichen Leiter verlangen sollte, so soll dieser ihr vom Ordinarius ohne Schwierigkeit gewährt werden ; nichtsdestoweniger wird dieser darüber wachen, dass aus

einem solchen Zugeständniss keine Missbräuche erwachsen, und wenn ein Missbrauch erwächst, soll er auf kluge Weise Sorge tragen, ihn zu beheben, doch so, dass die Gewissensfreiheit immer gewahrt bleibt.

6. Wenn die religiöse Niederlassung dem Ordinarius des Ortes unterworfen ist, wird dieser die betreffenden Priester für das Amt des ordentlichen sowohl als des ausserordentlichen Beichtvaters wählen; wenn sie hingegen einem Ordensobern unterworfen ist, wird dieser die Priester für das Amt eines Beichtvaters dem Ordinarius des Ortes präsentieren, dessen Sache es ist, ihnen die Vollmacht zum beichthören zu erteilen.

7. Mit dem Amte eines Beichtvaters, sei es des ordentlichen, ausserordentlichen oder besondern, können sowohl Weltpriester als auch, mit Erlaubniss ihrer Oberen, Ordenspriester betraut werden, vorausgesetzt jedoch, dass sie nicht über die Schwestern Vollmacht im äussern Rechtsbereich haben.

8. Diese Beichtväter müssen das 40. Lebensjahr vollendet haben und sich durch einen unbescholtenen Lebenswandel und durch Klugheit auszeichnen; der Ordinarius kann jedoch aus einem triftigen Grunde und auf eigene Verantwortung hin hiezu auch Priester bestimmen, die dieses Alter noch nicht erreicht haben, vorausgesetzt jedoch immer, dass sie sich durch die erwähnten Geisteseigenschaften auszeichnen.

9. Der ordentliche Beichtvater kann nicht zum ausserordentlichen ernannt, noch kann er, abgesehen von den in Absatz 2 erwähnten Fällen, als ordentlicher Beichtvater von neuem bestätigt werden, vor Ablauf eines Jahres nach seiner Amtszeit. Der ausserordentliche Beichtvater hingegen kann auch sofort für das Amt des ordentlichen Beichtvaters bestimmt werden.

10. Alle Beichtväter von Schwestern, ob mit feierlichen oder mit einfachen Gelübden, sollen sich davor hüten, in die innere oder äussere Leitung der Kommunität sich einzumischen.

11. Wenn irgend eine Schwester einen ausserordentlichen Beichtvater verlangen sollte, so ist es keiner Oberin erlaubt, entweder selbst oder durch Mittelspersonen, direkt oder indirekt, nach den Gründen dieses Verlangens zu forschen, sich der Bitte sei es durch Worte oder durch Handlungen zu widersetzen oder in irgend einer Weise ihr Missfallen darüber zu zeigen. Sollte eine Oberin so handeln, so muss sie das erstemal vom zuständigen Ordinarius ermahnt werden; wenn sie ein zweitesmal sich verfehlt, so muss sie von ebendemselben abgesetzt werden, nachdem er jedoch zuvor die Hl. Kongregation für Ordensleute gehört hat.

12. Es ist den Schwestern verboten, untereinander über die Beichte der Mitschwestern zu sprechen und sich tadelnde Urteile zu erlauben über jene, die bei einem andern als dem aufgestellten Beichtvater beichten; im Übertretungsfalle sind sie von der Oberin oder vom Ordinarius zu bestrafen.

13. Wenn die besonderen Beichtväter, die in ein Kloster von Schwestern mit feierlichen oder mit einfachen Gelübden gerufen werden, bemerken, dass die Schwestern, die sich bei ihnen einfinden, von keinem triftigen Grunde, sei es der Notwendigkeit oder des geistlichen Nutzens, geleitet werden, so sollen sie sie mit Klugheit entlassen. Auch sollen sich alle Schwestern merken, dass sie von dem ihnen zugestandenen Rechte, einen besondern Beichtvater zu verlangen, nur im Hinblick auf ihren geistlichen Vorteil und grössern Fortschritt in den Tugenden einer Ordensperson, nicht aber aus menschlichen Beweggründen, Gebrauch machen sollen.

14. Sooft sich die Schwestern mit feierlichen oder einfachen Gelübden aus irgendeinem Grunde ausserhalb des Hauses, dem sie angehören, befinden, ist es ihnen erlaubt, in jeder beliebigen Kirche oder jedem Oratorium, auch einem halböffentlichen, und bei jedem für beide Geschlechter approbierten Beichtvater zu beichten. Die Oberin darf das nicht verbieten, noch soll sie sich darüber erkundigen, nicht einmal indirekt; auch sind die Schwestern nicht gehalten, der Oberin diesbezüglich irgendetwas mitzuteilen.

15. Jede Schwester mit feierlichen oder einfachen Gelübden kann im Falle schwerer Erkrankung, auch wenn keine Todesgefahr vorliegt, irgendeinen für die Beichte approbierten Priester rufen und bei ihm während der besagten schweren Krankheit sooft beichten, als sie es für gut findet.

16. Dieses Dekret muss beobachtet werden von allen religiösen Frauengenossenschaften, sowohl von solchen mit feierlichen, als von denen mit einfachen Gelübden, auch von den Oblatinnen und von anderen frommen Genossenschaften, welche keine Gelübde ablegen, auch wenn es sich nur um ein Diözesaninstitut handelt. Es verpflichtet auch jene Kommunitäten, die der Jurisdiktion eines Ordensprälaten unterstellt sind, und wenn dieser nicht für die getreue Beobachtung dieses Dekretes Sorge trüge, müsste der Bischof oder Ordinarius des betreffenden Ortes als Delegierter des HL Stuhles es tun.

17. Dieses Dekret muss den Regeln und Konstitutionen eines jeden religiösen Institutes beigefügt und einmal im Jahre im Kapitel in Gegenwart aller Schwestern in der Landessprache vorgelesen werden.

Seine Heiligkeit Pius X geruhte, nach Kenntnisnahme des Gutachtens der Kardinäle der HL Kongregation für Ordensleute, die am 31. Januar 1913 in Plenarsitzung im Vatikan versammelt waren, und nach erfolgter Berichterstattung des unterzeichneten Sekretärs, dieses Dekret in allen seinen Teilen zu approbieren und zu bestätigen und seine Veröffentlichung zu verordnen, damit es in Zukunft von allen, die es angeht; pünktlich beobachtet werde.

Dieses Dekret soll gelten ungeachtet jeder gegenteiligen Bestimmung, sollte sie auch besondere und eigene Erwähnung verdienen.

Gegeben zu Rom, aus der Sekretarie der hl. Kongregation für Ordensleute, am 3. Februar 1913.

Fr. J. G. CARD. VIVES, *Präfekt.*

L. © S.

f Donatus, Erzbischof von Ephesus, *Sekretär.*

III.

Cum nonnullae in vulganda versione anglica decreti de confessionibus Monialium et Sororum mendae irrepserint, nova Me additur eiusdem versionis editio.

A DECREE

REGARDING THE CONFESSIONS OF NUNS AND SISTERS.

Whereas to présent date many laws have been promulgated, in various times and circumstances, to regúlate the sacramental confessions of Nuns and Sisters: therefore, it has now been determined to collect and coordinate all thèse laws, with some modifications, in one Decree of the following tenor, to wit:

1. To each house of Nuns or Sisters there shall usually be assigned only one ordinary Confessor; unless the great number of Religious, or some other just moüve, necessitate the appointaient of two or more.

2. The ordinary Confessor should not, as a rule, hold this onice for more than three years. The Bishop or the Ordinary, however, may reappoint him for a second or even third term of three years:

a) if through lack of priests suitable for this duty he cannot otherwise provide; or

b) if by secret ballot a majority of the Religious (counting also those who in other matters have no right to vote) request his rétention.

But the dissentients must be provided for in some other way if they so desire.

3. Several times every year an extraordinary Confessor must be given to each religious house. All the Religious must appear before this extraordinary Confessor, at least to receive his blessing.

4. For each religious house the Ordinary will assign several priests whom each Religious in particular cases can easily send for to hear their confessions.

5. If any Religious, for the peace of her soul or greater progress- in spiritual perfection, ask for a special Confessor or Spiritual Director, the Ordinary has readily to grant her demand. The Ordinary, however, will see to it that abuses do not arise from such concession; and if abuses should come, let him cautiously and prudently remove them, always safeguarding liberty of conscience.

6. If the house of Religious is subject to the Ordinary of the place, he is to choose both the ordinary and extraordinary Confessor; but if the convent is subject to a Superior who is a Regular, then this Superior will présent priests for the office of Confessor to the Ordinary of the place, to whom it belongs to grant them the power of hearing confessions.

7. For the office of Confessor (whether ordinary, extraordinary or special) priests may be chosen from the secular, or (with the permission of their Superiors) from the regular Clergy, provided that in neither case they have power *in foro extemo* over these same Religious.

8. These Confessors should have completed their fortieth year and be distinguished for prudence and integrity of life. But the Ordinary may, through a just motive and on his own responsibüity of conscience, delegate for this office priests who have not yet reached the age specified, provided that they have the other afore-raentioned requirements.

9. The ordinary Confessor may not be appointed an extraordinary Confessor; nor may he, except as provided in Artide 2 of this Decree, be reappointed as ordinary Confessor in the same house, until one year has elapsed from the expiration of his term of office. An extraordinary Confessor, however, may be immediately appointed to the office of ordinary Confessor.

10. Ali Confessors of Nuns or Sisters must be very careful not ta mix in the external or internai government of the community where they hold office.

11. If any Religious request an extraordinary Confessor, no Superioress may, either personally or through others, either directly or indirectly, enquire into the reason of the request, or refuse the pétition *hy*

word or deed, or in any way show that she tolérâtes it unwillingly. Should a Superioress fail in this regard, let her own Ordinary admonish her; and upon a second offence let him depose her, after having first -consulted the sacred Congrégation of Religious.

i°2. The Religious are forbidden to talk among themselves in any way about the confessions of their companions in Religion, or to criticise those Sisters who confess to one other than the designated Confessor. In case they violate this prohibition, they must be punished by the Superioress or the Ordinary.

13. If the special Confessors called to a monastery or religious house perceive that the Religious have no just reason of necessity or spiritual profit to demand special Confessors, iet said Confessors dismiss the Religious prudently. Ali Religious are also admonished to use this privilège of asking for a special Confessor only for their spiritual good and greater progress in religious virtues, apart from ali human considérations.

14. When Nuns or Sisters are outside their own house, no matter what the reason, they may confess in any church or oratory, even semi-public, to ahy Confessor approved for both sexes. The Superioress may not forbìd this, or enquire about it, even indirectly, and the Religious are not bound to mention the fact to their Superioress.

15. Any Nun or Religious, when seriously sick, although not in danger of death, may call any priest approved for hearing confessions, and she may confess to him as often as she wish during this serious illness.

16. This Decree must be observed by ali religious families of women, whether of solemn or simple vows, or Oblates or other pious communities not bound by vows, even though the Institute be merely diocesan. This Decree also binds communities under the Jurisdiction of a Prelate Regulär; and if he do not see to it that his subjects faithfully obey this Decree, the Bishop or Ordinary of the piace shall himself, as a Delegate of the Apostolic See, enforce its observance.

17. This Decree must be added to the rules and constitutions of each and every religious family of women and publicly read in the vernacular once a year in a eh ap ter of ali the Religious.

Therefore our Holy Father, Pope Pius X, having heard the mind of their Eminences the Cardinals of the sacred Congrégation of Religious, assembied in plenary Congress at the Vatican the thirty-first day of January, 1913, has deigned, after the report of the undersigned Secretary, to approve and confirm this Decree in ali its parts and to

order that it be published and faithfully observed in the future by all whom it concerns.

Ail dispositions whatsoever, even though worthy of special and individual mention, to the contrary notwithstanding.

Given at Rome, from the Secretariate of the sacred Congrégation of Religious, the third day of February, 1913.

Fr. J. **C. CARD. VIVES,** *Prefect.*

L. © S.

f Donatus, Archb. of Ephesus, *Secretary.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA PIDE

i.

DECRETUM.

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BAR-EL-GAZAL IN AFRICA CENTRALI ERIGITUR.

Quam multis gravibusque difficultatibus in vicariatu apostolico Sudanensi, qui latissime patet, obnoxia sit divini nominis annuntiatio, exacti consideratio temporis edocet. Quapropter Emi Patres S. huius Consilii Fidei Propagandae, plenariis die 26 vertentis maii convocatis comitiis, praedicti vicariatus territorium dimidiandum esse censuerunt et ab eodem regionem universam Bar-el-Gazai esse distrahendam, quae sequentibus concluditur limitibus: *Ad septentrionem,* decimo latitudinis borealis gradu a coufmiis occidentalibus Sudan anglici ad flumen Bar-el-Arab, deinde fluminibus Bar-el-Arab, Bar-el-Gazal, Bar-el-Gebel et Sobat usque ad confinia anglo-aethiopica. *Ad orientem,* praedictis confìniis anglo-aethiopicis a Baro flumine usque ad montem Naita, mox recta linea quae exinde ad urbem Foweira apud Nilum Victoriam ducitur. *Ad meridiem,* Nilo Victoria, ac littore septentrionali Alberti lacus atque Continus anglo-belgicis. *Ad occidentem* tandem, praedictis confíniis anglo-belgicis, et deinde anglo-gallicis usque ad decimum latitudinis borealis gradum. Porro sic definitum territorium erigendum esse statuerunt in separatam Praefecturam Apostolicam, quae a *Bar-el-Gazal* nuncupetur, curisque Congregationis Filiorum S. Cordis concredatur. Quam Emorum

Patrum sententiam, ab infrascripto S. eiusdem Congregationis Secretario in audientia praefati diei Ssmo D. N. Pio div. provid. PP. X relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, praesensque ea de re Decretum fieri iussit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 30 maii, anno Domini 1913.

Fr. H. **M. CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

C. Laurenti, *Secretarius.*

II.

DECRETUM.

VICARIATUS APOSTOLICI SUDANENSIS NOMEN INNOVATUR.

Cum Emi Patres S. huius Congregationis Fidei Propagandae, die 26 vertentis maii, plenariis in comitiis, erectionem praefecturae apostolicae de Bar-el-Gazal per dismembrationem a missione Sudanensi constituissent, hunc vicariatum Sudanensem seu Africae centralis, novis confiniis ita definitum, ab urbe Cartum, regionis principe, in posterum denominandum esse decreverunt. Quam Emorum Patrum sententiam ab infrascripto S. eiusdem Congregationis Secretario, in audientia praedicti diei Ssmo D. N. Pio div. Prov. PP. X relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, atque praesens ea super re Decretum confici mandavit.

Datum Romae ex aedibus sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 30 maii, anno 1913.

Fr. **H. M. CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

C. Laurenti, *Secretarius.*

III.

DECRETUM.

INTER PRAEFECTURAS APOSTOLICAS CIMBEBASIAE INFERIORIS ET MAGNI NAMAQUALAND CONFÍN f A IMMUTANTUR.

Territorium ecclesiasticum inter praefecturas apostolicas Cimbebasiae Inferioris ac Magni Namaqualand opportunius distribuendi causa, Emi Patres Sacrae huius Congregationis Fidei Propagandae plenariis in

comitiis, die 26 superioris maii convocatis, terminum meridionalem districtuum civilium de Gobabis, Windhuk, Karibib et Swakopmund, qui posthac ad praefatam Cimbebasiae missionem ex integro pertinebunt, tamquam ecclesiasticum limitem inter utramque praedictam praefecturam constituendum esse censuerunt. Quam sententiam ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X in audientia praedicti diei relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, praesensque ea de re Decretum fieri iussit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 2 iunii, anno Domini 1913.

Fr. H. M. **CARD. GOTT:,** *Praefectus.*

C. Laure uti, *Secretarius.*

IV.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus apostolicis nominati sunt:

9 maii 1913. — *Episcopus titularis ecclesiae Gortiniensis et Goadiudiutor cum futura successione archiepiscopi Wellingtonensis,* R. P, Thomas O' Shea, Societatis Mariae alumnus.

— *Episcopus titularis ecclesiae Milopotamensis et vicarius apostolicus Guamensis,* R. P. Augustinus ab Artesa de S egre, in saeculo Ioseph Bernaus et Serra, ex ordine Minorum Capulatorum.

— *Episcopus titularis "ecclesiae Myndensis cum munere ordinandi clericos Maronitas in Urbe,* R. D. Nematallah Carame, rector collegii Maronitarum in Urbe.

16 maii. — *Episcopus titularis ecclesiae Gindarensis et vicarius apostolicus novi vicariatus de Fianarantsoa in insula Madagascar,* R. P. Carolus Givelet, Societatis Iesu alumnus.

S. CONGREGATIO RITUUM

SURIN AMEN. SEU BUSGODUGEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI PETRI DONDERS, SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE SANCTISSIMI REDEMPTORIS.

Tilburgi in Neerlandia ortus est Petrus Donders die *¥1* octobris, anno 1809, bonae indolis puer, qui, ubi adolevit, primum in minori Seminario Buscoducensi humanioribus litteris operam dedit, dein in maiori Seminario eiusdem dioecesis philosophicis ac theologicis disciplinis, donec anno 1841 sacerdotio auctus est. Mox desiderio flagrans Christum apud infideles praedicandi, superioribus probantibus, Guyana litora petiit et Surinamenses oras. Illis in regionibus fertur pro Fide catholica plurimum insudasse. Quum vero anno 1865 Surinamenses missiones sodalibus Redemptoristis, uti vocant, Hollandicae provinciae concreditae essent, Servus Dei inter eiusdem Congregationis alumnos, prouti petierat, cooptari obtinuit. Traditur ipse ita incubuisse leprosis praesertim spiritualiter excolendis, ut leprosorum apostolus passim meruerit appellari. Tandem annis et laboribus fractus, letali morbo correptus, extremis Ecclesiae sacramentis rite receptis, obdormivit in Domino die 14 ianuarii anni 1887. Interim fama sanctitatis, quae Dei Servum adhuc viventem Gomitata est, post eius obitum ita in dies increvit, ut Inquisitiones Ordinariae Surinamenses et Buscoducenses super ea confectae fuerint, et ad sacram Rituum Congregationem transmissae. Servato autem iuris ordine, quum omnia in promptu sint ut ad ulteriora procedi possit, instante Rmo P. Claudio Benedetti, congregationis Ssmi Redemptoris postulatore generali, attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Kmorum Sacrorum Antistitum, necnon Capitulorum, Ordinum ac Congregationum atque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus ac Rmus Dnus cardinalis Octavius Cagiano de Azevedo, loco et vice Emi ac Rmi Dñi cardinalis Iosephi Calasanctii Vives y Tuto, huius Causae Ponentis, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo*

agitur? Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Proponentis, audito etiam voce et scripto R. P D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, omnibus diligenter perpensis, respondendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 29 aprilis 1913.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum: habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Petri Donders, sacerdotis professi e congregatione Ssnii Redemptoris, die 14 maii 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. & S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

VICARIATUS APOSTOLICI TAIKOU (Corea).

NULLITATIS MATRIMONII (KO-YOUN).

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 16 ianuarii 1913, BR. PP. DD. Fridericus Cattani, Ponens, *Antonius Perathoner et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* Vicariatus apostolici Taikou (Corea) - Nullitatis Matrimonii *(quae in prima instantia H. S. O. a Summo Pontifice concessa fuit), inter* Agatham Ko *et* Matthiam Youn Syek-tiyoun; *alteram repraesentatam per procuratorem ex officio Ildebrandum Silvestri Faà advocatum, alterum contumacem, interveniente et disceptante in causa sacri vinculi Defensore apud H. S. T., sequentem tulerunt sententiam.*

Die 11 decembris, anno 1907, puella catholica Agatha Ko, vicariatus apostolici Taikou in Corea, 21 annos nata, matrimonio iuncta est cum iuvene, pariter catholico, Matthia Youn Syek-tiyoun, in sacello pagi Ryen-Hpyeng, coram missionario R. D. Lacroutz, ac contra suam voluntatem, et vi metuque a parentibus coacta; ita ut matrimonium a patre

suo, ipsa inconsulta, statutum fuerit, invita ad sacellum perducta atque ad assensum praebendum minis verberibusque adstricta. Die autem 29 februarii, anno 1908, cum in paterna domo necessaria ad civile matrimonium celebrandum pararentur atque lectica, in qua, de more> puella ad maritalem domum deferri debebat, in promptu esset, Agatha se abdidit. Tunc omnes qui nuptiis invitati intererant, eam inquirere coeperunt, atque inveniam in lectica collocarunt, et ita ad domum sponsi Hentern detulerunt. Aliquot tamen post dies maritum aufugit et apud suos, se recepit. Sed a patre, verberibus affecta, ad maritalem domum iterum reducitur; quod alias quoque factum est. Ipse maritus eam fuste percussio quia secum habitare nolebat; numquam enim apud Matthiam voluit cubare, sed noctu penes amitam suam se recipiebat; et tandem, nec violentia patris nec avunculi nec mariti devicta, hunc non reditura deseruit; cum primum sibi licuit, vicarium apostolicum Taikou adivit, ab eoque postulavit ut suum matrimonium cum Matthia Youn Syek-tiyoun, nullum declararet. Vicarius apostolicus Coreae, Gustavus Carolus Maria Mutel, D. Marcello Lacroutz processum canonicum instruendum commisit, praecipiens ut testium depositiones, nisi adstante defensore matrimonii, reciperet, quod munus R. D. Aemilio Taquet, missionario apostolico, demanda vit, facultate concessa iudici instructori eligendi actuarium, qui acta exararet. Mandavit insuper ut processus sibi mitteretur, quo ferre posset sententiam; aliasque omnes instructiones necessarias adiunxit, quibus iuris normae plene adimpleantur. At iudex instructor nonnullos testes interrogavit, sacri vinculi defensore non adstante, quia hic a loco examinis longe aberat. Deinde, processu expleto, sententiam tulit de nullitate huius matrimonii, a qua tamen defensor vinculi ad nostrum Tribunal appellavit. Mulieris advocatus, ex officio electus, priusquam novus processus initium haberet, Ssmum postulavit ut actus sanaret, qui vitio formae laborarent, simulque concederet ut haec causa in prima instantia apud hunc S. N. O. decerneretur. Quibus omnibus obtentis, nobis haec causa proponitur sub dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

Quod ius pertinet. Vim, quam I. C. Paulus, in Leg. 2, Digest. *Quod metus causa,* definit: « Maioris rei impetus, qui repelli non potest », perbelle Card. Fagnanus distinguit in absolutam seu praecisam, et conditionalem seu compulsivam. Vis absoluta et praecisa tollit voluntarium et causât violentam, quod pariter a iuristis definitur: « Illud cuius principium est extra, nihil conferente vim passo ». Vis autem conditionalis aut compulsiva non tollit omnino voluntarium, sed minuit,

et ideo non producit violentum, sed involuntarium secundum quid; et haec est eadem res quae metus (Fagn., *Comm. ad cap. 5*, h. r. n. 2 et seq.). Metus vero a I. G. ulpiano definitur: « Instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio » (Leg. 1, Digest. *Quod metus causa).* Porro metus a doctoribus apud Schmaltzgrueber (h. t. n. 2), tripliciter dividitur, nempe:

1) ratione causae, quae esse potest necessaria (et haec intrinseca vel extrinseca), aut libera, scilicet ab homine;

2) ratione modi, prout infertur iuste vel iniuste. Iniustus autem metus incuti potest directe seu ad actum determinatum, vel indirecte seu non ad aliquem determinatum actum;

3) ratione qualitatis, prout gravis sit, idest cadens in constantem virum, ut eum a proposito dimovere valeat, vel levis, qui eam vim non habet ut patientem, animo fortem, a proposito valeat dimovere.

Metus autem gravis rursus dividitur in absolute gravem et respective gravem. Prior qui de se talis est; alter qui gravis est tantum relate ad personam, quae patitur metum. Si quae huc usque diximus ad matrimonium referamus, liquido patet, quod vis absoluta, seu praecisa, in contrahente m adhibita, cum violentum inducat, ob absolutum defectum consensus, nullum reddat matrimonium. Vis autem conditionalis, seu metus, quum a causa externa et libera sit inducta, sitque gravis, iniusta et directe incussa, etiamsi ex parte contrahentis adfuerit assensus in matrimonium, tamen hoc nullum reddit, scilicet est impedimentum dirimens, ut ex pluribus locis iuris constat, et praesertim ex capp. 14-15 et 28, *De spons. et matr.*, ubi legitur: « Matrimonium... solo « consensu contrahitur; et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate « ille gaudere cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi « placere quod odit, et sequatur exitus qui de invitis solet nuptiis pro- « venire » (cap. cit. 14, *De spons.).* Haec iuris principia in casu nostro innuisse sufficiat, quin necesse sit ea longius pertractare, nisi forte disputare vellemus, utrum in hoc violentia adfuerit strictiori sensu accepta, vel tantum latiori, seu gravis metus; et ideo utrum matrimonium nullum sit tantum ex impedimento vis metusve, vel potius quia in eo penitus defuerit assensus. Facta enim tam gravia nobis exhibentur, ut de nullitate huius matrimonii minime sit ambigendum, evidensque appareat violentia seu gravis metus ab homine iniuste incussus directe ad matrimonium cogendum. Inquirendum ergo nobis remanet, utrum vera sint quae Agatha enarrat, necne.

Quod factum spectat. Iudex instructor sex excussit testes, praeter actricem, inter quos avunculum et patrem istius, qui omnes scientia

propria res optime noverant, quique de publica fama in pago Ryen-Hpyeng fidem faciunt; et hi, una voce, enarrationem Agathae confirmant et, iureiurando debita forma coram iudice praestito, de violentia, quam Agatha passa est ut matrimonium cum Matthia Youn Syek-tiyoun celebraret, testantur. Hic autem in iudicio adsistere noluit, affirmans se aegrotum esse, sed revera quia, ut ait testis Anna Ko, << dicebat « se habere pudorem et horrorem etiam loquendi cum femina quae «ipsum dereliquit », et ideo, eo contumace, sententiam ferimus.

Nunc audiamus quid Agatha in iudicio deposuerit. Ipsa affirmat, patrem matrimonium statuisse quin esset ab eo interrogata, quod cum ab aliis rescivisset, novercae suae dixit: « Si domi habetis feminam « vendendam, vendite (quod in patrio sermone significat, in matrimo- « nium collocare); ego autem nolo vivere cum illo Youn. Et noverca « irata dixit: " Si ita est, tunc exi e domo „, et patri meo renuntiavit « verba quae dixeram. Tunc pater clamans dixit: " Illa stulta! ad quid « eiusmodi ineptias profert? „. Quae audiens timui et dissimulavi, nec « alia verba de hoc audivi ». Eadem avunculus et ipse pater confirmant. Avunculus enim ait: « Non inierunt (parentes) consilium secum, quia « si loquebantur cum puella de eius matrimonio, illa detestabatur et « aufugiebat; et insuper, iuxta morem Goreanorum, totum negotium « matrimonii filiorum pertinet ad solos parentes ». Et pater: « Una vice « locutus sum ei de matrimonio contrahendo, at illa stulta non con- « sentiebat et dicebat: " Etiam si sit mihi monendum, non contrahant « matrimonium cum Youn Syek-tiyoun „, et ego pluries audivi illam « rogavisse tam suam novercam, quam suum avunculum ut impedirent « illud matrimonium ». Deinde Agatha enarrat quomodo, die matrimonii adveniente, perducta est ad sacellum ut nuptias celebraret: « ... dum « irem ad fontem ad lavandas vestes, occurrit mihi in via Ko Tchyen- « Koueni Michael, qui custos est sacelli et dixit mihi: " Eamus ad «sacellum, sacerdos vocat te,,. Respondi: "Non est necesse ut eam « nunc, si de sero ivero, sufficit „. Tunc Tchyen Koueni, urgens me, « quasi a me avellere vellet lavandrium sportam, " Cito eamus, inquit, « te exspectat „. Ideoque resistere non valens, reliqui meam sportam, « et ingressa sum in alienam domum, volens ibi me abscondere. Tchyen- « Koueni me insecutus est, et dixit: "Sportam tuam domum reporta «et eamus „. Tunc ad domum reversa sum; et cum ille Tchyen-Koueni « nimium urgeret ut irem ad sacellum, dixi ei : " Si tecum ivero, coram « aliis me pudet,. si tu primo iveris, ego sequar „. Tunc Tchyen-Koueni « ad sacellum ivit, ego autem in domo amitae meae me abseonderam, « sed cum qui erant in sacello exspectarent et vidèrent me non venire,

« Tchyen-Koueni exivit ad me quaerendam, et cum venisset in locum « ubi latitabam, me apprehendi et secum duxit ». Haec plene confirmantur ab ipso sacelli custode, qui postquam testatus est, Agatham voluntatem contrahendi matrimonium non habuisse, prosequitur: « Tem-« pore matrimonii eius, ego fungebar munere custodiendi sacellum. In « die matrimonii, cum Agatha non veniret ad contrahendum illud, eius «parentes mihi mandaverunt ut vocarem et adducerem illam; unde « ego, eundo ad domum eius, in via inveni Agatham euntem ad lava-« torium, et tenui eam ut perducerem in sacellum; at illa adhibebat « centum media ad non eundum, attamen ego, secundum eius parentum « mandatum, per vim perduxi eam ad sacellum. Attamen scio clare « Agatham non habuisse animum contrahendi matrimonium, et quando « sacerdos interrogabat Agatham " Tu visne contrahere matrimonium « cum Youn Syek-tiyoun ? „ parentes eius pluries urgebant eam dicendo : « " responde „, et Agatha coacte respondit quidem, sed ex violentia con-« traxit matrimonium ». Deinde Agatha iudici sciscitanti refert quomodo nuptiales caeremoniae celebratae sunt. En eius verba: « Quando, appre-« hensa, in sacellum introivi, tunc ibi erant christiani pagi Ryen-Hpyeng, « viri et feminae, numero circiter triginta, et dixerunt: " Cito ingredere „; « et simul me ad altare impellebant. Tunc sacerdos dixit mihi: " Matri-« monium non firmatur nisi consensu contrahentis, neque contra volun-« tatem matrimonium conficitur „; et quando me interrogavit " Tu visne, « iuxta ritum sanctae Ecclesiae, servire Matthiae Youn tamquam legitimo «marito?,,. Et dixit: " Sive *volo* sive *nolo,* oportet ut respondeas,,. « Haec verba cum audissem, portam posteriorem aperui, et aufugi. Tunc «pater meus, per portam anteriorem exiens, baculo me percussit; sed « aliae christianae eum prohibuerunt, et me impellentes, in sacellum « denuo ingredi compuierunt. Cum autem flens, iterum aufugere vellem, « christiani me, brachiis apprehensam, exire non permiserunt. Et cum « sacerdos aliquot verba, nescio quae, proferret, una ex senioribus chri-« stianis respondit: " Volo „. Tunc sacerdos: " Non agitur de tuo matri-« monio; ipsa debet respondere ut matrimonium fiat,,. Et pater meus « dicebat: " Stulta, cito responde „; et christianae: " Responde: *volo,* « *volo* „. Haec tantum audivi et nihil aliud cogitavi et, inter fletus et « singultus, nescio quamnam vocem emiserim ; sed post Missam tantum « audivi me matrimonium contraxisse ». Quae pariter testes confirmant. Audiantur, prae ceteris, eius avunculus et pater. Avunculus ait: « In «momento illo matrimonii, Agatha aufugerat, et homines illam quae-« sierunt et perduxerunt ante altare, at illa denuo aufugiebat; tunc eius « pater fustibus illam impulit in sacellum, et ita contractum fuit matri-

« monium ». Pater candide fatetur: « [n momento matrimonii iiia inepta « volebat aufugere, tunc ego impellendo illam introduxi in sacellum». Iudici autem interroganti utrum Agatha consensum matrimonio praebuerit, respondit: « Cum illud matrimonium ab initio per vim factum « sit, si illa respondit, respondit, non quia volebat respondere, sed quia « volebat vitare imminentes minas et violentias ». Iudex ab eo quaesivit quare ad matrimonium filiam coëgerit. Cui ille: « Illam coëgi « sequentibus rationibus ductus. Si ego voluissem illam tradere alicui « pagano pro matrimonio, faciliter potuissem, quia sunt multi pagani « matrimonio indigentes, sed ego christianus non poteram hoc modo « agere; aliunde in hac regione non erant christiani iuvenes matrimonio «collocandi, praeter illum Youn Syek-tiyoun unum; et praeterea ego « credidi, Agatham sensim melius providendo negotium suae salutis, « in futurum facere concordiam et ducere vitam communem cum illo « Youn ».

Ceterum omnes testes, de hac violentia et coactione unanimes testantur. Anna Ko, quae amica ab infantia Agathae fuit, quaeque cum fratre iuniore Matthiae Youn est matrimonio coniuncta, haec dicit: « Non « tantum historiam matrimonii (Agathae) clare scio, sed etiam scio quod « Agatha semper habuerit omnimodam detestationem ante et post matri- ;« monium et in momento matrimonii »; et prosequitur: « Perspectis « verbis et fletibus Agathae ante matrimonium, fuga et latitatione Aga- « thae tempore matrimonii, et vexationibus et verberibus, quae perpessa « est Agatha eo quod non iverit in domum mariti post matrimonium, « procul dubio apparet Agatham contraxisse matrimonium ex violentia; « et insuper omnes pagi incolae dicunt illud matrimonium vere con- « tractum non fuisse ». Ioannes Pak deponit: «Cognosco Agatham, et « etiam cognosco eam contraxisse matrimonium ex violentia, et pari- « ter audivi ab hominibus ex Ryen-Hpyeng, parentes Agathae per vim « coëgisse suam filiam ut cohabitaret cum Youn Syek-tiyoun ». Ioseph Kang dicit: « Ego fui testis matrimonii Agathae Ko cum Youn Syek- « tiyoun, et puto Agatham non ex libenti animo, sed ex insuperabili « coactione et exhortatione suorum parentum, contraxisse matrimo^ « nium ». Denique Agatha, a iudice interrogata utrum domum mariti ivisset, domesticas curas sümpsisset, haec enarrat: « Caeremoniae civiles « die 29 februarii 1908 factae sunt. Illa die, quando vidi afferentes « lecticam in qua debebam transferri, secreto aufugi et in alia domo «latitavi. Sed contra voluntatem me apprehensam et in lectica collo- « catam, duxerunt ad domum sponsi, unde post unam horam ad pro- « priam domum reversa sum ... Revera numquam assumpsi curam rei

« familiaris, sed si ille Youn ad id faciendum me invitaret, vel me apud « parentes requireret, parentes mei irascebantur, et ideo non poteram « facere quin irem ad domum mariti ; sed noctu vel ibam dormitum in « vicinam domum, vel cum glore mea dormiebam ; et post unam vel « alteram diem revertebar ad domum parentum, et ibi eram usque dum « parentes iterum irascerentur, tunc denuo ibam pro una vel altera die « ad domum istius Youn, et ita tempus consumpsi... Nec semel cum « eo verbum feci; si quando ille Youn me alloqueretur, nullum respon- « sum dedi... Et insuper quando ibam ad domum Youn mariti, et « ibi aliquid faciebam, si iste Youn ingrederetur, tunc ex proposito, ab « incepto opere desistebam... A patre meo, exprobrante quod nollem « vitam degere in domo mariti, pluribus vicibus verberata fui, et quando « revertebar ad domum parentum, ab isto Youn pariter pluribus vicibus « verberata sum, sive manu, sive baculo, sive lapidibus, vel etiam « crines capitis mihi arripiendo ». Quae omnia pariter pluribus deposi- tionibus testium respondent. Eius avunculus reapse testatur Agatham cum Youn Syek non cohabitasse, et ideo pluries tum ab ipso Youn, tum a patre suo, tum etiam a se vexatam fuisse. Michael Ko etiam deponit Agatham cum viro noluisse cohabitare, et prosequitur: « Ex « rumore audivi Agatham verberatam fuisse tum a parentibus suis, «tum ab avúnculo suo; et etiam vidi superiores Agathae tenentes « báculos et persequentes eam ad verberan dum; et pariter vidi illum « Youn Syek-tiyoun percutientem Agatham et dicentem: " Sic facio quia « illa non vult cohabitare „ ». Expressius testis Ioseph Kang refert: « Illi (Agatha et Youn) non videbantur tamquam coniuges, sed tamquam « inimici; et Agatha semper erat fugitiva et vagabunda... Ego vidi plu- « ries Agatham iniurias patientem a suis parentibus et a suo avúnculo, « non vidi autem ab Youn Syek-tiyoun iniurias patientem, sed audivi « pluries ».

Ergo si causa ulla facile exsolvenda nobis proponi potest, haec certe est, in qua tot tantique actus violentiae a patre, ab avúnculo et ab aliis contra puellam adhibiti sunt ut ea ad matrimonium coge- retur; et ex alia parte tanta, sive ante nuptialem caeremoniam, sive in ipsa. caeremonia, sive post, eiusdem puellae fuit constantia contra vim sibi illatam, ut dubium cadere nequeat, illam nullimode praestitisse consensum ad matrimonium; quod, etiamsi consensus adfuisset, nullum tamen foret, ob dirimens impedimentum. Nunc tantum respondendum remanet difficultati, quam defensor vinculi opponit ex quibusdam Aga- thae verbis depromptam, quae inveniuntur in testimonio illius avunculi. Is, cum iudex percuntatus esset, utrum putaret Agatham, de more

coniugum, Youn Syek corpus tradidisse, respondit: « Nescio utrum talis « relatio habita fuerit inter illos, sed scio quod quadam vice, ego cum « Youn Syek-tiyoun, illam Agatham apprehendendo et percutiendo, dixis« sem ei: " Quare tu contemnis tuum maritum et non vis habere rela« tionem cum illo? „ Agatha respondit: " Quamvis habuerim relationem, « sic pergam resistere „ ». Ex quibus verbis defensor vinculi argui posse affirmat, copulam adfuisse inter Agatham et Youn. Sed, praeterquamquod Agatha denuo circa hoc interrogata, sub iurisiurandi fide, unquam rem cum Youn habuisse negaverit, aliter etiam sua verba explicavit. En quomodo: « Nullo modo habui relationem, sed quadam vice Youn Syek-tiyoun « venit ad parentes meos et dixit: " Quamvis mittatis illam stultam in « domum meam, non remanet in domo, sed nocte in alia domo dormit, « et ita evitat thorum „. Tunc avunculus meus, apprehendendo me, « dicebat: " Te ipsam tradesne illi Youn Syek-tiyoun, et simul vivesne?,, « et me verberabat; tunc ego coacte respondi: " Quamvis habuerim rela« tionem, sic pergam resistere „. Sed nullo modo habui relationem. « Etiam nocte illius diei dormivi in domo meae amitae, quae habitat « prope parentes meos, et die sequenti denuo reversa sum Jn domum « parentum meorum ». Quod Agatha hic verum deponat, suadet eius aversio erga virum, et magis probant media, quae experta est ut tutam se redderet a cupiditatibus Youn. Iam in prima interrogatione ipsa Agatha iudici fassa est: « Corpus meum numquam tradidi. Semel quidem «iste Youn voluit mihi violentiam inferre, sed ex aliquo praetextu, in « propriam domum reversa sum. Et ille Youn secum reputans, me « amplius nolle ad eius domum redire (si eiusmodi violentiam atten« taret) ab omni impudentia postea abstinuit. Si ad invicem rem habuis« semus, ille Youn, se iactitans, auctor fuisset ut omnes pagi incolae « illud scirent; nunc autem omnes sciunt ab invicem rem non habuisse ». Et haec plures testes adamussim affirmant; praesertim Anna Ko, quae ait: « Etiam solum spectato horrore, quem Agatha habuit erga illum « Youn, non potest praesumi talis relatio; et insuper Agatha, ad evi« tandam hanc relationem, adhibuit media, v. g. multiplicibus vesti« mentis ita seipsam muniebat, ut nullimode suum corpus tangeretur; « et huiusmodi rumor in pago divulgatus est ». Michael Ko iudici id quaerenti respondit: « Si invicem corpus tradidissent, de hoc rumor « exisset, sed pagi omnes homines credunt hanc mutuam traditionem « corporis non interfuisse ». Et ipse pater iudici qui eum interrogavit « Putasne Agatham, de more coniugum, tradidisse suum corpus illi «Youn Syek-tiyoun?» respondit: « Spectatis tam verbis, quam ratione « agendi Agathae, non possum praesumere hoc ». Imo ipse Youn

(avúnculo Agathae testante), « eam agnoscebat tamquam alienam, et «non reputavit tamquam suam coniugem». Insuper, etiamsi Agatha copulam habuisset cum Youn, non tamen matrimonium effecisse!, nisi affectu maritali illam posuisset, quod minime praesumi potest, sed esset probandum. Heic autem non solum id nullimode probatur, sed apparet oppositum.

Quibus omnibus in iure et in facto sedulo perpensis, Christi Nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondendum esse: *Affirmative,* seu *constare de matrimonii nullitate in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna, pro rerum adiunctis, futura sint.

Romae, die 16 ianuarii 1913.

Fridericus Cattani, *Ponens.*
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE NUOVA-PREPARATORIA.

Il giorno 27 maggio 1913, nel palazzo apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi fu tenuta la Congregazione Nuova-Preparatoria per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù della Ven. Serva di Dio Benedetta Rencurel, del terz'Ordine di san Domenico.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 3 giugno, nel palazzo apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali componenti la medesima, furono sottoposte le seguenti materie:

I° Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servò di Dio Antonio Chevrier, sacerdote dell'archidiocesi di Lione, fondatore dell'Asilo chiamato *La Providence du Prado* e della Società dei Preti *Pradossiani;*

2° intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Ludovica Teresa de Montaignac de Chauvance, fondatrice della pia Unione delle Oblate del sacro Cuore di Gesù;

3° e similmente intorno alla revisione degli scritti del Venerabile Servo di Dio Giovanni Battista da Borgogna, sacerdote professo dell'ordine dei Frati Minori.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

24 maggio 1913. — Il signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore delle Suore Fedeli Compagne di Gesù.*

26 maggio. — fi signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore della venerabile Arciconfratemita Austro-Ungarica del Ssmo Nome di Maria al Foro Tr ajano.*

— Il signor cardinale Antonio Vico, *Proiettore dell'Istituto delle Figlie della Carità di sant'Anna di Saragozza.*

28 maggio. — L'illmo e revmo Mons. Carlo Pietropaoli, arcivescovo titolare di Calcide, *Inviato straordinario presso gli Stati Uniti del Venezuela.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

15 febbraio 1913. — Mons. Amedeo Gosselin, superiore del gran Seminario e rettore dell' Università Laval a Québec.

21 maggio. — Mons. Arturo Alfonso Cherrier, preside degli studi della Università di Manitoba, nella diocesi di S. Bonifacio.

Prelati Domestici di S. S.:

14 febbraio 1913. — Mons. Francesco Saverio Gosselin, dell'archidiocesi di Québec.

15 maggio. — Mons. Giovanni Nepomuceno Hauser, della diocesi di Linz.

16 maggio. — Mons. Everardo de Ortemburg-Tambach, dell'archidiocesi di Vienna.

18 maggio — Mons. Giovanni Garland, dell'archidiocesi di Dubuque.

22 maggio. — Mons. Giovanni Battista Pelt, vicario generale della diocesi di Metz.

24 maggio. — Mons. Giorgio Poole, della diocesi di Plymouth.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

16 maggio 1913.— Mons. Martino Andrea van Zanten, della diocesi di Harlem.

21 maggio — Mons. Alberto de Hormann, della diocesi di Bressanone.

— Mons. Giuseppe Häusle, della medesima diocesi.

— Mons. Enrico de Schmuck, della medesima diocesi.

24 maggio. — Mons. Luigi Scarano, della diocesi di Trivento.

— Mons. Martino Fencl, della diocesi di Budweis.

26 maggio. — Mons. Emanuele Giorgio da Fonseca, vicerettore del collegio Portoghese in Roma.

29 maggio. — Mons. Enrico Gasparri, uditore di nunziatura di prima classe. **À**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

14 marzo 1913. **—** Mons. Ladislao Babura, dell'archidiocesi di Strigonia.

24 maggio. — Mons. Gennaro Gianico, della diocesi di Trivento.

28 maggio. — Mons. Giovanni Gnidovec, della diocesi di Lubiana.

Cappellano Segreto d'onore *di S.* ***S. :***

31 marzo 1913. — Mons. Ruperto Rohrmoser dell'archid, di Salisburgo.

Cappellani d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

8 maggio 1913. — Mons. Bonifacio Tolli, della diocesi di Bovino.

16 maggio. — Mons. Francesco Galli, dell'archidiocesi di Cosenza.

23 maggio. — Mons. Francesco Gnavi, della diocesi di Ivrea.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

28 maggio 1913. — Il sig. Camillo Couillault, dell'archidiocesi di Sens.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.:

18 ***maggio*** *1913.* — Al sig. marchese Carlo Enrico Maria de Bardeau.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

6 ***maggio*** *1913.* — Al sig. Paolo Hemelryk, presidente della società di S. Vincenzo de' Paoli dell'archidiocesi di Liverpool.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 ***febbraio*** *1913.* — Al sig. Alfonso Desjardins, dell'archidiocesi di Québec.

20 ***maggio.*** — Al sig. cav. Giovanni Mac Grane, della diocesi di Richmond (Stati Uniti d'America).

21 ***maggio.*** — Al sig. conte Pietro de Cosse Brissac, dell' archid, di Parigi.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 ***febbraio*** *1913.* — Al sig. Pietro Enrico Garneau, deli'archid, di Québec.

— Al sig. Giuseppe Alfonso Couture, della medesima archidiocesi.

7 ***maggio.*** — Al sig. Francesco Schumacher, consigliere aulico e presidente dell'I. R. Tribunale circolare di Trento.

17 ***maggio.*** — Al sig. Daniele Giacomo Luigi Perucic, della dioc. di Cattaro.

22 ***maggio.*** — Al sig. Francesco Stuehlen, dell'archidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

8 ***maggio*** *1913.* — Al sig. Giuliano Cauli, della diocesi di Volterra.

NECROLOGIO.

21 ***maggio*** *1913.* — Mons. Giacomo Corna-Pellegrini, vescovo di Brescia.

Annus V. - Vol. V. Die 26 Iunii 1913. Num. 10,

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

PRAEFECTURA APOSTOLICA RAJPUTANENSIS IN INDIIS ORIENTALIBUS ERIGITUR IN DIOECESIM, A CIVITATE « AIMER » AIMERENSEM APPELLANDAM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Mandatum illud quod Salvator noster dedit Apostolis suis dicens « Euntes docete omnes gentes » adigit Nos, ut ea sedulo studio praestemus quae ad catholicae Fidei propagationem et incrementum magis opportuna videantur. Iam inde ab anno MDCCCLXXXXII per apostolicae Sedis decretum, in Indiis Orientalibus, atque in provincia ecclesiastica Agraënsi, apostolica praefectura Rajputanensis, pro spirituali bono fidelium regionis illius erecta fuit, et fratribus Minoribus ordinis S. Francisci Asisiensis Gapulatis in administrationem tradita. Nunc autem cum, inspecto felici iam'habito in ipsa praefectura religionis progressu, in spem maioris futuri incrementi expedire visum sit ut eadem praefectura in dioecesim erigatur; Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. negotiis Propagandae Fidei praepositis haec quae infrascripta sunt decernimus, statuimus, ac mandamus. Itaque Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi perpetuumque in modum, praefecturam apostolicam. Rajputanensem in dioecesim erigimus, cum iisdem limitibus quibus vetus praefectura continebatur. Novae autem dioecesis residentiam in

civitate Aimer constituimus; atque exinde volumus ut eadem a civitate, novae huic dioecesi, Aimerensi nomen sit. Tandem statuimus ut ipsa dioecesis sub dependentia sit eiusdem Agraënsis Metropolitani. Decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri, atque obtinere; illisque ad quos pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxii maii MDCccсxin, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

L. J$j S. *a Secretis Status.*

II.

ERECTIO PROVINCIAE ECCLESIASTICAE SIMLENSIS IN INDIIS ORIENTALIBUS.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae Catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus, Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iamvero Nos ad incrementum religionis et maius animarum bonum in Indiis Orientalibus procurandum, novam in amplissima illa regione archidioecesim Simlensem anno **MDCCCCX** ereximus; designationem vero Sedium ipsi Suffraganearum differendam censuimus. Cum autem nunc expedire videatur ut nova ibidem ecclesiastica provincia erigatur, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. negotiis Propagandae Fidei praepositis, opportunas archidioecesi Simlensi Suffraganeas Sedes adsignare censemus. Quae quum ita sint, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, novam in Indiis Orientalibus provinciam ecclesiasticam constituimus; eandemque constare volumus ex archidioecesi Simlensi metro-

politana, eique Suffraganeis dioecesi Lahorensi, et apostolica praefectura de Kafiristan et Cashmiren. Haec vero statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari. Sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et Sanctionibus apostolicis caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxn maii MDCccсxnr, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

L. S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

I.

AD DESIDERATUM CARD. MERCIER, MECHLINIENSIUM ARCHIEPISCOPUM, OCCASIONE QUINQUAGESIMI A CONDITO COLLEGIO S. RUMOLDI ANNIVERSARII.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Iucunda te scito attulisse cum nuntiasti fervere istic coniuncta recentiorum ac veterum alumnorum studia, ut quinquagesimum celebrent anniversarium a condito Collegio S. Rumoldi. Testari enim studia eiusmodi visa Nobis sunt, quam libenter alumni iidem recolant exactam ibidem sancte naviterque adolescentiam, quam gratis teneant animis acceptae disciplinae beneficia. Et iure admodum tenent. Si enim omnes qui in eodem instituto versati diligenter sunt, ingenii, apud suos, florent virtutisque opinione: si bene plures ex illis ad altiora vocati, consilio, prudentia, doctrina, actuosa caritate, perutilem Ecclesiae ac civitati navarunt, navant operam, id ab iis acceptum potissimum referant oportet qui eos adolescentes bonitatem, disciplinam et scientiam docuerunt et ad omne officii munus apte conformarunt. Quod profecto qui consideret, plane videbit quantas rei publicae afferat utilitates disciplina scholaris quam relligio penitus informet ac dominetur, et quam frugifere ea impertiatur Ecclesia adiutrice et comite. Sit igitur felix, sit faustus sollemnium, quae apparantur, exitus, et ad augendum Collegii nomen, ad ampliorem eius

fortunam, conferant quam maxime. Ad Nos quod attinet, haud parum profecto in idem contulisse putamus cum te, dilecte Fili Noster, alias Collegii ipsius alumnum, ad archiepiscopalem istam Sedem eveximus sacraeque honestavimus Purpurae honore. Spem sane id iniicit fore ut, te auspice, Collegium S. Rum oidi laetiora in dies capiat incrementa. Quod ut Deo bene iuvante fiat, testem benevolentiae Nostrae ac caelestium adiumentorum conciliatricem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, virorum coetui sollemnibus disponendis, Collegii moderatoribus ac doctoribus, alumnis denique universis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die **III** maii **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

IL

AD IULIUM CARD. BOSCHI, FERRARIENSEM ARCHIEPISCOPUM, COMACLENSIUM EPISCOPUM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FLAMINIAE REGIONIS, BONONIAE NUPER CONGREGATOS.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Bononiam nuper congressi litteras ad Nos dedistis amoris obsequiique plenas. Amavimus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, pietatis in Nos vestrae significationem, et vota pergrata habuimus quae superioribus diebus pro bona valetudine Nostra nuncupastis. Faxit Deus, ut quod Nobis benignus prorogai aetatis spatium, id omne conferamus in Ecclesiae utilitatem. Haec vota Nostra: haec una, nimirum Ecclesiae, Nos sollicitat causa.

Quae vertuntur, quaeque commemoratis Catholicorum sollemnia ob datam, sexdecim abhinc saeculis, Ecclesiae pacem, valde velimus ita peragantur ubique ut ad Ecclesiae ipsius sinum filios admoveant universos, efficiantque in eius tuendis fovendis iuribus alacriores. Huc sane ea spectare, hoc Nos velle iam alias ediximus: eodemque consilio Ecclesiae thesauros toto hoc piaculari anno latius universis patere voluimus. Et utinam maternam Ecclesiae vocem excipiant omnes et ad emendatricem, ad quam invitat, poenitentiam oblatae indulgentiae abundantia perducat !

Auspex divinarum gratiarum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecte Fili Noster ac venerabi-

les Fratres, et cuiusque vestrum gregi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxii maii **MCMXTII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. BERNARDUM HERRERA RESTREPO, BOGOTENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE EUCHARISTICO CONVENTU BOGOTAE IN COLUMBIA PROXIMO MENSE SEPTEMBRI CELEBRANDO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Columbiae Episcoporum coetum decrevisse nuntias Eucharisticum conventum, in urbe ista Reipublicae principe, proximo septembri habendum, et simul Pastorum, simul fidelium in eo iam studia calescere ut maximo, quo fieri potest, splendore celebretur. Id Nos quo animo acceperimus facile coniicies, venerabilis Frater, ex desiderio quo, uti nosti, incendimur ut ad amorem atque obsequium in Sacramentum augustum Catholicorum renoventur animi. Revirescere enim in populis christianarum cultum virtutum neutiquam visum Nobis sperandum, nisi Christi caritas in omnibus augeatur latiusque ea manent christianae vitae subsidia quorum Eucharistia fons est et caput. Quare huc potissimum spectare velimus Columbiae Episcoporum consilia, qua nimirum ratione, diligentiori Eucharistiae cultui usuique frequentiori promovendo fovendoque satius provideatur. Haec tibi, venerabilis Frater, haec ceteris Columbiae Episcopis commendata in primis volumus: quos tamen probe scimus commendatione hac Nostra minime egere: ita eos gregis, ita officii agnoscimus studiosos.

Quo vero uberiorem spem Columbiano populo eucharistica haec sollemnia praeluceant, admotis annuentes precibus, facultatem facimus ut conventus tempore sacrosanctum Eucharistiae sacramentum in triduum diu noctuque in Bogotensi Basilica publicae fidelium venerationi exponatur, tum etiam ut Missae privatae horis antelucanis vel, si opus fuerit, a prima hora post mediam noctem celebrari incipiant. Ne quid vero desit quod communibus sit in votis et ad conventus splendorem conferat, tibi, venerabilis Frater, vel alii Episcopo a te designando, potestatem libenter tribuimus ultimo congressionis die Papalem Benedictionem sollemniter populo impertiendi cum indulgentia plenaria, iis lucranda qui, admissis rite expiatis, Sacra de altari libaverint precesque

ad mentem Nostram Deo adhibuerint. Et haec sint Nostrae in Columbiae Catholicos caritatis testimonia.

Auspex demum divinarum gratiarum apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, ceteris Columbiae Episcopis,; Catholicis universis in primisque virorum ac feminarum coetui qui conventui disponendo adlaborat, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx maii **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

IV.

AD R. P. D. IACOBUM CARDONA Y TUR, EPISCOPUM TIT. SIONENSEM, QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS ANNIVERSARIO NUPER EXPLETO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Adventantem sacerdotii tui natalem quinquagesimum iam Nos paterna complexi sumus caritate cum tibi exoptanti fecimus facultatem impertiendi populo Papalem Benedictionem statutis celebritatis diebus.

Novam benevolentiae significationem libet hodie hisce addere litteris, quas tibi nuncias esse volumus cum gratulationum, tum votorum quibus te, venerabilis Frater, gaudia iterantem initi sacerdotii ex animo prosequimur. Is adsit tibi cui tot annos deservisti, Idemque novas tibi tribuat benignus annorum accessiones, ita sane ut auctas benemerendi opportunitates spes excipiat uberioris praemii in aeterna vita mansuri abundeque afferat quo laeteris in exacti sacerdotii recordatione ac memoria.

Quod ut e sententia cedat, caelestium tibi adiumentorum vim precamur eorumdemque auspicem apostolicam benedictionem, dilectionis Nostrae testem, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv maii **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM.

S. VINCENTII FERREM PRECES AD SANCTUM VITAE MORTALIS EXITUM A DEO IMPLORANDUM INDULGENTIA CCC DIERUM DITANTUR.

Die 5 iunii 1913.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia **R.** P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut christifideles, infra relatas preces, a S. Vincentio Ferreri compositas ad sanctum vitae mortalis exitum a Deo implorandum, corde saltem contrito, recitantes, Indulgentiam trecentorum dierum semel in die lucrari valeant, quam, si malint, animabus etiam in Purgatorio degentibus applicare queant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. © S.

•f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

PRECES.

Miserere mei, Deus: et exaudi orationem meam *(Ps. IV,* v. 1).

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea *(Ps. VI,* v. 2).

Miserere mei, Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis *(Ps. IX,* v. 13).

Miserere mei, Deus, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus et venter meus *(Ps. XXX,* v. 9).

Miserere mei, Deus: secundum magnam misericordiam tuam *(Ps. L,* v. 1).

Miserere mei, Deus: quoniam conculcavit me homo: tota die impugnans tribulavit me *(Ps. LV,* v. 1).

Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea *(Ps. LV1,* v. 1). >

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: laetifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi *(Ps. LXXXV,* v. **3).**

Miserere nostri, Domine, miserere nostri : quia multum repleti sumus despectione *(Ps. CXXII,* v. 4).

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto : Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui neminem vis perire, et cui numquam sine spe misericordiae supplicatur, nam tu dixisti ore sancto tuo et benedicto, *omnia quaecumque petieritis in nomine meo, fient vobis;* peto a te, Domine, propter nomen sanctum tuum, ut in articulo mortis meae des mihi integritatem sensus cum loquela, vehementem contritionem de peccatis meis, veram fidem, spem ordinatam, caritatem perfectam, ut tibi puro corde dicere valeam: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum ; redemisti me, Deus veritatis, qui es benedictus in saecula saeculorum. Amen.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

VERAPOLITANA.

DUBIA CIRCA IURAMENTUM ANTIMODERNISTICUM.

Ordinarius Verapolitanus ad oras Malabaricas in Asia ultimis temporibus ad hanc sacram Congregationem Consistorialem sequentia dubia circa iuramentum antimodernisticum proposuit, nempe:

I. An Ordinarius in casu concedere possit sacerdotibus extradioecesanis latini ritus, a suis Ordinariis pro sua respectiva dioecesi iam adprobatis, facultatem audiendi confessiones sive pro una alterave vice sive ad aliquod plus minusve longum temporis spatium, quin cogatur ab eis denuo excipere iusiurandum praescriptum in Motu Proprio *Sacrorum Antistitum* contra modernistarum errores;

II. An idem possit Ordinarius, si agatur de sacerdotibus ritus syromalabarici, qui, etiamsi in suo ritu adprobati fuerint ad confessiones, numquam tamen dictum iusiurandum praestiterunt.

Porro re mature considerata, Emi huius sacrae Congregationis Patres in plenario conventu diei 10 aprilis 1913 ad proposita dubia responderunt: Ad I *affirmative;* ad il, *si agatur de facultate concedenda per modum actus transeuntis, affirmative; aliter, negative.*

Ssmus autem **D.** N. Papa in audientia diei 2 maii 1913 resolutionem Emorum Patrum ratam habere et confirmare dignatus est publicique iuris fieri iussit.

Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 iunii 1913.

C. **CARD. DE LAI,** *Secretarius.*

L. © S.

Ioannes Baptista Rosa, *Substitutus.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I.

DECRETUM.

NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BETAFO IN MADAGASCARENSI INSULA ERIGITUR.

Quo christiani nominis propagationi aeternaeque saluti fidelium Madagascarensi in insula aptius prospiceretur, opportunum visum est a vicariatu apostolico de Madagascar centrali partem territorii seiungere, atque in apostolicam praefecturam erigere. Quapropter Emi Patres huius S. Consilii Fidei Propagandae, in plenario coetu habito die 10 martii vertentis anni, praefecturam apostolicam, de Betafo nuncupandam, in territorio a praedicto vicariatu Madagascar centralis separando erigendam censuerunt, sequentibus statutis limitibus, nempe, ad septentrionem gradu XIX latitudinis australis a mare Mozambiquensi ad fines provinciae civilis de Itasy orientem versus, dein limitibus meridionalibus eiusdem provinciae usque ad flumen Kitsamby, exinde finibus septentrionalibus et orientalibus districtus civilis de Faratsiho ad altitudinem urbis eiusdem nominis, ex qua linea ducitur usque ad fines occidentales provinciae civilis de Yatomandri; ad orientem praedictis finibus provinciae civilis de Yatomandri usque ad XX gradum latitudinis; ad meri-

diem vicariatu apostolico de Fianarantsoa; ad occidentem mare Mozambiquensi a XIX ad XX gradum latitudinis. Novam autem praefecturam apostolicam de Betafo curis Missionariorum a Salette nuncupatorum concredendam esse iidem Patres statuerunt.

Facta autem relatione hac super re Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X in audientia diei 7 vertentis maii, eadem Sanctitas Sua sententiam Emorum Patrum in omnibus ratam habuit atque confirmavit, praesensque ad id Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 15 maii, anno 1913.

Fr. **H.** M. **CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

C. Laurenti, *Secretarius.*

II.

DECRETUM.

IMMUTATUR NOMEN VICARIATUUM APOSTOLICORUM IN INSULA MADAGASCAR EXSISTENTIUM.

Cum in generalibus comitiis habitis die 10 martii vertentis anni Emi Patres huius S. Consilii Fidei Propagandae novum vicariatum apostolicum de Fianarantsoa nuncupatum atque praefecturam apostolicam de Betafo dictam in insula Madagascar erexissent, quo melius distinguantur propriis appellationibus alii vicariatus apostolici in eadem insula praeexsistentes, opportunum visum est eosdem nominibus urbium residentialium singulorum vicariorum apostolicorum in posterum appellare. Quapropter iidem Emi Patres statuerunt, vicariatum apostolicum Madagascarensem septentrionalem deinceps appellandum esse vicariatum apostolicum de Diego Suarez; vicariatum apostolicum Madagascarensem centralem, de Tananarive; denique vicariatum apostolicum Madagascarensem meridionalem, de Fort-Dauphin. Facta autem relatione hac super re Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X in audientia diei 7 vertentis maii, eadem Sanctitas Sua sententiam Emorum Patrum ratam habuit et confirmavit, atque praesens ad id Decretum fieri iussit.

Datum Romae ex aedibus sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 20 maii, anno 1913.

Fr. **H.** M. **CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

C. Laurenti, *Secretarius*

III.

DECRETUM.

ARCIPELAGUS DE SPITZBERG VICARIATUI APOSTOLICO NORVEGIENSI ADNECTITUR.

Septentrionum insulas, quae arcipelagum vulgo de Spitzberg nuncupatum efformant, quaeque anteactis temporibus aut inhabitatae erant, vel etiam inhabitabiles censebantur, novissimis hisce annis quamplures undique, praecipue ex Russia, Dania, Suecia, maxime vero ex Norvegia, sive itinerum aut piscatus seu venationis desiderio, sive magis mineralium quae passim in insularum illarum visceribus inveniuntur negotiatione compulsi, iugiter frequentare coeperunt, quinimo haud pauci in eodem Arcipelago stabile sibi suisque familiis domicilium constabilierunt. Quo itaque Catholicorum illuc advenientium, vel illic degentium spiritualibus necessitatibus aliqua ratione provideretur, quoque Evangelii christiani praeconium in illis etiam tam dissitis regionibus omnibus praedicaretur, eminentissimi Patres huius S. Consilii a christiano Nomine Propagando, in generalibus comitiis die 26 p. e. mensis maii habitis, quae de illarum regionum tam spiritualibus quam politicis et oeconomicis conditionibus huic S. Congregationi per R. P. D. Ioannem Baptistam /Eallize, vicarium apostolicum Norvegiensem, nuper relata fuerunt, rite in examen suscipere dignati sunt. Rebus itaque omnibus mature perpensis, attentisque votis a laudato vicario apostolico Norvégiensi, nec non a R. P, D. Alberto Bitter, vicario apostolico Suaeciae, huic eidem S. Congregationi panditis, unanimiter censuerunt: Arcipelagum vulgo de Spitzberg nuncupatum vicariatui apostolico Norvegiensi esse adnectendum, quasi partem integralem unius eiusdemque vicariatus, qui deinceps appellandus erit Vicariatus apostolicus Norvegiensis et de Spitzberg. Quam eminentissimorum Patrum sententiam in audientia diei 26 eiusdem mensis ab infrascripto S. huius Congregationis Secretario Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X relatam, eadem Sanctitas Sua in omnibus benigne adprobare et confirmare dignata est, ac praesens super re Decretum expediri mandavit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 1 iunii, anno Domini 1913.

Fr. **H. M. CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

Ç. Laurenti, *Secretarius.*

IV.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus apostolicis nominati sunt:

22 maii 1913. — *Primus episcopus novae dioecesis Aimerensis in Indiis Orientalibus,* R. P. Fortunatus a Turone, in saeculo Henricus Caumont, sacerdos ordinis Minorum Capulatorum.

2 iunii. — *Episcopus tit. ecclesiae Gerrhensis et vicarius apostolicus Laosiensis,* R. P. Constans Ioannes Baptista Prodhomme, alumnus seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteros.

3 iunii. — *Episcopus tit. ecclesiae Jonopolitanae,* R. P. D. Henricus Doulcet, translatus ab ecclesia Nicopolitana.

V.

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto sacrae Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

30 maii 1913. — *Praefectus apostolicus de Bar-el Gazai in Africa centrali,* R. D. Antonius Stoppani, ex instituto Veronensi Filiorum sacratissimi Cordis Iesu.

S. CONGREGATIO INDICIS

I.

DECRETUM.

Feria II, die 16 iunii 1913.

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X sanctaque Sede apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio

apostolico Vaticano die **16** iunii **1913,** damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

LUIGI RENZETTI, *Lotte umane; romanzo di vita russa.* Roma, **1911.**

SEBASTIAN MERKLE, *Vergangenheit und Gegenwart der katholisch-theologischen Fakultäten (« Akademische Bundschau* », Leipzig, oct. et nov. **1912).**

L. **LABERTHONNIÈRE,** *Sur le chemin du catholicisme.* Paris, **1913.**

— *Le témoignage des martyrs.* Ibid., **1912.**

STEPHEN COUBÉ, *Ames juives.* Paris, s. a.

M. D. **PETRE,** *Autobiography and Ufe of George Tyrrell.* London, **1912.**

H. A. VAN DALSUM, *Er is geene tegenstelling tuschen de beginselen van de fransche Bevolutie en die van het Evangelie.* 'S-Gravenhage, **1912,**

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die **17** iunii **1913.**

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

IL

Henricus Brémond Decreto huius S. Congregationis, quo liber ab eo conscriptus notatus et in Indicem librorum prohibitorum insertus est, laudabiliter se subiecit.

In quorum fidem, etc.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

DECRETUM

ADPROBATIONE NOVAE EDITIONIS MARTYROLOGII ROMANI.

Praesentem Martyrologii Romani editionem Vaticanam, a sacra Rituum Congregatione revisam et recognitam, sanctissimus Dominus noster Pius Papa X suprema auctoritate Sua adprobavit atque typicam declaravit; statuitque, ut novae eiusdem Martyrologii editiones huic in omnibus sint conformes. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23 aprilis 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. *i&* S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien, *Secretarius.*

IL

DECRETUM

DE MUTATIONIBUS IN BREVIARIO ROMANO FACIENDIS AD NORMAM CONSTITUTIONIS APOSTOLICAE « DIVINO AFFLATU ».

Per Decretum S. R. C. *Urbis et Orbis* die 23 ianuarii 1912 iniunctum fuit, ut Breviariis et Missalibus Romanis iam editis et apud typographos adhuc exsistentibus adiiceretur fasciculus, iuxta prototypum vaticanum adprobatus, cui titulus « Mutationes in Breviario et Missali Romano faciendae, etc. », ne utriusque textus liturgici exemplaria iam impressa inutilia evaderent. Quum vero sacra eadem Congregatio ceteras omnes mutationes, ad normam Constitutionis Apostolicae *Divino afflatu* et Decretorum, tum Breviarium tum Missale Romanum concernentes una cum praedictis iam evulgatis, non solum ad modum appendicis, sed suis locis respective adiungendas et inserendas censuerit; interim, praehabito specialis Commissionis liturgicae suffragio, has mutationes, Breviarium tantum respicientes, distincte et ordinate dispositas atque

collectas, sanctissimi Domini nostri Pii Papae X supremae sanctioni demisse subiecit. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, easdem mutationes, prouti in novo exstant prototypo, ratas habere et adprobare dignata est, simulque mandavit, ut ipsae, in futuris Breviarii Romani editionibus suis respectivis locis aptatae, rite inserantur. Attamen eadem Sanctitas Sua benigne indulsit, ut Breviarii Romani editiones hucusque impressae adhuc acquiri et adhiberi licite valeant; dummodo utentes observent normas pro Horis canonicis persolvendis in Constitutione *Divino afflatu* aliisque Apostolicae Sedis dispositionibus praescriptas. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die 11 iunii 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. % S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DECLARATIO CIRCA IUBILAEUM.

Proposita nuper est huic sacrae Poenitentiariae quaestio : « An Iubi-« laeum indictum litteris apostolicis *Magni faustique eventus,* datis die **« 8** martii huius anni, pluries acquiri possit, si iniuncta opera repe-« tantur ».

Re mature perpensa, eadem sacra Poenitentiaria, de mandato Ssmi D. N. Pii Papae X, ad quaesitum propositum respondendum esse decrevit, prout alias, occasione praecedentium iubilaeorum, declaratum est, nempe:

Praedictum Iubilaeum, quoad plenariam indulgentiam, bis aut pluries acquiri posse, iniuncta opera bis aut pluries iterando ; semel vero, idest prima tantum vice, quoad ceteros favores, nempe absolutiones a censuris et a casibus reservatis, commutationes aut dispensationes.

Datum Romae in sacra Poenitentiaria, die 6 iunii 1913.

S. **CARD. VANNUTELLI,** *Maior Poenitentiarius.*

I. Palica, *S. P. Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

TREVIREN.

DIFFAMATIONIS.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die ***Io*** *maii anni* ***1913,*** *RR. PP. DD. Seraphinus Many,* Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de turno in causa* Treviren. - Diffamationis, *inter Dnum* Neuerburg, *directorem ephemeridis «Petrus Blätter», repraesentatum per procuratorem Angelum d'Alessandri, advocatum, et Rev.* Froberger, *repraesentatum per procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, in gradu appellationis a dicto* ***Dno*** *Neuerburg interpositae contra sententiam Rmae Curiae Trevirensis, sequentem tulerunt sententiam.*

In ephemeride Trevirensi, cuius titulus est «Petrus Blätter»,scriptor retulit, aut potius ex alia ephemeride exscripsit, contra Rev. sacerdotem Froberger, quaedam verba quae huic visa sunt iniuriosa seu diffamatoria, quia traduci videbatur uti modernista vel semi-modernista; unde hic sacerdos contra ephemeridem Trevirensem querelam movit in Curia Trevirensi, petens ut ephemeris cogeretur ad retractationem iniuriae, et, si iudex aliquam poenam seu mulctam opportunam putavisset, ut haec applicaretur piis operibus. Revera iudex Trevirensis, omissa instructione processus, quia putabat agi de re notoria, sententiam tulit, qua iussit ut ephemeris iniuriam retractaret, eamque plectit muleta centum marcorum, piis dioecesis operibus applicanda. Quae sententia valde displicuit scriptoribus ephemeridis, qui ideo ab illa appellarunt ad S. Rotam, mota etiam contra eam sententiam querela nullitatis; hinc, in H. S. O., tria dubia concordata, ut sequitur:

I. *An constet de nullitate sententiae Curiae Trevirensis.*

II. *An constet de diffamatione in casu.*

III. *Et quatenus affirmative ad II, quomodo providendum in casu.*

Occurrit ergo primum dubium: *An constet de nullitate sententiae Trevirensis.* Cui dubio Domini respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Ut totum hoc intelligatur, dicendum est in S. Rota non admitti nisi tres nullitates, scilicet ex defectu iurisdictionis (sive competentiae), man-

dati, citationis. Primus qui tulerit hanc legem pro S. Rota, est Pius IV, Const. *In throno iustitiae,* 27 dec. 1561, § 13, ubi loquens de S. Rota, dicit: « Deinceps, etiam in causis pendentibus, non attendantur aliquae « nullitates, praeterquam ex defectu iurisdictionis, citationis, vel man- « dati, nisi causa nullitatis specialiter ante datam praesentium com- « missa reperiretur ». Hanc legem renovavit Paulus V, Const. *Universi' agri* (de reformatione omnium tribunalium Urbis), 1 martii 1612, § 5, *Be Auditorio Botae,* n. 19, his verbis e Bulla Piana desumptis : « Non « attendantur praeterea aliquae nullitates in causis, praeterquam ex « defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati ». Sacram autem Rotam his praeceptis inhaesisse testantur Collectiones eius decisionum; adeantur v. g., in Collectione Recentiorum dec. 36, n. 2, P. 10; dec. 416, n. 17, P. 16; dec. 89, n. i, P. 18, T. 1; dec. 499, n. 1, P. 18, T. 2; dec. 237, n. 28, P. 19, T. 1. Quod etiam asserit de Luca, *Be iudiciis,* disc. 38, n. 22 (cf. etiam ibid., disc. 31, n. 43): quem usum valde laudat doctissimis ille canonista.

Porro nullus unquam Pontifex hanc legem et relativum S. Rotae usum suppressit; imo Clemens XIII omnes usus, stylum, et facultates S. Rotae, in quantum necesse erat, confirmavit, hisque de novo apostolicae firmitatis robur adiecit, in sua Const. *Ex parte,* diei 30 septembris 1760, § 6 et in alia Const. *Etsi iustitiae,* 6 kal. augusti 1762, § 5. Et pariter Pius VII, in Motu Proprio diei 6 iulii anni 1816, § 47, omnes eiusmodi usus S. Rotae confirmavit his verbis: « Il Tribunale delia Rota... « continuerà a procedere, nei suoi giudizi, cogli stessi metodi e colla « stessa forma, con cui ha proceduto in passato e procede presente- « mente, tanto nelle cause profane, quanto nelle ecclesiastiche, e tanto « in quelle dello Stato, che nelle estere ».

Gregorius quidem XVI, in suo *Regolamento legislativo e giudiziario,* diei 10 novembris anni 1835, tribus nullitatibus, de quibus supra, adiecit, pro tribunalibus Romanis, alias nullitates accidentales, trium dierum praescriptione perimendas (cf. §§ 778-780) ; sed cum iste codex vim non habuerit nisi pro Statu Pontificio, ut expresse cavet Gregorius in proemio codicis, § *E volendo,* respicere nequit Rotam, qualis erat cum Pius IV et Paulus V praefatam legem tulerunt, et qualis restituta est a Pio X Const. *Sapienti consilio;* imo, cum a longo iam tempore de facto desierit Status Pontificius, cessavit etiam de facto dictus codex, et ideo, quoad nullitates, non remanet nisi praefatum ius generale, relativusque sacrae Rotae usus.

Constat ergo in S. Rota non admitti nisi tres nullitates ex defectu competentiae, mandati et citationis. Verum, quod accurate notandum est, hac lege a Pio IV inducta, dici nequit sublatas fuisse nullitates

substantiales, seu de iure naturae. Nam finis quem sibi proposuit Pius IV in hac lege ferenda, fuit ut breviores fierent lites, sublatis inutilibus dilationibus et impedimentis; quod sic clare dicit in proemio suae Const. *In throno iustitiae:* « Ut universis nationibus ad Sedem apostolicam... « pro litium et controversiarum inter eos vigentium recurrentibus, longis « iudiciorum curriculis sublatis, ac minoribus quam fieri poterit dispen- « diis opportune consulatur »; et in § 1: « ... Nonnulla potius, pro litibus « abbreviandis, ac partium dispendiis evitandis vel saltem minuendis... « providenda censuimus » ; signum ergo apertum est Pium IV non sustulisse nisi nullitates quae solemnitatem potius iudiciorum aut inutilem abundantiam probationum respiciebant, non vero eas quae de iure naturae sunt necessariae, ideoque substantiales dici possunt; alioquin Pius IV non tam solemnitates et superflua iudiciorum resecasset, quam ipsa iudicia destruxisset; iudicium enim, sine eo quod requirit eius natura, stare nequit. Unde est quod S. Rota, quae legem Pianam diligentissime observavit, non censuerit eo ipso suppressas fuisse nullitates substantiales; dicit enim, in dec. 499, n. 1-3, Recentiorum, P. 18, t. 2: « ... Praetermissa in primis nullitate sententiae, unica etiam respon- « sione, quod nullitates (in casu a partibus obieetae) non sint ex illis « tribus iurisdictionis, mandati et citationis, quae sunt insanabiles, iuxta «reformationem Pauli V et prius Pii IV,... ut conclusit Rota coram « Buratt, dec. 337, neque ex illis quae sunt de substantia iudicii, ut ibi « adnotatur, etc. ». Clarum est ergo S. Rotam attendere, non solum tres supradictas nullitates, sed etiam alias quae sunt de substantia iudicii, seu substantiales.

Porro, ut ad *factum* accedamus, in iudicio Trevirensi adest nullitas substantialis, scilicet defectus omnimodus defensionum ex parte conventorum. Quod quomodo contingere potuerit, patet ex Actis. Cum enim ageretur de diffamatione orta ex quodam loco alicuius ephemeridis Trevirensis, iudex putavit rem esse notoriam, et ideo, secundum quod ius et auctores dicunt de notoriis et manifestis, praetermitti posse ordinem iudicialem. Unde, missa una et altera citatione (diebus 18 et 21 dec. anni 1911) ad « Redactionem » ephemeridis, conventos invitavit ad respondendum scripto aut viva voce, et statim determinavit diem 27 eiusdem mensis (scilicet sex tantum diebus post secundam citationem) pro ferenda sententia definitiva: quae reipsa hac die 27 prolata est, et statim notificata conventis. Verum in casu non agebatur de notorio iuridice sumpto. Non enim confundendum est factum quoddam publicum seu notorium cum delicto notorio ad iuris et sacrorum canonum sensum. In delicto

seu crimine distinguenda sunt duo elementa: factum sensibile, et eius qualitas criminosa; illud est eius substratum materiale; per hanc, quasi per eius rationem formalem, constituitur in ratione delicti aut criminis. Atqui, ut delictum possit dici notorium iuridice, seu ad effectum ut iudex praetermittere possit ordinem iudicialem, requiritur quidem ut factum sensibile sit in se ita publicum et notorium ut nulla possit tergiversatione celari, cap. *Quaesitum,* 10, *De cohabit. cler.;* cap. *Cum olim,* 24, *De verborum significationibus;* sed hoc non sufficit, et requiritur etiam, et praecipue, ut qualitas criminosa facti sit ita clara et evidens ut nulla exceptione excusari possit. Et est communis et certa inter doctores sententia. Ita enim docet Pirhing, in tit. *De accusationibus,* n. 104: « Debet « autem non solum ipsum factum esse notorium" et evidens, v. g., Titium « hominem occidisse, sed etiam qualitates facti, ita ut nulla defensio vel « excusatio reo competat; fieri enim potest quod quis aliquem occidit ad « se defendendum, vel quia alias impune occidi potuit ». Et in tit. *De foro competenti,* n. 20, idem auctor pariter docet: « Praeterea notandum « est: ad hoc ut delictum alicuius notorium censeatur, non satis est « factum ipsum esse notorium secundum se, sive de eo publice constare, « v. g., quod Titius occiderit Caium, sed insuper requiritur, ut etiam « notoriae sint qualitates seu circumstantiae ipsius facti, ita ut ex iis «nulla defensio aut excusatio culpae competere possit reo, ut notat « Clarus, c. 1. n. 3; Mase, c. 1. n. 9; Tuschus, v. *Notorium,* conci. 3, n. 4; « v. g., Titius Caium occidit in foro publico, praesente populo, ita ut « factum negari non possit : hoc casu factum est quidem notorium « secundum se, non tamen quoad omnes circumstantias: fieri enim « potuit quod Titius Caium occideret ad necessariam sui defensionem, « aut subito calore iracundiae, vel quia mentis inops erat, vel quia Caius « alias impune occidi potuisset, et ideo excusationem praetendere potest, « ita ut nullo modo, vel saltem minus graviter deliquerit, proinde etiam « vel nullam poenam, vel saltem minus gravem meruerit ». Ita etiam Reiffenstuel, in tit. *De accusationibus,* n. 265: « Requiritur ut non tantum « constet de notorietate delicti, sed etiam de formalitate aut malitia «delicti; adeo ut non sufficiat notorie esse commissum homicidium, « sed insuper notorie constare debet, quod culpa vel dolo, et non cum «defensione inculpatae tutelae, aut casu fortuito, etc., commissum sit; « Clarus, § finali, q. 9, n. 3, dicens esse communem conclusionem ». Pariter Schmalzgrueber, in tit. *De accusationibus,* n. 15: « Debet noto- « rium esse factum, non tantum in se, sed etiam in ratione delicti; quia « nisi hoc modo notorium sit, locus erit tergiversationi et excusationi, « cui tamen locus esse non debet in delicto notorio: cap. *Tua nos,* 8,

« De cohabitatione cler. ». Ita etiam et in eisdem fere terminis Pichler, in eumdem tit. *De accusationibus,* n. 40. Quos sequuntur canonistae recentiores, v. *g.,* Bouix, *De iudiciis eccl.,* P. II, sect. IV, subsecutio I, § 3; Lega, *De iudiciis,* t. IV, n. 119, edit, 1901, etc. Unde haec doctrina, fundata in cap. *Cum dilectis,* 15, *De purgatione canonica,* et in cit. cap. *Tua nos,* 8, *De cohabit. cler.* et communiter, imo universaliter apud doctores canonum recepta, in uso forensi omnino servari debet.

Porro, in casu nostro, notorium quidem erat factum sensibile, seu substratum materiale, scilicet scriptura quam ab ephemeride Basileensi mutuata est et iterum typis edidit ephemeris Trevirensis « Petrus Blätter » ; verum non ita notoria est qualitas criminosa huius facti ; nemo enim nescit, in iure nostro, aliquando licitum esse, imo obligatorium, manifestare delictum aut culpam alterius, v. g., quando interest reipublicae aut religionis, aut etiam ad avertendum grave damnum alicuius, uti communiter docent canonistae et theologi, v. g., Reiffenstuel, in tit. *De iniuriis et damno dato,* n. 18; Pichler, in eumd. tit. n. 7; D'Annibale, *Summula,* t. % § 260, edit. 3, etc. Et revera, in discussione huius causae in H. S. O., plura ad suam defensionem scripsit pars conventa. Non agebatur ergo de delicto iuridice notorio, et ideo a iudice Trevirensi servari debuit ordo iudiciarius, id est, ante omnia, locus dari debuit defensionibus, electioni defensoris, exhibitioni documentorum, productioni testium, etc.; quae cum omnia praetermissa fuerint, certo certius adest in iudicio Trevirensi nullitas substantialis, cum, extra casus iuridice notorios, ipsum ius naturale dictet non posse partem inauditam damnari. Quod adeo verum est ut, in iudiciis summariis, in quibus id solum servatur quod de iure naturae est, legislator canonicus voluerit apertum locum esse defensionibus ; in Clementina enim *Saepe contingit, % De verborum significationibus,* in qua Clemens V ordinat quidquid refertur ad praefata iudicia summaria, praecipit ut iudex lites faciat, in quantum potest, breviores, his additis verbis : « Non sic tamen iudex litem abbre« viet, quin probationes necessariae et defensiones legitimae admit**ti** tantur ». Quod cum neglectum fuerit in sententia Trevirensi, dicendum est eam nullitate substantiali laborare.

Addendum est sententiam Trevirensem alia etiam nullitate laborare, scilicet ex capite citationis. Dictum est enim supra, in H. S. O. ex praecepto Romanorum Pontificum, negligi nullitates accidentales quae in processibus et sententiis occurrunt, sed admitti tres nullitates, nimirum ex defectu iurisdictionis, mandati et citationis. Porro revera sententia Trevirensis incidit in nullitatem ex defectu citationis. Ut enim valida et iuridica sit citatio, plura requiruntur, et praecipue ut in citatione expri-

matur nomen personae citandae, ita ut haec persona sit omnino determinata. De quo audiendus est Reiffenstuel, in tit. *De oblatione libelli,* n. 57: « Requiritur ut in citatorio nomen et cognomen rei seu citandi « diserte exprimatur, c. *Significante,* 34, et c. *Significavit,* 36, *De rescriptis,* « et c. *Cum in multis,* eodem in VI. Et merito, partim ut citandus cogno- « scat quod citatio ipsum concernât, simulque contra eum contumacem « exsecutio fieri valeat, partim ut fraudibus, ceteroquin facile suborituris, « aditus praecludatur, et actor amplius variare non possit. Quod si vero « communitas aliqua vel civitas aut collegium citari debeat, tunc sufficit « generalis citatio, v. g., citando cónsules et senatores illius civitatis, aut « abbatem et priorem talis monasterii : siquidem huiusmodi nomina « collectiva certum corpus repraesentant, illudque totum determinant ». Similia habentur apud Scaccia, *De iudiciis,* lib. 1, cap. 32, n. 11; Pichler, in tit. *De oblatione libelli,* n. 18; Schmalzgrueber, in eumd. tit. n. 20, ad 5 et 7. Unde, si citanda sit persona privata, citari debet proprio nomine ; si autem citanda sit persona moralis, quae ius habeat standi in iudicio, vel saltem quae sit vere subiectum iurium et onerum, sufficit citatio generalis, scilicet citando administratores aut directores.

Notandum tamen est, ubi agitur de persona privata, contingere posse ut nomen eius iudici sit ignotum ; tunc sufficit, in schedula citationis hanc personam designare huiusmodi qualitate aut officio, quae non possint convenire nisi illi soli, et ita personam citandam perfecte determinent. Quod iam vigebat iure Romano, uti patet ex L. *Nominatim,* 2, D. *De liberis et posthumis,* et receptum est in iure canonico, in quo nominatim dicitur citari aut vocari, qui, licet tacito nomine, his qualitatibus aut signis designatur, quae non possint convenire nisi ipsi soli, v. g., filius unicus aut primogenitus talis patris, parochus talis parochiae, abbas talis monasterii. Cfr. Glossam, in cap. *Constitutionem, 9, de* S. E., in VI, v. *Nominatim ;* Suarez, *De Censuris,* disp. 9, sect. 2, num. 10 ; Fagnan., in cap. *Quod a praedecessore,* 1, *De schismaticis,* num. 47; et ita communiter.

Nunc ergo, quod attinet ad citationem in iudicio Trevirensi, citata fuit « Redactio » ephemeridis « Petrus Blätter ». Ita in mandato iudicis Trevirensis, diei 18 dec. anno 1911, et in eiusdem epistola, diei 21 dec. sequentis, qua conventis terminus peremptorius praefixus est. Verum « Redactio » praefatae ephemeridis non est persona moralis proprie dicta, quae ius habeat standi in iudicio ; non est enim, in sensu iuris, universitas personarum (qualis est civitas, capitulum, collegium, etc.), nec universitas bonorum (veluti fundationes, pia opera, etc.), quae ab auctoritate civili vel canonica competente erecta fuerit ad dignitatem

personae iuridicae seu moralis. Insuper dicta « Redactio » non est persona collectiva, quae sit vere subiectum iurium et onerum ; ut enim communiter contingit in ephemeridibus, unusquisque « Redactionis » socius ad unam determinatam partem ephemeridis curandam deputatur, quin ullam sibi assumat obligationem respectu aliarum. Saepissime fit ut director principalis solus determinet quid in lucem edendum sit, quin alium quemcumque audire teneatur. Unio quaedam habetur inter ipsos « Redactionis » socios, quatenus singulorum labor ad unum aliquid (scilicet fasciculum ephemeridis edendum) conducit, sicut unio habetur inter opifices diversarum artium fabrilium in domo aedificanda; sed unio ista non sufficit ad constituendos illos tamquam unum corpus morale, subiectum iurium et onerum respectu aliarum personarum, quarum interesse potest. Unde « Redactio » ephemeridis Trevirensis citari non potuit ut persona collectiva, ut dicitur « responsabilis », et ideo, in actione contra ipsam intentata, citari omnino debuit persona privata determinata.

Unde iure suo usus est **D.** Neuerburg, cum, nomine sociorum, ad duas citationes iudicis Trevirensis, die 26 dec, respondit : « Noi respin-
« giamo il processo nella vertenza Froberger, perchè non può venir que-
« relata la Redazione dei " Petrus Blätter,, ma una persona determinata ». Oportebat ergo ut tribunal exceptionem factam reciperet de eaque deliberaret, et citationem reformaret, citando, v. g., ipsum Neuerburg, qui director principalis erat ephemeridis, et revera postea semper conventi vices egit in appellatione et in praesenti instantia Rotali. Citationem tamen tribunal non reformavit, sed postridie, scilicet die 27 dec, sententiam definitivam protulit. Citatio ergo tribunalis Trevirensis nulla fuit et nullius effectus, utpote directa ad personam citationis incapacem.

Nec dicatur vitium citationis sanatum fuisse per tertiam citationem diei 24 dec. in qua sic scripsit iudex Trevirensis : « A la Rédaction des
« " Petrus-Blätter „. Nous nous en remettons à la décision de la Rédaction,
« ou plutôt à l'auteur de l'article en question dans le n. 7 de la Revue,
« de prendre part personnellement à la séance qui aura lieu le mer-
« credi 27 courant, à 3 heures de l'après-midi, dans la salle des débats
« du vicariat général episcopal, dans laquelle on procédera à l'affaire
« du D. Froberger contre les " Petrus-Blätter „ ».

Vitium, dicimus, citationis sanatum non fuit per hanc epistolam; haec enim epistola dici nequit citatio, nec in ea aliquis determinate et praecise iubetur ad comparendum; unde nec ipsum tribunal, in sua sententia, insistit in hac epistola ad defendendam vim suarum citationum.

Nec relevat argumentandi ratio Tribunalis, nempe quod: « La cita-« zione della Redazione dei " Petrus-Blätter,, non può essere impugnata, « perchè avrebbe dovuto essere citato il così detto gerente responsa-« bile. Checche stabiliscano in proposto le leggi civili, secondo la mo-« rale e la legge ecclesiastica la responsabilità degli articoli che appa-« riscono in un giornale spetta, oltre che all' autore, alle determinate « persone che ne curino la compilazione, il cui nome non può essere « noto alla autorità giudiziaria ». Nam : I° exceptio mota a D. Neuerburg non eo tendebat ut in ius vocaretur ille quam dicunt « gerente responsabile », sed ut citaretur aliqua persona determinata; 2° iuxta supra dicta, ex communiter contingentibus, socii alicuius « Redactionis » tenentur quidem de propriis actibus aut scripturis, sed non de actibus aut scripturis ceterorum, ad quos actus aut scripturas curandas aut inspiciendas non sunt deputati. Unde citandus erat vel ille qui vocatur « il gerente responsabile », vel director principalis ephemeridis ; quod si eorum nomen ignotum esset iudici, satis erat, iuxta supradicta, ut illos designaret proprio officio, quod revera illos perfecte determinat.

Unde, quod ad dubium primum attinet, solutio in promptu est* scilicet : *Constare de nullitate sententiae Curiae Trevirensis.*

Cum autem ventum fuit ad duo alia dubia, quae meritum causae respiciunt, D. Ponens retulit quae iam tentaverat, infelici exitu, ad procurandam transactionem seu concordiam inter partes. Qua facta relatione et discussione habita, DD. Auditores nihilominus putaverunt fieri posse ut controversia transactione fmiretur.

Unde die 7 februarii anni 1913, sic ad dubia proposita rescripserunt et decreverunt.

Ad I dubium : *Affirmative.*

Ad II dubium : *Dilata, et de novo proponatur concordia.*

Ad III dubium: *Provisum in 11.*

Qua sententia prolata, D. Ponens iterum omnem diligentiam adhibuit, ut concordia ad optatum finem perduceretur. Quod tandem feliciter contigit die 9 mensis maii labentis, quo die ambo procuratores, legitima facultate instructi, concordiam subscripserunt. Tenor autem concordiae hic est:

Tenor concordiae inter partes conclusae.

Cum Domini S. Romanae Rotae Auditores die 7 februarii labentis anni 1913, in consueta sede Tribunalis de tribus dubiis primo in hac causa concordatis scilicet: I. *An constet de nullitate sententiae Curiae Trevirensis.* IL *An constet de diffamatione in casu.* III. Et quatenus affir-

mative ad .11, *Quomodo providendum in casu,* deliberationem inter se instituissent, et ad I dubium respondissent *Affirmative;* quantum ad duo alia dubia, magis ac magis perspexerunt fieri posse ut controversia transactione finiretur, et ideo ad II dubium rescripserunt: *Dilata, et de novo proponatur concordia:*

Revera concordia, quae iam a D. Ponente tentata fuerat, iterum proposita est, et ad felicem exitum deducta.

Ambo ergo procuratores, scilicet D. advocatus Vincentius Sacconi, procurator Rev. Froberger, actoris appellati, et D. advocatus Angelus D'Alessandri procurator Dni Neuerburg, directoris ephemeridis « Petrus Blätter » conventi in causa et appellantis, ambo legitima facultate instructi, nomine suorum clientum, in hos articulos convenerunt :

I. Scriptores ephemeridis « Petrus Blätter » declarant se, dum transcribebant scripturam ephemeridis « Basler Volksblatt » non intendisse Rev. Froberger attribuere omnes sensus et proposita in hac scriptura expressa, sed tantummodo, ut fieri solet, sibi proposuisse exhibere elenchum completum iudiciorum quae hucusque circa librum R. P. Weiss emissa fuerant.

II. Ex parte sua, Rev. Froberger hanc scriptorum ephemeridis « Petrus Blätter » declarationem libenter acceptat, ideoque retractat et supprimit omnes insimulationes quas in sua querela contra ephemeridem « Petrum Blätter » movit.

III. Praesens concordia infra terminum viginti dierum a die notificationis sententiae computandorum, publicabitur non solum in ephemeride « Petrus Blätter », sed etiam in sex ephemeridibus, quarum nomina sunt: « Kölnische Volkszeitung, Germania, Augsburger Postzeitung, Stesisene Volkszeitung, Neue Züricher Nachrichten, Allgemeine Rundschau ». Hanc publicationem in sex dictis ephemeridibus faciendam in se assumit Rev. Froberger.

IV. Omnes expensae iudiciales inter partes compensatae habentur.

V. Ambae partes spontanee renunciant inter se cuicumque actioni ulteriori iudiciali in foro civili vel ecclesiastico, vel etiam cuicumque actioni in foro administrativo, quae se referat ad praesentem litem.

Romae, die 9 maii 1913.

Subscripserunt : V. Sacconi.
A. D'Alessandri.
S. Many, *Ponens.*

Quibus omnibus tum quoad factum tum quoad ius consideratis, sententiam quod attinet, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis haben-

tes dicimus, declaramus et definitive sententiamus *constare de nullitate sententiae Curiae Trevirensis,* ad primum propositum dubium respondentes: *Affirmative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes, procedant ad normas ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Ad concordiam vero inter partes initam quod spectat, eam Domini Auditores cum omnibus iuris effectibus, hisce praesentibus, publicant, decernentes insuper ad normam articuli IV dictae concordiae, omne& expensas iudiciales inter partes compensatas haberi, ita ut etiam taxa expeditionis sententiae et concordiae, in dimidio ab utraque parte solvatur.

Romae in sede Tribunalis, die 15 maii 1913.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD PAULINUM PETRUM CARD. ANDRIEU, BURDIGALENSIUM ARCHIEPISCOPUM, OB EIUS DECLARATIONEM CONTRA « LE BULLETIN DE LA SEMAINE ».

Eminentissime Seigneur,

J'ai l'honneur d'accuser à Votre Éminence réception de Sa lettre du 12 avril, ainsi que du double exemplaire du numéro de *Y Aquitaine* relatant la Déclaration que Vous avez cru devoir faire contre *Le Bulletin de la Semaine.*

Je n'ai pas manqué de prendre connaissance de cette Déclaration, et je ne puis qu'approuver la mesure sage et opportune que Votre Éminence vient de prendre à cet égard pour le bien du clergé et des fidèles confiés à Sa sollicitude.

Le Saint-Père Vous félicite de votre zèle pastoral à signaler à vos chers diocésains les dangers pour leur foi, pour l'intégrité de la saine doctrine, à les préserver de tout ce qui pourrait y porter atteinte, et affaiblir en eux le dévouement et l'attachement au Vicaire de Jésus-€hrist, l'obéissance au Siège Apostolique et à ses décisions.

En communiquant à Votre Éminence la bénédiction apostolique que Sa Sainteté Vous accorde de tout Son cœur, je suis heureux; de Vous renouveler l'hommage de la vénération profonde avec laquelle j'aime à me redire

de Votre Éminence

Le 21 avril 1913.

le très humble et très dévoué serviteur

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

IL

AD R. D. CAN. LA HITTON, QUI ALTERAM OPERIS SUI « VOCATION SACERDOTALE » EDITIONEM BEATISSIMO PATRI, PIGNUS DEVOTIONIS, OBTULIT.

Monsieur le Chanoine,

Le Souverain Pontife Pie X vous remercie de l'hommage filial que vous Lui avez fait de la nouvelle édition de votre ouvrage sur la *Vocation sacerdotale,* et vous confirme à cette occasion les félicitations qu'il vous avait adressées lors de la première apparition de votre docte travail.

Déjà, l'année dernière, Sa Sainteté avait pleinement approuvé la décision prise, le 20 juin 1912, par les éminentissimes Cardinaux spécialement chargés d'examiner la question doctrinale soulevée par la publication de votre livre. En relevant le mérite de cette magistrale étude, la Commission cardinalice signalait avec éloge les points importants du concept traditionnel de l'Église, mis par vous en lumière.

Après avoir pris connaissance de la présente édition, le Saint-Père vous félicite de nouveau d'avoir rendu un service important à la cause de la pure doctrine, et comme gage de son entière satisfaction vous accorde de tout cœur la bénédiction apostolique.

Avec mes félicitations et mes remercîments personnels, veuillez recevoir, Monsieur le Chanoine, l'assurance de mes sentiments bien dévoués en Notre-Seigneur.

Le 7 juin 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

i.

DE AUCTORE, DE TEMPORE COMPOSITIONIS ET DE HISTORICA VERITATE LIBRI ACTUUM APOSTOLORUM.

Propositis sequentibus dubiis Pontificia Commissio de Be Biblica ita respondendum decrevit:

I. Utrum perspecta potissimum Ecclesiae universae traditione usque ad primaevos ecclesiasticos scriptores assurgente, attentisque internis rationibus libri Actuum sive in se sive in sua ad tertium Evangelium relatione considerati et praesertim mutua utriusque prologi affinitate et connexione *(Luc.,* I, 1-4; *Act.,* I, 1-2), uti certum tenendum sit volumen, quod titulo Actus Apostolorum, seu *npa&is* ***'A-rcoarókwv,*** praenotatur, Lucam evangelistam habere auctorem?

R. Affirmative.

IL Utrum criticis rationibus, desumptis tum ex lingua et stylo, tum ex enarrandi modo, tum ex unitate scopi et doctrinae, demonstrari possit librum Actuum Apostolorum uni dumtaxat auctori tribui debere; ac proinde eam recentiorum scriptorum sententiam, quae tenet Lucam non esse libri auctorem unicum, sed diversos esse agnoscendos eiusdem libri auctores, quovis fundamento esse destitutam?

R. Affirmative ad utramque partem.

III. Utrum, in specie, pericopae in Actis conspicuae, in quibus, abrupto usu tertiae personae, inducitur prima pluralis *(Wirstücke),* unitatem compositionis et authenticitatem infirment; vel potius historice et philologice consideratae eam confirmare dicendae sint?

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IV. Utrum, ex eo quod liber ipse, vix mentione facta biennii primae romanae Pauli captivitatis, abrupte clauditur, inferri liceat auctorem volumen alterum deperditum conscripsisse, aut conscribere intendisse, ac proinde tempus compositionis libri Actuum longe possit post eamdem captivitatem differri; vel potius iure et merito retinendum sit Lucam sub finem primae captivitatis romanae apostoli Pauli librum absolvisse?

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

V. Utrum, si simul considerentur tum frequens ac facile commercium quod procul dubio habuit Lucas cum primis et praecipuis ecclesiae Palaestiniensis fundatoribus nec non cum Paulo gentium Apostolo, cuius et in evangelica praedicatione adiutor et in itineribus comes fuit; tum solita eius industria et diligentia in exquirendis testibus rebusque suis oculis observandis; tum denique plerumque evidens et mirabilis consensus libri Actuum cum ipsis Pauli epistolis et cum sincerioribus historiae monumentis ; certo teneri debeat Lucam fontes omni fide dignos prae manibus habuisse eosque accurate, probe et fideliter adhibuisse: adeo ut plenam auctoritatem historicam sibi iure vindicet?

R. Affirmative.

VI. Utrum difficultates quae passim obiici solent tum ex factis supernaturalibus a Luca narratis; tum ex relatione quorumdam sermonum, qui, cum sint compendiose traditi, censentur confidi et circumstantiis adaptati; tum ex nonnullis locis ab historia sive profana sive biblica apparenter saltem dissentientibus; tum demum ex narrationibus quibusdam, quae sive cum ipso Actuum auctore sive cum aliis auctoribus sacris pugnare videntur; tales sint ut auctoritatem Actuum historicam in dubium revocare vel saltem aliquomodo minuere possint?

R. Negative.

IL

DE AUCTORE, DE INTEGRITATE ET DE COMPOSITIONIS TEMPORE EPISTOLARUM PASTORALIUM PAULI APOSTOLI.

Propositis pariter sequentibus dubiis Pontificia Commissio de Be Biblica ita respondendum decrevit:

I. Utrum prae oculis habita Ecclesiae traditione inde a primordiis universaliter firmiterque perseverante, prout multimodis ecclesiastica monumenta vetusta testantur, teneri certo debeat epistolas quae pastorales dicuntur, nempe ad Timotheum utramque et aliam ad Titum, non obstante quorumdam haereticorum ausu, qui eas, utpote suo dogmati contrarias, de numero paulinarum epistolarum, nulla reddita causa, eraserunt, ab ipso apostolo Paulo fuisse conscriptas et inter genuinas et canonicas perpetuo recensitas?

R. Affirmative.

II. Utrum hypothesis sic dicta fragmentaria, a quibusdam recentioribus criticis invecta et varie proposita, qui, nulla ceteroquin probabili

ratione, immo inter se pugnantes, contendunt epistolas pastorales posteriori tempore ex fragmentis epistolarum sive ex epistolis paulinis deperditis ab ignotis auctoribus fuisse contextas et notabiliter auctas, perspicuo et firmissimo traditionis testimonio aliquod vel leve praeiudicium inferre possit?

R. Negative.

III. Utrum difficultates quae multifariam obiici solent sive ex stylo et lingua auctoris, sive ex erroribus praesertim Gnosticorum, qui uti iam tunc serpentes describuntur, sive ex statu ecclesiasticae hierarchiae, quae iam evoluta supponitur, aliaeque huiuscemodi in contrarium rationes, sententiam quae genuinitatem epistolarum pastoralium ratam certamque habet, quomodolibet infirment?

R. Negative.

V. Utrum, cum non minus ex historicis rationibus quam ex ecclesiastica traditione, Ss. Patrum orientalium et occidentalium testimoniis consona, necnon ex indiciis ipsis quae tum ex abrupta conclusione libri Actuum tum ex paulinis epistolis Romae conscriptis et praesertim ex secunda ad Timotheum facile eruuntur, uti certa haberi debeat sententia de duplici romana captivitate apostoli Pauli ; tuto affirmari possit epistolas pastorales conscriptas esse in illo temporis spatio quod intercedit inter liberationem a prima captivitate et mortem Apostoli?

R. Affirmative.

Die autem 12 iunii anni 1913, in audientia infrascripto Rmo Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus noster Pius Papa X praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 12 iunii 1913.

LAURENTIUS JANSSENS, O. S. **B.,**
Consultor ab Actis.

Ii. © S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREP ARATORI A.

Il giorno 17 giugno 1913, presso F Emo e Rmo signor cardinale Lodovico Billot, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Giuliano Maunoir, sacerdote professo della Compagnia di Gesù, fu tenuta la Congregazione dei sacri Riti Antipreparatoria, nella quale, dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, fu discusso il dubbio sopra ' eroismo delle virtù esercitate dallo stesso Venerabile Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato dì nominare :

12 giugno 1913. — 11 signor cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, *Pro-Prefetto della sacra Congregazione dei Religiosi.*

24 giugno. — Il signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della Congregazione delle Suore dell'Immacolata Concezione, di Iaztoviec (Leopoli di rito Latino).*

— Il Revino P. Egidio Bertolotti, ex-generale delle Scuole Pie, *Consultore della sacra Congregazione dell' Indice.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

5 giugno 1913. — Mons. Domenico M. Valensise, arcivescovo titolare dì Ossirinco.

Protonotario Apostolico ad instar participantium:

14 giugno 1913. — Mons. Eugenio Duval, già amministratore della diocesi di Guadalupa.

Prelati Domestici di S. S::

30 maggio 1913. — Mons. Baldassare Feuersinger, canonico della chiesa metropolitana di Salisburgo.

— Mons. Lorenzo Werthmann, dell'archidiocesi di Friburgo.

1 giugno — Mons. Giovanni Grobelskij, di rito ruteno, canonico dei capitolo di Stanislaopoli.

10 gnigno. — Mons. Bartolomeo Cattaneo, rettore del pontificio collegio Urbano di Propaganda Fide.

11 giugno. — Mons. Giuseppe Eisenbarth, canonico della diocesi di Rottenburg.

— Mons. Francesco Stanonik, professore nell'Università di Gratz.

12 giugno. — Mons. Tommaso Robinson, decano della diocesi di Perth.

— Mons. Patrizio Verling, vicario generale della medesima diocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

3 giugno 1913. — Mons. Valdimiro Kozorowskij, della diocesi di Stanislaopoli.

7 giugno. — Mons. Alessandro Zamparo, dell'archidiocesi di Gorizia.

— Mons. Ilario Zorn, della medesima archidiocesi.

— Mons. Agostino Mucci, della diocesi di Arezzo.

13 ghigno. — Mons. Francesco Sulc, della diocesi di Königgrätz.

— Mons. Paolo Rozinck, della medesima diocesi.

— Mons. Francesco Tschertner, della medesima diocesi.

- Mons. Polidoro Benedini, della diocesi di Mantova.

— Mons. Antonio Vollnhals, dell'archidiocesi di Monaco (Baviera).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

14 giugno 1913. — Mons. Giuseppe Dvorak, della diocesi di Brünn.

— Mons. Francesco Bulla, della medesima diocesi.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

18 giugno 1.913. — Il sig. Enrico Concha y Subercaseaux, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti •onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di** S. **Gregorio Magno, classe civile:

3 giugno 1913. — Al sig. conte Ottone de Rechberg-Rotenlawen, della diocesi di Rottenburg.

La Commenda con placca dell'Ordine di** S. **Gregorio Magno, classe civile:

7 giugno 1913. — Al sig. Stefano Dervillé, direttore generale della compagnia ferroviaria « Paris-Lyon-Méditerranée ».

La Commenda dell'Ordine di** S. **Gregorio Magno, classe civile:

7 giugno 1913. — Al sig. Antonio Coelho de Castro Villas-Bóas, di Evora.

— Al sig. Augusto Masure, segretario generale della compagnia ferroviaria « Paris-Lyon-Méditerranée ».

— Al sig. Leone di Lanzac di Laborie, segretario generale della Società di S. Vincenzo de' Paoli a Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di** S. **Gregorio Magno, classe civile:

21 maggio 1913. — Al sig. Luigi Ambrosini, di Roma.

25 maggio. — Al sig. Giuliano Robert, dell'archidiocesi di Rouen.

— Al sig. Enrico de Grandmaison, della medesima archidiocesi.

30 maggio. — Al sig. Agostino Guglielmo Claudio Wright, degli Stati Uniti d'America.

7 ***giugno.*** — Ai signori Bernardo Faulquier ed Enrico Bouteiller, segretari del Consiglio generale della Società di S. Vincenzo de'Paoli a Parigi.

12 giugno. — Al sig. Eugenio Masure, di Tourcoing Snella archidiocesi di Cambrai.

Il Cavalierato dell'Ordine di** S. **Gregorio Magno, classe militare:

5 giugno 1913. — AL sig. Achille Bourget, ex-zuavo Pontificio, dell'archidiocesi di Québec.

Il Cavalierato dell'Ordine di** S. **Silvestro Papa:

18 maggio 1913. — Al sig. Salvatore Fragano, dell'archid, di Napoli.

6 giugno. — Al sig. Daniele E. Stappleton, di Colombia.

Annus V. - Vol. V. Die 7 Iulii 1913. Num. 11.

ACTFAPOSTUIJGAE™S™

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

i.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE NOVO AD LATERANUM SEMINARIO DEQUE ALIIS INSTITUTIS IN URBE PRO ROMANO ITALOQUE CLERO.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In praecipuis et maximis apostolici officii muneribus hoc Nos iam inde ab initio Pontificatus habuimus, studiose diligenterque curare, ut qui in sortem Domini vocati essent, ad tantum ministerium et virtutis et doctrinae ornatu quam plenissime instruerentur. Cuius quidem Nostrae curae illa sunt argumento: sacrae seminariorum visitationes decretae et pluribus iam locis peractae; novae, praesertim Italiae seminariis, leges datae de disciplina ac pietate refovenda deque studiis ad tempora accommodandis; aedes, item per Italiam maxime, adiuvantibus locorum Ordinariis, ab inchoato extructae, ubi segregati a natu minoribus maiores clerici plurium dioecesium, qui proximi sint sacerdotio, communiter sub delectis moderatoribus et magistris exquisitiori quadam magisque sacro ordini congruenti ratione conformentur; ad haec sacro Consilio Consisto-

riali, cui Pontifex ipse maximus praeest, peculiaris seminariorum demandata curatio, aliaque in hoc genere opportune constituta.

Consentaneum enimvero erat, ut huius diligentiae studiique partem non postremam alma haec Urbs Nostra sibi vindicaret, ubi inter plura omnium fere nationum ephebea, sacrae iuventuti instituendae providentissime condita, floret quoque a tempore SS. Concilio Tridentino proximo seminarium Nostrum Romanum; et cum eo aliis temporibus erecta seminaria Vaticanum, Pium, SS. Ambrosii et Caroli, nec non collegia Capranicense, Leonianum, et in Romano seminario Cerasolium; ad quae non modo ex Urbe sed ex tota ferme Italia alumni confluunt, rite, inspectante Sede Apostolica, ad sacra instituendi.

Ac primum omnium, quum ex relationibus Nobis factis et ex peritorum consultatione cognovimus aedes quas seminarium Romanum una cum Pio ad' Sancti Apollinaris inhabitat necessitatibus pares non esse, eisque carere commoditatibus rerum, quae ad tuendam adolescentium valetudinem requiruntur, de nova sede comparanda res esse videbatur. Ergo cum cogitaremus de idoneo ad aedificandum loco, menti Nobis occurrit antiquissima illa ac omnium celeberrima schola quae in Patriarchio Lateranensi primitus instituta et dein aucta firmiusque constabilita, sanctorum ferme seminarium fuit ac tot tantosque Dei sacerdotes per saecula Ecclesiae donavit: quam ob rem in solo privato Sedis Apostolicae ad Archibasilicam Lateranensem ampliorem commodioremque domum seminario Nostro a fundamentis excitari iussimus, non sine spe vetustas Cleri Romani glorias, Deo favente, revocandi.

Hisce autem aedibus ingenti molitione exstructis, opus esse videbatur efficere, ut ipsum seminarium Romanum et alia, quae diximus, pro Italis clericis urbana seminaria et collegia mutatio temporum conditionibus iam aptius congruerent.

Quare nonnullos S. R. E. Cardinales in consilium adhibuimus, qui omnia diligenter considerarent, ac Nobis quae sibi visa essent opportuniora proponerent. Itaque ipsorum Nos consulto

atque ex matura deliberatione Nostra haec statuimus et iubemus :

I. Seminarium Romanum duplex esto, minus et maius.

II. Seminarium minus eos habeat alumnos, qui studiis litterarum in *gymnasio* dent operam; idem locum sedemque seminarii Vaticani occupet. — Ita seminarium a clarae memoriae Pontifice maximo Urbano VIII in cultum venerandae S. Petri Basilicae erectum atque ab aliis decessoribus Nostris munifice amplificatum, nunc, salvo eius fine naturaque incolumi, seminarii Romani honorem nanciscatur.

III. Seminarium maius alumnos philosophiae ac theologiae studiis deditos complectatur; sedem vero in novis apud Archibasilicam Lateranensem aedibus habeat.

IV. In aedes easdem seminarium Pium, a decessore Nostro sanctae memoriae Pio IX conditum, transferimus, salvis pariter, quod ad finem eius natura-mque pertinet, legibus conditoris.

V. Ibidem sit SS. Ambrosii et Caroli collegium, quod seminario Romano adiungimus.

VI. In collegium Leonianum posthac ne recipiantur nisi sacerdotio iam initiati, qui, studiorum et amplioris eruditionis causa, sui quisque Episcopi permissu, Romam se contulerint.

VII. Facultates philosophiae ac theologiae, ut in seminario Romano sunt a Pontificibus maximis constitutae, ita in seminario maiori ad Lateranum perseverent.

VIII. Facultas verci disciplinae iuris, quae item in seminario Romano usque atìhuc fuit, iam nunc cum suis alumnis apud collegium Leonianum sit : ea tamen a seminario Romano avulsa ne habeatur, sed semper in ipsius seminarii scholis numeretur.

IX. Academia theologica, olim in magno lyceo *Sapientiae* instituta, in aedibus ad S. Apollinaris, quas Consistoriali decreto diei XXV Ianuarii 1911 pio operi cessimus pridem erecto in religiosa domo a ^Sma Trinitate penes Curiam Innocentianam, perpetuo maneat.

X. Legitimo studiorum curriculo in Urbe ad sacerdotium tendere, iam nemini ex Italia liceat, nisi vel in Lateranensi vel in Vaticano seminario commoretur. Hac tamen lege ne ii teneantur, qui ad Evangelium infidelibus praedicandum sese in propriis Urbis collegiis parare velint; neu quibus in collegio Capranicensi, ex primigenio eius instituto, locus pateat.

Quod reliquum est, de hac exsequenda Constitutione Nostra peculiares praescriptiones mox edituri sumus ; quas quidem sancte inviolateque, ut ea quae his litteris constituimus, ab omnibus servari volumus.

Iam vero divitem in misericordia Deum imploramus, ut super hanc domum, quam quasi alterum Patriarchium magnis impendiis excitavimus, oculi Eius aperti sint die ac nocte; opus a Nobis singulari studio ad Eius gloriam pro animarum salute susceptum, perficiat Ipse et confirmet; alumnisque sacri ordinis, Apostolorum principum et utriusque Ioannis patrocinio commendatis, benignus adsit, ut sacerdotes evadant integrae fidei, actuosae caritatis, probe doctrinis exculti, solide humilitate constituti, quales Ecclesia sancta omnibus sibi precibus et votis exposcit.

Haec autem statuimus et sancimus, decernentes has Nostras litteras firmas et efficaces esse ac fore, contrariis quibus- < vis, etiam peculiari mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxix Iunii, natali SS. Apostolorum Petri et Pauli, anno Incarnationis Dominicae mcmxiii, Pontificatus Nostri decimo.

A. CARD. AGLIARDI
S. B. E. Cancellarius.

C. CARD. DE LAI
Secretarius S. C. Consistorialis.

VISA

Loco h& Plumbi.

M. RIGGI C. A., *Not.*

Reg. *in* ***Cane. Apost.,*** *n.* ***43118.***

IL

LITTERAE APOSTOLICAE.

INDULGENTIAE PERPETUAE CONCEDUNTUR SODALITATI « INFANTES DILIGENTIUS! » UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — In pluribus, praesertim Austriae, dioecesibus frugifera quaedam Sodalitas est, sub titulo « Infantes diligentium » vulgo « Katholischer Verein der Kirderfreunde » canonice instituta, et sub auspiciis S. Familiae posita. Haec pia Sodalitas ad finem intendit catholice pueros instituendi, ideoque ipsius socii, et catholicas scholas erigendas curant, et singulari sollertia adlaborant ut ipsis parentes liberos educandos tradant, pariterque sedulo incumbunt ut sive in orphanotrophiis, sive in aliis piis domibus, pueri a parentibus neglecti excipiantur; illisque etiam consulentes iuvenibus, qui ob defectum religiosae vel civilis institutionis a recto tramite declinarunt, domos pro his quoque recipiendis condere student. Hos vero salutares fines ut facilius sodales assequantur, tum precibus Deum beatamque Virginem quotidie prosequuntur, tum suam addere stipem non praetermittunt. Iam inde ab anno **MDCCCLXXXIV**, suae vitae primo, ipsam Sodalitatem Salisburgi primum erectam, per Rescriptum Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae die xx decembris mensis obsignatum, Leo PP. XIII rec. mem. decessor Noster spiritualibus gratiis ad decennium ditare dignatus est. Nunc vero Moderator generalis Societatis ipsius, ut ipsas gratias in perpetuum confirmare velimus, supplici prece Nos flagitat; Nosque probe noscentes quot quantaque bona ex actuosa sodalium eorundem opera eventura sint, optatis his annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, ut super enunciata Societas potiora in dies, favente Domino, incrementa capiat, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Inquisitoribus generalibus, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus qui in Sodalitatem « Infantes diligentium » appellatam quavis in dioecesi, ubi illa canonice erecta exsistat, in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vero poenitentes et confessi sanctissimam Eucharistiam sumpserint, plenariam; ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis ipsa in Societate sodalibus qui quotannis festivitatibus Nativitatis ac Paschatis Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, Pentecostes, et Immaculatae Con-

ceptionis Virginis Mariae, nec non diebus quibus iuxta recentem de festis praecepto servandis constitutionem, Solemnitatis S. Iosephi purissimi Sponsi B. M. V., et Nativitatis S. Ioannis Baptistae festivitates in Ecclesia recoluntur, admissorum sacramentali confessione expiati atque eucharisticis dapibus refecti, propriam Societatis ecclesiam, si forte exstet in locis ubi hi degunt, secus quamlibet ecclesiam vel sacellum publicum, a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis supradicti cuiusque festi diei, singulis annis devote visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo ex his die id agant, similiter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper dictis Sodalibus, nunc et in posterum eandem in piam Societatem adlectis sive adlegendis, qui contrito saltem corde quotannis diebus festis Purificationis et Praesentationis B. M. V., S. Annae, S. Ioachim, S. Thomae Ap., S. Benedicti abbatis, S. Angelae Mericiae, S. Vincentii a Paulo, S. Hieronymi Aemiliani, S. Iosephi Galasanctii, S. Ruperti episcopi et S. Petri Canisii pariter propriam Sodalitii ecclesiam, si exstet in locis ubi commorantur, secus ecclesiam quamvis sive quodvis sacellum publicum, preces uti superius diximus fundentes, celebrent, quo die id peragant, de poenalium numero septem annos totidemque quadragenas in forma Ecclesiae solita expungimus. Tandem largimur fidelibus iisdem, si malint, liceat plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Praeterea *cum sancta et salutaris cogitatio sit pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur,* defunctorum quoque sociorum solatio consulentes, apostolica Nostra auctoritate concedimus, ut quae ad quodvis cuiusque ecclesiae sive sacelli altare, Missae pro defunctis ex ipsa Sodalitate sodalibus nunc et in posterum rite celebrabuntur, animae illi pro qua celebratae fuerint, perinde suffragentur, ac si forent ad privilegiatum altare peractae. Denique sacerdotibus directoribus Sodalitatis superenunciatae, nunc et in posterum, durante munere permittimus, ut dummodo sint ad sacramentales confessiones excipiendas probati, extra Urbem, ac de respectivi Ordinarii consensu, cruces, crucifixos, sacra numismata, coronas precatorias, et parvas ex metallo D. N. I. Christi, B. Mariae Virginis, et Sanctorum statuas in forma Ecclesiae solita, tempore sacrarum Missionum publice, aliis vero temporibus privatim benedicere, illisque indulgentias omnes adiicere queant, quae in elencho per typos edito a sacra Congregatione de Propaganda Fide enumerantur, non exclusis quod ad coronas, illis quae a S. Birgiten nominantur. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae

regulae de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die **III** iunii **MDCCCCXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

L. J$| S. *a Secretis Status.*

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I.

DECRETUM.

SOLVUNTUR DUBIA CIRCA SS. NUMISMATA SCAPULARIBUS SUFFICIENDA.

Ad supremam hanc Congregationem sancti Officii sequentia exhibita sunt dubia pro opportuna solutione ; nimirum : I. Utrum sacerdos pollens facultate Scapularia imponendi, possit unico signo crucis pro unoquoque Scapulari benedicere publice omnia Ss. Numismata quae habent fideles in ecclesia vel in quodam conventu, quin haec Numismata videantur, nec in individuo cognoscantur? IL Utrum benedictio impertiri possit Ss. Nümismatibus pro personis iam non adscriptis Scapularibus per impositionem, sed postea vel serius adscribendis; quae Numismata gauderent favoribus Scapularium, tempore quo personae erunt adscriptae per regu larem impositionem ? Vel estne necessarium, personas iam Scapularibus adscriptas esse, antequam Ss. Numismata pro ipsis efficaciter benedici possint? III. Utrum benedici possint Numismata multa, quae distribuenda sunt quibuscumque personis, quarum aliae iam Scapularibus adscriptae sunt, et aliae non adscriptae; et in hoc casu, Numismata, saltem personis iam Scapularibus adscriptis data, eruntne benedicta?

Emi ac Rmi Patres una mecum Generales Inquisitores, in solito conventu habito feria IV, die 4 iunii 1913, dixerunt: ad I Affirmative; ad II Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam; ad III provisum in II.

Et Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori supremae huius Congregationis, feria V, die 5, eodem mense eodemque anno, impertita, Emorum Patrum resolutiones benigne approbavit; et hoc Decretum desuper expediri iussit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. $ S.

f D. Archiep. Seleucien., *Aas. S.* O.

II.

DECRETUM.

SOLVITUR DUBIUM CIRCA PRECES TERTIARIORUM PRANCISCALIUM ALIIS INSUPER SODALITATIBUS ADSCRIPTORUM.

Quum die 11 iunii 1913, feria IV, Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores Generales, in conventu habito in aedibus sancti Officii, perpenso dubio sibi proposito: « Num Tertiarii saeculares Franciscani, recitantes, « loco Horarum canonicarum, duodecies *Pater, Ave* et *Gloria,* possint, « hac tantummodo recitatione, omnibus aliis obligationibus, quod preces «attinet, satisfacere, quas ex adscriptione ad alias pias sodalitates com « traxerint », negativam protulerint sententiam; Ssmus D. N. D. Pius div. providentia Pp. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori supremae sacrae Congregationis sancti Officii, feria V, die 12 iunii 1913, impertita, votum Emorum Patrum ratum habens, ad propositum dubium respondendum decrevit: «Negative». Contrariis quibuscumque non obstantibus.

•M. CARD. RAMPOLLA.

L, % S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

III.

DECRETUM SEU DECLARATIO

CIRCA PIA OBIECTA A SUMMO PONTIFICE BENEDICTA.

Die 12 iunii 1913.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. **X,** in audientia **R,** P. D. Adsessori supremae Congregationis sancti Officii impertita, benigne declarare dignatus est, indulgentias, quas Ipse solet adnectere crucibus, crucifixis, rosariis, coronis, ss. numismatibus et parvis statuis, Sibi a fidelibus porrectis, illas tantummodo esse intelligendas, quae in elencho, a sacra Congregatione Indulgentiarum die 28 augusti 1903 edito, recensentur, quaeque apostolicae nuncupantur; nisi expressis verbis significet, alias insuper velle adnectere, v. gr. S. Birgittae, vel Crucigerorum, specifice ac nominatim eas designando. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L.HBS.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

IV.

DECRETUM SEU DECLARATIO

DE INDULGENTIIS SACERDOTALI FOEDERI « PRO PONTIFICE ET ECCLESIA » CONCESSIS.

Die 12 iunii 1913.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. **X,** in audientia **R.** P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne declaravit, Indulgentias et facultates ad Indulgentias spectantes, quibus ditatum est Sacerdotum ex quavis natione foedus pro Pontifice et Ecclesia, quibusque innuitur in apostolicis Litteris d. d. 27 mensis aprilis 1913, esse sequentes:

1. Facultas Benedictionem Papalem impertiendi semel in anno, in fine concionum temporis Quadragesimae, vel Missionum vel spiritualium exercitiorum, cum Crucifixo et unico crucis signo, dummodo eodem die eodemque loco Episcopus similem non impertiat, cum adnexa plenaria indulgentia, animabus defunctorum etiam applicabili, ab iis adquirenda, qui eiusmodi Benedictionem confessi ac S. Communione refecti acceperint, et ad mentem Summi Pontificis pie oraverint.

% Privilegium altaris in suffragium animae illius defuncti pro quo applicatur Missa, ter in hebdomada, dummodo sacerdos consociatus simile privilegium aliunde non obtinuerit.

3. Indulgentia plenaria, etiam animabus in Purgatorio degentibus profutura, a sacerdotibus consociatis toties lucranda, quoties rite confessi Missam ad intentiones Summi Pontificis adplicaverint.

4. Facultas adplicandi coronis a S. Rosario Indulgentias Crucigerorum, de explicito tamen consensu Ordinarii loci in quo haec facultas exerceatur, sub poena nullitatis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

V.

EXTENSIO INDULTORUM CIRCA ABSOLUTIONES GENERALES TERTII ORDINIS FRATRUM MINORUM S. FRANCISCI.

Beatissime Pater,

Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit, ut sequitur:

Rescripto Sacrae Congregationis Indulgentiarum, die 16 ianuarii 1886, Tertiarii saeculares S. P. Francisci, legitime impediti quominus eccle siam adeant, Absolutionem generalem, diebus assignatis, qui profesti sunt, accepturi, eam accipere valent die festo de praecepto, qui intra octiduum eorum profestorum dierum occurrat. Item, alio Rescripto eiusdem sacrae Congregationis, 21 iulii- 1888, iidem Tertiarii Absolutionem generalem pridie festi, post expletam sacramentalem confessionem recipere valent.

Ex illis autem duobus Rescriptis patet, praefata indulta Tertiariis saecularibus S. P. Francisci concessa fuisse pro illis Absolutionibus generalibus quae illo tempore in indice indulgentiarum eiusdem Tertii Ordinis recensentur, seu quae ipsis directe concessae fuerunt.

Sed cum hodie iidem Tertiarii, vi Litterarum apostolicarum diei 5 maii 1909 et Rescripti diei 17 maii 1909, communicatione omnium indulgentiarum et fructuum spiritualium cum I et II Ordine S. Francisci fruantur, ideoque vi huius communicationis etiam ius habeant ad illas Absolutiones generales et Benedictiones papales, quae I et II Ordini S. Francisci indultae sunt; idcirco.

Orator Sanctitatem Vestram humiliter supplicat, ut praefata Indulta, Rescriptis sacrae Congregationis Indulgentiarum die 16 ianuarii 1886 et die 21 iulii 1888 concessa, extendere dignetur pro eisdem Tertiariis ad Absolutiones generales, quas ipsi vi communicationis indulgentiarum cum I et II Ordine lucrari valent.

Et Deus, etc.

Die 12 iunii 1913.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori sancti Officii impertita, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DECLARATIO.

DE NOVIS LEGIBUS A REPUBLICA S. MARINI CIRCA BONA ECCLESIASTICA CONDITIS.

Civile Reipublicae S. Marini gubernium, nulla pertractatione cum ecclesiastica auctoritate praemissa, imo ne hac quidem praeventa, die 27 aprilis 1912 legem tulit, cui adiecit aliquas exsecutionis normas, quibus, supremum dominium in bona ecclesiastica sibi arrogans, ius sibi vindicabat bona ipsa concedendi, vel non, parochis aliisque ab auctoritate ecclesiastica electis; eademque in vacatione beneficiorum occupandi; imo semel concessa, unius potestatis civilis iudicio et arbitrio, auferendi et sequestrandi, nedum « quando siansi commesse malversa« zioni o gravi negligenze neh" amministrazione », sed etiam « quando «sia necessario per motivi di ordine pubblico »; ac denique, in casu vacationis aut sequestrationis bonorum, reditus erogandi in finem alium ac a fundatione praefinitum.

Ad sacram Congregationem Consistorialem delatam rem Emi Patres semel et iterum expenderunt, ac denique, probante Ssmo Domino nostro, haec quae sequuntur declaranda et publici iuris facienda iusserunt: « Memoratam legem et additas exsecutionis normas spolium constituere iuris ac status, quibus a saeculis in Republica S. Marini legitime

Ecclesia fruebatur, tanta maiori offensione patratum, qua sine ullo praenuntio, sine ulla plausibili ratione statutum et consummatum est. Quae enim adducitur patrimonii ecclesiastici tuendi ratio commentitiam esse evinci, tum ex eo quod canonicae leges, si libere riteque applicentur, abunde sufficiant ad conservationem rectamque bonorum ecclesiasticorum administrationem ; tum ex eo quod plures legis et normarum articuli nil ad bonorum conservationem conferant, sed ad id unum intendant ut privationis aut sequestrationis bonorum minatione sacerdotes terreant, eisque iustam libertatem adimere et civilis potestatis ditioni et arbitrio mancipare nitantur. Quapropter eamdem legem, utpote iniusta, laesiva iustae libertatis Ecclesiae et dissolutiva ecclesiasticae disciplinae, nullo modo ab Ecclesia acceptari posse, quin imo a canonicis legibus, iam esse damnatam, prout liquet ex art. XI Const. *Apostolicae Sedis* quo contra usurpantes aut séquestrantes bona ecclesiastica poenae statutae sunt ».

Datum Romae e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 iunii 1913.

C. **CARD. DE LAI,** *Secretarius.*

L.

Ioannes Baptista Rosa, *Substitutus.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I.

DECRETUM.

ERIGITUR MISSIO « DE PUTUMAYO » PRO INDIS AMERICAE MERIDIONALIS.

Apostolico zelo et paterna charitate curam suscipiens providendi lacrimabili conditioni Indorum latissimas regiones Americae Meridionalis incolentium, Ssmus Dnus noster Pius div. providentia PP. X, in suis encyclicis Literis sub die 7 iunii 1912, inter alia, propositum manifestavit novas disponendi missionales stationes, in quibus Indi ipsi perfugium et praesidium salutis invenirent. Nunc vero providum saluberrimumque consilium exsequi incipiens, erigendam statuit atque decrevit novam Missionem *de Putumayo* nuncupandam, cuius praecipua statio sit in loco *La Chorrera* dicto, quaeque regimini, administrationi et

ecclesiastico ministerio missionariorum ex Ordine Fratrum Minorum Unionis Leonianae committatur ad nutum Sanctae Sedis.

De mandato igitur Sanctitatis Suae haec S. Congregatio christiano nomini propagando praeposita, Missionem, ut supra, *de Putumayo* denominandam per praesens Decretum erigit, eique tribuit et adsignat territorium quod per hoc idem Decretum dismembratur a latissima regione hactenus spectante ad praefecturam apostolicam S. Leonis de Amazonibus, spatium videlicet quod extenditur ab ora sinistra fluminum Aguarico, Napo et Amazonum usque ad punctum in quo flumen Amazonum attingit territorium brasiliense; septentrionem versus regionem Chorrera cum adiacentibus territoriis, reservata, ea ex parte, limitum descriptione ulterius pro rerum adiunctis^ determinanda.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 4 octobris 1912.

Fr. H. M. **CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

L. j$ S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

IL

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

24 iunii 1913. — *Praefectus Apostolicus de Betafo,* R. P. Franciscus iosephus Dantin, e Congregatione Missionariorum « de la Salette ».

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

LUGDUNEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANTONII CHEVRIER PRESBYTERI, FUNDATORIS ASYLI « LA PROVIDENCE DU PRADO », SOCIETATIS PRESBYTERORUM PRADOSIENSIUM INSTITUTORIS.

Lugduni in Gallia, ex honestis piisque coniugibus Claudio et Margarita Frechet, die 16 aprilis anno 1826, ortus est Antonius Chevrier, biduo post in paroecia S. Francisci Salesii baptizatus. Aetate succre-

scens scholas elementares Fratrum a doctrina christiana frequentavit; ac postea in clericorum schola S. Francisci atque in Argenteriensi seminario studiis classicis sedulam dedit operam; ob eximias dotes praeceptoribus et condiscipulis carus et acceptus. Volventibus annis 1846 usque ad..annum 1850, in magno seminario Lugdunensi cursum theologicum summa cum laude absolvit; et die 25 maii postremi anni, coelesti quadam dulcedine ac laetitia perfusus, sancto sacerdotio insignitus est. Mox ab archiepiscopo Lugdunensi in paroeciam S. Andreae missus, ibi vicarii munus ita gessit, ut parochi et incolarum existimationem ac benevolentiam sibi conciliaverit. Interim Opus pro pueris ad sacram synaxim primum vocandis in loco *Fourviere* instituit ac deinceps in alterum *la Guillotière* transtulit atque perfecit, domo ac sede satis ampla firmiter assignata asylo quod nobili titulo condecoratur: *La Providence du Prado.* Sex annis post, annuente Lugdunensi antistite, Antonius paroeciae oppidi *Moulin-à-Vent,* Gratianopolensis dioecesis, praepositus, duas sodalitates instituit: unam Sororum fundationi *Prado* deservientium, quae regulari tyrocinio aptisque regulis munitae atque tertio Ordini S. Francisci adscriptae, perfectionem religiosam profitentur; alteram *presbyterorum Pradosiensium,* quorum intuitu ac directione ipse Servus Dei librum conscripsit cui titulus: « Sacerdos secundum Evangelium seu verus discipulus Iesu Christi ». Tandem, diuturno morbo patienter tolerato et in dies ingravescente consumptus, Sacramentis ultima vice refectus atque alumnorum praesentia et apostolica benedictione recreatus, placidissime obiit die 2 octobris anno 1879, aetatis suae quinquagesimo tertio nondum expleto. Opinio sanctitatis, quam Antonius in vita sibi acquisierat, post obitum adeo invaluit ut super ea iuridicae inquisitiones auctoritate Ordinaria in ecclesiastica Curia Lugdunensi adornatae fuerint et ad sacrorum Rituum Congregationem deductae. Quum vero omnia ad tramitem iuris in promptu sint, instante Revmo P. Ludovico Copéré, Societatis Mariae et Causae Postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, plurium reverendissimorum Sacrorum Antistitum, Moderatorum generalium Ordinum seu Congregationum, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate illustrium, Emus ac Revmus Dnus cardinalis Dominicus Ferrata, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei

Promotore, omnibus accurato examine perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative* seu *Commissionem esse signandam, si Sanctissimo placuerit.* Die 3 iunii 1913.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Ven. Servi Dei Antonii Chevrier, presbyteri, fundatoris asyli *La Providence du Prado* et Societatis presbyterorum Pradosiensium institutoris, die 11, eisdem mense et anno.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

f- * S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst, *Secretarius.*

II.

DECRETUM

DE PRECIBUS IN FINE MISSAE RECITANDIS.

A nonnullis locorum Emis Ordinariis, sacrorum Rituum Congregationi sequens quaestio, pro opportuna solutione, proposita fuit; nimirum:

An, attentis S. R. C. Decretis n. 3697, Ordinis *Min. Capuecinorum,* 7 decembris 1888 ad III, de Missa Conventuali sine cantu, et n. 4271 *Baionen.,* 8 iunii 1911 ad II, de Missa votiva lecta S. Cordis Iesu, prima feria VI cuiusvis mensis, etiam aliqua similis Missa lecta, ex. gr. occasione primae communionis, aut communionis generalis, sacrae confirmationis vel ordinationis aut pro sponsis, haberi possit uti solemnis; eique applicari valeant praefata decreta quoad Preces in fine Missae, a Summo Pontifice praescriptas, omittendas?

Et sacra Rituum Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio, omnibus accurate perpensis ita rescribendum censuit: « *Affirma-* « *Uve,* si Missa cum aliqua solemnitate celebretur, vel Missam, quin cele- « brans ab altari recedat, immediate ac rite subsequatur aliqua sacra « functio seu pium exercitium ».

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 20 iunii 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine Ep. Charyst., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

NEO-EBQRACEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BONI DE CASTELLANE-GOULD).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die prima martii 1913, BR. PP. DD. Fridericus Cattani, Ponens, *Antonius Perathoner, Iosephus Alberti, Auditores de turno in causa* Neo-Eboracen. - Nullitatis matrimonii, *instante pro appellatione comite Boni de Castellane, repraesentato per legitimum procuratorem advocatum Phi-Uppum Pacelli, domina autem Anna Gould contumace, interveniente et disceptante in causa sacri Vinculi defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Comes Maria Paulus Boni de Castellane, natione Gallus, Lutetiae Parisiorum anno 1894 cognovit Annam Gould, ditissimam puellam Americanam, quae Lutetiam venerat, eamque in Americam reversam postea sequutus est, et, cum nonnulla amoris signa ab ea accepisset, illam in matrimonium petiit. Huic petitioni assensum dedit frater Annae (cui parentes iam mortui erant) et ideo festinanter nuptiae paratae sunt. At Anna protestanticae sectae, quae *episcopaliana* vocatur, addicta erat, neque adhuc baptismum receperat; comes autem Paulus catholicae religioni adhaerens, exegit, ut sua sponsa saltem baptizata esset. Ipsa igitur, quatuor vel quinque-ante matrimonium hebdomadis, in sua episcopaliana secta baptismum accepit. Dispensatione insuper ab impedimento mixtae religionis obtenta, die 14 martii 1895, in ipsa Neo-Eboracensi urbe, coram reverendissimo archiepiscopo Augustino Corrigan, matrimonium celebratum est. Undecim annos circiter comes Paulus et Anna, tamquam legitimi coniuges, in Gallia communem vitam duxerunt, tresque, eo tempore, susceperunt filios. Denique anno 1906, cum Annae persuasum esset, quod comes Paulus coniugalem fidem fregisset, eum dereliquit, et primum legalem separationem, deinde divortium a laico tribunali Parisiensi obtinuit, aliique viro se iunxit, qui, ut protestantico ritu cum ea posset copulari, catholicam religionem per apostasiam deseruit. Sed, quia pluries et pluribus Anna, sive ante, sive post suum matrimonium cum comite Paulo Boni de Castellane, dixerat,

se iure divortiandi, quod sua secta sibi concedebat, uti velle, si coniux felicem eam non effecisset et praesertim si datam fidem fregisset, dubitatum ab eo est, utrum suum cum Anna matrimonium ob istius consensus defectum valeret. Ideo, de Summi Pontificis licentia, causam nullitatis sui matrimonii Nostro sacro Tribunali proposuit, atque in prima instantia sustinuit, conditionem ab Anna fuisse matrimonio appositam contra eius substantiam. At haec conditio non satis probata RR. PP. Auditoribus de Turno visa est, qui ideo non constare de nullitate matrimonii edixerunt. A qua tamen sententia actor utili tempore appellavit, atque, suppletoria instructione peracta, novum iudicium instauratum est, in quo domina Anna Gould contumax remansit, quia a Nobis rite in vadimonium citata, Curia Parisiensi mediante, contemptim citationis libellum respuit. Nobis igitur haec causa nunc iudicanda venit sub dubio: *An sententia Rotalis 9 decembris anni 1911, sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Quod factum pertinet. Quum advocatus comitis Boni de Castellane, in causa actoris, contendat nullum esse istius matrimonium ob defectum consensus ex parte uxoris Annae Gould, in primis diligentissime a Nobis perpendenda sunt argumenta, ex quibus nullitatem argui posse affirmat, et quoniam quae exhibetur probatio est mere testimonialis, ad trutinam revocare oportebit, sive facta a testibus asserta, sive eorundem testium auctoritatem, ut deinde tuto decernere possimus, utrum ex his, quae in facto probantur, constet, sive conditionem, sive propositum aut intentionem in Anna Gould exstitisse, unde invaliditas matrimonii prodeat. Actor in suo libello introductivo, haec enarrat: «Nel « suddetto giorno 14 marzo 1895, un quarto d'ora prima che si cele« brasse il matrimonio, la signora Anna Gould, vestita già degli abiti « nuziali, si mise a piangere. Interrogata in proposito dal fratello del« l'oratore, che doveva essere uno dei testimoni, la medesima gli rispose: « " Io piango, perchè in fondo non so per quale ragione mi marito, e « se voglio maritarmi „. Sorpreso altamente il detto suo fratello di tale « sua risposta, fece allora ad essa osservare, che era troppo tardi il « parlare in siffatta guisa, e che sarebbe stato scandaloso di mancare « in tal momento alla parola data. Ed incontanente avendo richiamato « l'altro testimonio, cioè il signor Giovanni dei principi del Drago, per « fargli conoscere quanto eragli stato detto dalla signora Gould, questa « allora ebbe a dire ad ambedue : " Sia ! Io andrò senz' altro avanti « l'Arcivescovo, poiché mi dichiarate che non posso più fare altrimenti. « Ma ricordatevi che io mi marito senza sapere il perchè ; che sono

« stata spinta da Boni (cioè dall'oratore conte de Castellane) a fare un « tale atto troppo presto ; che non ho avuto il tempo sufficiente a riflettervi. In tutti i casi, intendo ora di dichiararvi, ed è bene che il « Boni lo sappia e che voi ancora lo sappiate, che io sono protestante « ed americana, mentre egli è francese e cattolico, che il matrimonio « non ha per noi due il medesimo significato, e che io sono decisa ad « abbandonarlo e divorziare, se così mi piaccia, ed il giorno in cui mi « converrà. Noi abbiamo questo vantaggio sopra voi cattolici, di poterci « cioè rimaritare quando lo vogliamo. Ed è questa la ragione per la «quale non intendo di adottare la vostra religione,,». Tres autem testes adducit actor, qui ante matrimonium audierunt ab Anna Gould propositum divortiandi, et sex affert, qui hoc idem ab ea post matrimonium acceperunt, quique priorum testimonia confirmant, et luculentius demonstrant, quaenam fuerit Annae mens. Tres, quibus ante matrimonium Anna suum propositum manifestavit, sunt: comes Ioannes de Castellane, frater actoris, princeps Ioannes del Drago et domina Catharina Cameron. Horum prior, in iudicium accitus, schedulam exhibuit, in qua haec leguntur: « J'affirme, que la veille de son mariage « avec mon frère, mademoiselle Anna Gould m'a tenu les propos sui- « vants: " Je suis désolée de me marier; et Boni m'a tant poussée et « pressée, que je lui ai cédé ; ce qui me rassure c'est que je peux « divorcer; Boni croit qu'il me gardera toujours; il ne me gardera que « tant que je voudrai, et s'il ne me convient plus, je divorcerai. Je suis « protestante, et je sais que je peux divorcer quand je voudrai „. Je « lui dis alors, qu'elle devrait bien se faire catholique; et elle me « répondit: " Pour rien au monde, parce que si je me faisais catholique, « je ne pourrais pas me remarier, et je veux être libre de le faire, quand « je voudrai „. Ma mère m'a plusieurs fois, pendant notre séjour à « New York, dit combien elle trouvait navrants les sentiments de made- « moiselle Gould; elle trouvait ces sentiments si affreux, qu'elle en « pleura à chaudes larmes la veille et le jour même du mariage. Made- « moiselle Ketty Cameron me dit plusieurs fois, pendant notre séjour « et surtout les deux derniers jours, combien l'étonnaient et l'effrayaient « les propos de mademoiselle Gould son amie. Le matin même du «mariage, D. Giovanni del Drago et moi nous causâmes de l'état « d'esprit de mademoiselle Gould et nous, étions navrés de voir mon « frère épouser une jeune fille, qui affirmait sa volonté de divorcer « lorsque cela lui plairait. D. Giovanni del Drago me dit même, le « matin du mariage, que mademoiselle Gould l'avait chargé de prévenir « mon frère de ses intentions de divorcer. - (signé) Comte Jean de

« Castellane ». - Tunc iudex ab eo quaesivit, an relata verba fuerint revera illa, quae audierat a domina Gould, et an de his fratrem suum certiorem fecerit. Cui ille respondit: « Ces paroles m'ont tellement «frappé, que j'en ai conservé un souvenir exact, et je les rapporte de « la façon même, dont elles m'ont été dites. Mademoiselle Gould ne « m'avait pas chargé de le dire à mon frère. Lui en ai-je parlé? Je « crois, sans pouvoir l'affirmer. Mais ce que je puis dire d'une façon « générale, c'est que j'ai dissuadé mon frère de ce mariage, à cause du « langage et de l'attitude de mademoiselle Gould ». Quaesivit iterum iudex, an post matrimonium, Anna eamdem intentionem ei manifestaverit. Testis respondit: «À moi personnellement elle ne me l'a pas « répété, mais je sais qu'elle le disait à beaucoup de personnes qu'elle « voyait, si bien que le jour où elle a réalisé son projet, je n'en ai. « pas été très étonné. On m'avait même averti de prévenir mon frère ». Et deinde: « Après la séparation, j'ai fait tous mes efforts pour la rap- « procher de mon frère. Elle m'a toujours répondu, que son plan était «bien tracé, qu'elle avait l'intention de divorcer et de se remarier». Hic testis, denuo atque tertio in iudicium vocatus, eadem iureiurando confirmavit, et ita, quae ultimo loco dixerat, iudici sciscitanti declaravit: « C'est presque immédiatement après le mariage, dès son retour «en France, qu'Anna Gould a dit, à plusieurs reprises, au duc de « Luynes, qui me l'a répété dès ce moment, que son intention était « bien de divorcer, lorsque cela lui conviendrait; ce qu'elle m'avait dit « du reste à moi-même, avant son mariage, comme je l'ai dit dans mes « dépositions précédentes. Après le mariage, Anna Gould ne m'a pas « dit expressément: " Je divorcerai d'avec votre frère „, mais quand je « lui parlais de se faire catholique, elle me répondait, qu'elle ne vou- « drait pas se priver des avantages du protestantisme, qui lui donnait « notamment la faculté de divorcer ».

Modo principem Ioannem del Drago audiamus, qui huic matrimonio, ut testis, adfuit, cui pariter domina Gould propositum divortiandi patefecit. En quomodo rem enarrat: « Alla cerimonia intervennero il padre « e la madre dello sposo. Tutto questo so di scienza propria e posso « aggiungere anche, che la madre, direttamente con me prima del « matrimonio, si è mostrata dispiacente del matrimonio stesso, e ciò « perchè la sposa non praticava alcuna religione, tanto che non era « stata nemmeno battezzata; ciò che venne fatto nella chiesa prote- « stante un mese circa prima del matrimonio, e per rendere meno peg- « giore il matrimonio. Il padre si mostrava meno contrario, perchè « guardava più il lato degli interessi. Rammento che la mattina stessa

« nella quale si doveva celebrare il matrimonio, trovandomi in una « stanza prossima a quella nella quale era la sposa (casa del sig. Giorgio « Gould, fratello maggiore della sposa, in casa di cui si celebrava il « matrimonio), sentii piangere e parlare concitatamente, tanto da poter « distinguere cosa si dicesse. Nell'avvicinarmi, fui chiamato dalla sposa « stessa, la quale mi disse, in istato di agitazione, che ella non era «affatto sicura dell'affetto dello sposo e temeva di far male a sposarlo ; « ad ogni modo dichiarava esplicitamente che ella sposava a condizione « di esser libera di poter divorziare, non appena si vedesse tradita dallo « sposo, e all'uopo mi pregava di comunicar nettamente tale sua affer- « mazione allo sposo ». Testis interrogatus, an dum Anna haec dicebat, alii etiam adessent, respondit: «...Vi era una delle damigelle d'onore, «il cui nome non ricordo; e non so precisare se il fratello stesso del « conte Boni abbia potuto udire tale dichiarazione, ma ritengo che « l'abbia potuta sentire, tanto che, quando ne discorremmo insieme, « pochi minuti dopo, non fu cosa nuova per lui ». Iudex iterum testem perconctatus, an domino Boni de Castellane retulerit conditionem a sponsa appositam ante matrimonii celebrationem, ait: « Feci (la comu- « nicazione) immediatamente prima dei matrimonio. Lo sposo si mostrò « molto dolente e ferito nei suoi sentimenti religiosi, ma non credè di «troncare il matrimonio, per evitare uno scandalo; tale comunicazione « fu fatta da me confidenzialmente alio sposo, in un angolo della stanza, « senza la presenza di altri ». Deinde affirmat, quod Anna, etiam post matrimonium, repetere solebat, se facturam quod revera fecit (scilicet divortium) et sequitur: « Posso aggiungere, che ho la persuasione che « la signora Anna Gould è donna di carattere fermo, risoluto e auto- « ritario ed incapace di recedere dalle sue idee ». Demum deponit: « Unico motivo, che io sappia (quo Anna divortium fecit), fu l'infedeltà « del marito. So bene che la donna americana pretende, più d'ogni « altra, la fedeltà del marito. La vita coniugale durò fino a qualche « mese prima della istanza del divorzio... la signora Anna Gould ebbe « qualche pressione al principio del fidanzamento, e moltissime la mat- « tina stessa del matrimonio, malgrado le dichiarazioni fatte, relativa- « mente alla poca sicurezza della fedeltà del marito...; in vista dell'esito « infelice del matrimonio, sento lo scrupolo di aver fatte delle pressioni « per la celebrazione del matrimonio stesso, passando sopra, o, dico « meglio, non ponderando l'importanza, relativamente alla condizione « apposta di voler divorziare. Posso aggiungere, che tutti i membri « della famiglia, i quali non potevano non udire quanto stava acca- « dendo la mattina del matrimonio, essendo la casa relativamente pie-

« cola, si adoperarono a che il matrimonio venisse celebrato, non ostante «l'esitazione della sposa, per evitare uno scandalo. Questo è il mio « assoluto e sicuro convincimento ».

Tertia testis, cui, ut diximus, Anna Gould, ante suum matrimonium, manifestavit propositum divortiandi, est Catharina Cameron, quam Anna secum habebat, honoris causa. Haec ita testatur iudici: « Je suis « certaine, qu'avant le mariage, devant moi et devant plusieurs per- « sonnes, Mme. Gould a dit qu'elle divorcerait, si elle n'était pas heu- « reuse. Elle m'a dit cela à moi, en réponse aune question, queje lui « faisais au sujet de son mariage. Je lui demandais, si ehe était sûre « d'être heureuse avec Mr. de Castellane; la réponse fut: " S'il ne me « rend point heureuse, je le divorcerai „. En Amérique, presque toutes « les jeunes filles, qui se marient, ont cette intention d'user du divorce, « si le mariage ne les rend pas heureuses ».

Ioannes de Castellane et Ioannes del Drago non modo sponso verba Annae illico retulerunt, verum etiam istius patri, qui, ut matrimonio filii interesset, tunc in urbem Neo-Eboracensem cum uxore se contu- lerat. En quomodo ipse haec enarrat: « J'ai assisté au mariage. J'ai cru « que cela était de mon devoir, pour ne pas nous rendre plus que ridi- « cules. Le matin même du mariage, mon fils Jean et le prince del Drago « vinrent me faire part d'une scène, qui s'était passée entre eux et « Anna Gould. Cette dernière leur avait dit très nettement, qu'elle était « protestante et qu'elle le resterait, pour avoir la faculté de divorcer « quand bon lui semblerait... que le mariage n'entraînait pas pour elle « de lien irrévocable, et qu'elle le quitterait... Inutile de dire combien « je fus péniblement affecté et indigné par de pareilles paroles. Nous « avons cru à ce moment-là, qu'on pourrait peut-être la ramener à des « meilleurs sentiments ... et puis les choses étaient si avancées, tout le « monde en avait tellement parlé, que nous n'avons pas cru pouvoir « reculer. J'ai fait cependant tout ce que j'ai pu, pour que ma femme « ignore les paroles de notre future belle-fille. Ce que ma belle-fille « avait dit avant le mariage, elle l'a très souvent répété après le mariage ; « et c'était si peu pour elle un propos en l'air, mais bien l'expression « d'une volonté délibérée et arrêtée, que en fait, onze ans après le « mariage, elle divorçait d'avec mon fils ».

Huius ergo testimonium, duorum testium dicta, scilicet filii sui Ioannis et Ioannis del Drago, apprime confirmat, imo eisdem fidem auget, circa intentionem ab Anna ante matrimonium manifestatam. Quae Anna dixerat his duobus testibus, rescivit postea etiam actoris mater, piissima mulier, Anna Maria Magdalena de Juigné marchionissa de

Castellane, cui quoque nurus suum suppositum ius divortiandi ita magni aestimare edixit, ut ipsa, ne hoc amitteret, religionem catholicam nunquam vellet amplecti. Ad rem testis audiatur, quae de cetero huic matrimonio aegre consensum praestitit: « J'ai été, dès le début, « opposée au projet de mariage de mon fils avec Mlle. Anna Gould. « D'abord, parce qu'elle était protestante, ensuite, parce que la famille « Gould ne me plaisait pas, ni la jeune fille personnellement ». « Bien « que ce mariage ne me satisfît pas, puisqu'il était décidé, j'ai cru devoir « aller y assister à New York. Je n'ai entendu, au moment du mariage, « aucun propos de mademoiselle Gould, qui du reste était très peu « communicatae avec moi; mais j'ai su, quelque temps après le mariage, « que la veille, ou le matin même du mariage, elle avait fait une scène, « en présence de mon fils Jean, du prince del Drago et de mademoiselle « Cameron, dans laquelle elle ne paraissait plus décidée à se marier, « mais avait ajouté, qu'après tout, si cela n'allait pas, elle divorcerait. « C'est quelques mois après le mariage, qu'elle m'a tenu à moi-même « le même propos, étant chez moi à Rochecott; voici dans quelles cir« constances: elle était venue assister à la messe dans la chapelle du « château, et, en sortant, je l'en remerciai, mais elle me dit tout de « suite: " Je ne me fairai jamais catholique, parce que je tiens à pou« voir divorcer „. - C'est alors que (racontant cette réflexion, dont je « m'étonnais) à mon fils Jean, il me dit qu'immédiatement avant le ma« riage, elle avait tenu devant lui le propos que j'ai rappelé plus haut ».

At si ante matrimonium Anna tribus testibus ius pro libito divortiandi, quod sibi arrogaba!, dimittere nolle, imo data causa, illo se usuram edixit, post matrimonium valde pluribus eadem iteravit. Hoc quod supra testatur actoris pater, mater ipsa confirmat: « Pendant la durée « de la vie matrimoniale, Anna Gould a très souvent répété ce propos: « " Je divorcerai „. Elle l'a redit à beaucoup de personnes, dans les cir« constances les plus variées, tantôt d'un ton badin, tantôt d'un ton très « sérieux et grave. C'était une pensée chez elle longuement mûrie, et «une décision si bien arrêtée, qu'en fait elle a divorcé. Il me souvient « que, parlant devant elle de ménages malheureux et de la situation « créée aux enfants par le divorce, elle disait: " Oh! cela ne fait rienl « on arrange la situation des enfants „ ». Et iudici interroganti, utrum vita coniugalis inter sponsos concors fuisset, respondit: « La vie de «ménage a duré environ onze ans. Pour le public, la vie paraissait « pacifique; dans l'intimité, des scènes répétées, venant du fait d'Anna « Gould, rompaient la quiétude de la vie conjugale. Anna allait jusqu'à « mordre son mari ».

Sed modo ceteros testes audiamus, quibus ipsa Anna, post suum matrimonium, pluries animum aperuit circa divortiandi facultatem, quam, ante matrimonium, sibi reservare dixerat. Comes Joannes de Montebello haec iudici testatur: «Je n'ai point assisté au mariage. J'ai entendu « dire depuis et répéter un propos qu'Anna Gould avait tenu au prince « del Drago, et que ce dernier aurait répété. Elle avait dit: " Je suis « protestante, et si je ne suis pas contente de mon mari, je le quit- « terai, et je me referai une vie „ ». Et, cum iudex ab eo quaereret, utrum idem propositum ab Anna audierit et quibus verbis expressum, ita respondit: « Anna Gould m'a dit et répété à satiété ce qu'elle disait « d'ailleurs à tout le monde: " En Amérique c'est bien commode; quand « le mari cesse de plaire, on refait sa vie avec un autre. Et je n'y man- « querai pas, si je ne suis pas contente de Boni „. J'ai entendu dire « d'ailleurs que c'était pour cette raison-là, que Anna Gould n'avait « jamais voulu se convertir au catholicisme. Anna m'a tenu le propos, « que je viens de rapporter, d'une manière tellement significative, un « jour que je me trouvais chez eux au château du Marais, que j'ai cru « ce jour-là devoir en avertir Boni. Ce dernier prit la chose en sou- « riant, et me dit, qu'il comptait trop sur son affection pour y croire ». Et adiungit: « La vie conjugale a duré environ une dizaine d'années. Anna « Gould est d'un caractère difficile. Je puis dire au contraire que Boni « a toujours eu pour sa femme une affection déférante, et s'il a eu cer- « tains torts, il a eu pour elle, devant le monde, les plus grands égards ». Denique interrogatus circa causas divortii petiti atque obtenu a muliere, haec habet : « Les causes du divorce sont surtout la possibilité de se faire « une nouvelle vie. Anna Gould a pris officiellement prétexte de quel- « ques légèretés de son mari ».

Comitissa de Montebello, iam Annae amicitia coniuncta, ita testatur : « J'ai très présent à l'esprit, qu'il y a environ cinq ans, au château du « Marais, Anna Gould, devenue comtesse Boni de Castellane, m'a tenu « au moins à deux reprises le propos suivant: " Dans ma religion et « dans mon pays, c'est bien plus commode, on quitte son mari, quand « on n'est pas content „. Et tenant ce propos, elle répondait à une réfle- « xion, que je lui faisais, touchant sa non conversion au catholicisme. «Elle avait si peu la compréhension du mariage catholique et des con- « séquences qu'il entraîne, qu'elle ne craignait pas de me dire: " Si mes «enfants, plus tard, ne me satisfont pleinement, je les priverai de mon « héritage „. Ces réflexions, qui montraient l'idée fausse qu'elle avait «du mariage, la conception qu'elle en avait comme d'un contrat pas- « sager, comme d'une pièce où l'on entre et d'où l'on sort, m'avaient

« toujours fait trembler pour le bonheur de Boni de Castellane. Quand « la séparation s'est produite, je n'en ai point été étonnée, je m'y atten- « dais ». Deinde prosequitur: « Anna Gould, pendant la durée de la vie « conjugale, a toujours été de mauvaise humeur quand j'étais là, figure « de bois et désagréable pour son mari ». Quanta autem levitate Anna Gould maritalem domum deseruerit, et quam parvi ipsa fecerit uxoris matrisque officia, ex his quae haec testis iudici enarrat, clare potest apprehendi. « Je ne sais pas exactement (ipsa ait) toutes les raisons du « divorce. Je crois qu'au fond, la raison principale était, qu'Anna Gould « ne voulait supporter aucune entrave, aucune direction et prendre son « entière indépendance. Je vis Anna Gould deux heures et demie après « la séparation d'avec son mari; j'allai la voir de la part de son mari. « Elle fut assez aimable pour me recevoir; malgré l'ordre catégorique, « qu'elle avait donné de ne laisser monter personne à sa chambre, elle « me reçut dans sa chambre d'hôtel (Bristol, si je ne me trompe, place « Vendôme); elle était assise devant une table, ayant à sa droite, son « chien, sur le tapis de la table, un jeu de bridge étalé, à sa gauche, « une règle de ce jeu, elle cherchait la solution d'un cas de bridge difficile. J'ai cru de mon devoir alors d'essayer, par tous les moyens, « de faire vibrer dans son âme, ce qui pouvait rester de sentiments « conjugaux ou maternels. Ma tristesse et mon étonnement furent bien « grands, quand je fus réduite à conclure qu'à l'heure même où cette «jeune femme venait de détruire son foyer, elle n'avait conservé « aucune idée du devoir, aucun sentiment même maternel, et que, dans « le plus grave calme, elle cherchait la solution d'une difficulté au « bridge ».

Modo audiamus testem marchionissam de Talleyrand, quae, quamvis protestanticae sectae anglicanae vocatae sit addicta, tamen sentiendi agendique modum Annae Gould sapienter reprobat. Haec, sub iurisiurandi fide, sequens dat testimonium : « Je n'ai pas assisté à la célébra- « tion du mariage. Anna m'a dit à moi-même, plusieurs fois, mais depuis « le mariage: " Si Boni ne se conduit pas comme il faut, je divorcerai « et je me remarierai „. Je lui ai dit, qu'elle avait tort, que si elle ne « pouvait pas vivre avec son mari, qu'elle peut se séparer, mais qu'elle « ne divorce pas, et qu'elle ne se remarie pas. Un autre jour, lorsque «nous nous promenions à la campagne, je lui disais: "Vos enfants « sont catholiques, vous prierez bien vous-même pour vous faire catho- « lique „. Elle m'a répondu: " Jamais de la vie, parce que si je me fai- « sais catholique, dans le cas, où Boni se conduirait mal, je ne pourrais « plus divorcer „. Telle que je connais Anna Gould, je crois qu'elle était

« très éprise, et qu'elle n'aurait jamais bronché, si lui avait été fidèle à « son devoir ».

In priori iudicii instructione, coram iudice stetit quoque Anna Gould, rea in causa, quae postquam se iunxerat principi de Sagan, titulum sumpserat ducissae de Talleyrand. Haec iudici perconctanti, res, quae ad suum matrimonium cum comite Boni de Castellane pertinent, longe diversimode enarravit, ab his quas modo a testibus audivimus. En quomodo: « Étant à Paris, en 1894, j'eus occasion de rencontrer « madame la marquise de Castellane chez mademoiselle Reed : madame «la marquise pensa à moi pour son fils le comte Boni, qui me fut « présenté et me fit la cour. Je retournai en Amérique, où je trouvai le « comte Boni, qui m'y avait précédé et qui demanda ma main à mon «frère, car j'avais alors perdu mes parents. J'acceptai ce mariage, je « puis dire, librement ». Negat deinde, se ante matrimonium dixisse ea, quae sibi testes attribuunt, circa suam divortiandi intentionem. Relate vero ad tempus quod matrimonium subsequitur, haec habet: « Pendant « les trois premières années de mon mariage, je ne me souviens pas « avoir parlé de divorce. Mais, quand les difficultés sont venues, il m'est « arrivé plusieurs fois de menacer mon mari de demander le divorce. « La troisième année de mon mariage, des soupçons me vinrent sur la « fidélité de mon mari, qui me furent confirmés par des lettres, qui lui « étaient adressées par une femme et que j'ai trouvées. C'est alors « que j'ai eu vraiment l'idée de me séparer et que j'en ai parlé à plu- « sieurs personnes. Je patientai cependant encore pendant quelques « années, et enfin en 1906, autant qu'il m'en souvient, je demandai la « séparation de corps ; puis, à l'instigation de mon avocat, aujourd'hui « décédé, j'ai demandé le divorce ». Et iterum a iudice interrogata, utrum in actu celebrationis matrimonii sua voluntas fuisset manendi perpetuo unita marito, an potius pro lubito divortiandi, respondit: « À ce moment-là j'étais encore très enfant (iudici dixerat enim, se « tunc, scilicet anno 1910, triginta annos habere); la pensée de la possi- « bilité d'un second mariage ne m'est même pas venue. J'ai dit: "oui „, « parce que je me mariais comme on se marie ordinairement. Je n'ai « pensé à rien autre ». Huic Annae testimonio iudex delegatus hanc addit adnotationem : « Paris, le °*1*\ juillet 1910. La *rea* d'abord a refusé « de prêter serment sur l'Évangile, disant qu'elle ne l'avait jamais fait, «et ajoutant que certainement elle dirait la vérité, ce qu'elle a répété « en effleurant du bout des doigts le livre des Évangiles ».

In his, quae Anna in iudicio deponit, quinque mendacia inveniuntur, quorum duo ex invictis documentis comprobantur, tria autem ex testi-

bus. Primum est aetas tenella, vix 15 annorum, quam sibi Anna tribuit, quando matrimonium Neo-Eboraci contraxit cum comite Boni de Castellane. Quum enim in iudicio fuerit excussa, scilicet mense iulii 1910, triginta tantum annos se habere dixit, dum e contra actor instrumentis cuiusdam contractus emptionis, ab ea paulo post matrimonium stipulati, demonstrat, tunc temporis, illam iam attigisse maiorem aetatem, et ideo in irritum cadit argumentum a defensore Vinculi desumptum ex tenella sponsae aetate, ut omnino inverosimile probaret in ea propositum divortiandi. Secundum in assertione consistit, se recepisse educationem divortio omnino contrariam, et eandem opinionem per nonnullos annos post matrimonium retinuisse. At contrario ex actis novae instructionis constat, alia in sua familia exstare divortia. Ex testibus autem primo falsum esse eruitur quod Anna asserit, nempe se a marchionissa de Castellane in uxorem sui filii Pauli designatam fuisse, quum primum Parisiis ab ea cognita fuit; ab ipsa enim actoris matre et aliorum testimoniis scimus, quam aegre haec sui filii matrimonio cum Anna assensum dederit. Et si ex tribus testibus Annae declaratio ante matrimonium, de suo praesumpto iure et de intentione divortiandi, quando sibi libuerit, nobis relata est, valde plures attestatur, eandem declarationem ab ea esse factam post suum matrimonium; et non tantum tribus elapsis iam annis a matrimonio contracto, quando scilicet, ut ipsa ait, primitus infidelitatem coniugis cognovit, sed etiam ante hoc tempus, imo paulo post matrimonium. Hoc si non satis erui videatur ex testimoniis, quae supra retulimus, audiatur iterum mater actoris, quae in secunda instructione denuo excussa et distinctius a iudice interrogata, deposuit. Iudex eam percontatus est : « Est-il vrai « (comme l'a déposé un des témoins, votre fils Jean) que vous avez dit « à New York, à l'occasion du mariage du comte Boni Votre fils, que vous « trouviez navrants les sentiments de mademoiselle Anne Gould? ». Illa respondit: « Il est vrai, que j'ai dit à New York (avant le mariage de « mon fils) que j'étais peinée des sentiments manifestés par mademoi« selle Anna Gould dans les circonstances suivantes: il arrivait très « souvent que, dans les conversations mondaines, et à propos de présen« tations de jeunes filles, ne portant pas le nom de leur mère, parce que « celle-ci était divorcée et remariée; tout ce monde protestant approu« vait le divorce, et mademoiselle Anna Gould paraissait trouver cela « tout naturel. J'étais donc peinée de penser, que ma future belle-fille « était élevée dans ces idées, qu'elle approuvait, au sujet du divorce, et «précisément ..... une personne très liée avec les Gould, la mère de « madame Georges Gould, était dans cette situation de femme divorcée ».

Iterum iudex: « Est-il vrai (comme l'a déposé le même témoin) que la « veille du mariage, vous avez pleuré à chaudes larmes, à cause de ces sen- « timents? ». Gui illa: « C'est plus que vrai, non seulement j'ai pleuré, « mais j'ai eu une crise de désespoir telle, qu'il a fallu l'intervention « de mon second fils et de mon mari, pour m'empêcher d'aller chez les « Gould dire des paroles, qui auraient empêché ce mariage. Je suis bien « au regret de n'avoir pas suivi ma première impression ». Iudex quaerit: « S'il est vrai que les sentiments de mademoiselle Gould vous navraient « et vous faisaient pleurer, comment avez-vous connu ces sentiments, « étant donné que dans votre premier interrogatoire, vous avez dit: " Je « n'ai entendu, au moment du mariage, aucun propos de mademoiselle « Gould, qui du reste a été très peu communicative avec moi? „ ». Tune illa: « Dans mon premier interrogatoire on m'a demandé si, avant le « mariage, j'avais entendu dire à mademoiselle Gould qu'elle divorce- « rait. Je ne l'ai pas entendu dire cela; seulement, il résultait de toutes « les conversations tenues devant elle, et par elle, qu'elle approuvait les « gens qui divorçaient et qu'elle trouvait tout naturel qu'on usât de « cette faculté. Mon fils Jean l'a entendu dire, la veille du mariage: " Si « je ne suis pas contente, je divorcerai „. Moi, je ne l'ai pas entendue « tenir ce propos. Comme je l'ai dit, elle a fort peu causé avec moi, et « c'est sur ses conversations que je l'ai jugée ». Denique iudex : « Dans « votre premier interrogatoire, vous rapportez une conversation tenue « à vous, dans laquelle mademoiselle Gould vous aurait déclaré, qu'elle « tenait à pouvoir divorcer; mademoiselle Anna Gould vous a-t-elle tenu « des propos semblables dans les trois premières années de son ma- « riage? ». Testis refert: « Dans mon premier interrogatoire j'ai raconté « comment chez moi, en sortant de la chapelle, où elle venait d'assister «à la messe, ma belle-fille m'a dit: " Je me ferais volontiers catholique, « si l'Église catholique acceptait le divorce „. Elle m'a dit cela quatre « mois après son mariage. J'ai fait part à mon fils Jean de la tristesse, « que me causait cette parole. C'est alors qu'il m'a rapporté le propos « tenu par Anna Gould la veille du mariage. J'ajoute que ma belle-fille « n'avait aucun grief contre son mari, quand elle manifestait ainsi sa « volonté d'user du divorce. J'ajoute que mademoiselle Gould dit avoir « été élevée dans des idées contraires au divorce. Or, dans sa famille, « sur cinq enfants mariés, trois sont divorcés et un a épousé une femme « mariée ».

Quod autem Anna non tantum tribus annis post matrimonium, sed etiam illo tempore, quando adhuc matrimonialis vita ab ea pacifice duce- batur, saepe saepius de divortio locuta sit, utpote de iure ad se perti-

nente, quo usura esset, quando sibi placuisset, aliud gravissimum exstat testimonium, ducis nempe de Luynes, qui semel atque iterum interrogatus fuit, scilicet in prima et in secunda causae instructione. Prima vice, ita testatus est: « Au cours de la vie commune et avant qu'il n'y « eût de dissension sérieuse entre les époux, la jeune femme avait constamment le mot *divorce* à la bouche, dans les circonstances les plus « futiles. Elle m'a dit plusieurs fois à moi-même, que le jour où elle en « aurait assez, elle divorcerait, que cela se faisait couramment en Amé« rique, et que sa religion protestante, qu'elle avait voulu garder, admet« tait parfaitement le divorce et un autre mariage; elle disait notam« ment: " Quand on ne se convient plus, on divorce, et on change de « mari „. Elle le répétait si souvent, que j'ai cru devoir en parler à « son mari, qui n'a pas considéré alors que ce fussent des paroles « sérieuses ». Deinde prosequitur: « Pendant quelques années, la vie « commune a paru pacifique entre eux, au moins extérieurement, quoi« que la jeune femme parût souvent de mauvaise humeur, comme une « enfant gâtée. Lorsque la dissension se mit sérieusement entre eux, je « fus chargé, par mon ami Boni de Castellane, d'une tentative de rap« prochement, auprès de sa femme. Dans la conversation que j'eus « avec elle, je compris, que ce que j'avais considéré jusque là comme « des boutades de sa part, était l'expression réelle de sa pensée. Elle « me dit alors: " Vous n'avez jamais voulu croire, que je n'avais pas « adopté vos stupides idées françaises, et que j'avais toujours conservé « mes idées américaines, m'autorisant à divorcer quand je le voudrais. « C'est même la principale raison, pour laquelle je n'ai pas voulu me « faire catholique „. Comme je lui parlais de ses enfants, qui auraient « à souffrir plus tard de ce divorce, elle me répondit, qu'en Amérique « on n'avait pas l'habitude de se sacrifier pour ses enfants, et que du « reste, elle n'avait jamais eu des sentiments maternels développés. J'ai « alors compris, qu'en présence de pareils sentiments, il n'y avait rien « à faire ». In secunda autem instructione, haec adiunxit: « C'est très « peu de temps après son mariage, un an tout au plus, que j'ai entendu « Anna Gould exprimer ses idées sur le divorce, et dire qu'il était natu« rei et légitime d'en user, que cela se faisait couramment en Amérique, « et que c'était très bien. Elle n'annonçait pas encore l'intention d'en « user pour elle-même, mais il était très clair pour moi, d'après ses dires, « que le jour où elle serait tentée d'en user, elle n'hésiterait pas. Elle « avait tellement l'habitude de parler du divorce, qu'on se demandait « si cette idée n'était pas chez elle une idée fixe ». Enarrat deinde testis, quod quum, quadam vice, ipse et comes Boni de Castellane, delec-

talionis causa, mare percurrerent, eorumque navícula ob infortunium periclitaretur, ab alio navigio recepti, ad suas uxores, quae a longe ex alia navi eorum periculum adspexerant, reducti sunt. At domina de Castellane, quin laetaretur de incolumitate sui viri, « se mit en colère, «disant que tout avait été arrangé d'avance, et que son mari devait « avoir un rendez-vous avec une femme sur ce bateau. Et immédiate- « ment elle parlait d'envoyer une dépêche pour retenir des places sur « un bateau en partance pour l'Amérique, parce qu'elle voulait divorcer. « Elle n'avait que le mot de divorce sur les lèvres ».

Modo audiamus testes partis adversae, scilicet inductos ab Anna Gould ad probandum, se nunquam de divortio, vel ante matrimonium vel tribus qui successerunt annis, locutam fuisse. Ipsa in iudicium adduxit sex testes, nempe tres fratres tresque sorores. Eius frater Howard Gould Parisiis interrogatus est, ceteri in urbe Neo-Eboracensi. Prior iudici ita fassus est: « Je déclare que jamais je n'ai entendu ma sœur « tenir un propos, qui indiquât qu'elle voulût se libérer des obligations, « que lui imposait le mariage catholique; et, la veille même du mariage, « elle me déclarait, qu'elle aimait beaucoup son fiancé et qu'elle espé- « rait bien que jamais rien ne pourrait l'en détacher; et toute la famille « de mademoiselle Gould était dans les mêmes sentiments, et avait la « même impression ». Deinde sequitur: « Je n'ai jamais entendu, après « le mariage, ma sœur dire, qu'elle eût l'intention de ne pas remplir « toutes ses obligations, et même elle ne m'a jamais laissé soupçonner, «jusqu'à sa séparation d'avec monsieur de Castellane, qu'elle eût l'in- « tention de se séparer de lui ». Et iudici sciscitanti, utrum vita coniugalis inter sponsos fuerit pacifica, necne, quamdiu perduravit, ita respondit: « Je n'ai pas eu occasion de voir le ménage, pendant la vie com- « mune. Je n'ai jamais soupçonné, qu'il y ait eu des orages. La vie « commune a duré environ une douzaine d'années. De temps en temps « je recevais des lettres de ma sœur, et jamais elle ne m'a parlé de diffi- « cultes intimes. Il y a six ans environ, elle est venue avec son mari « en Amérique et tous deux semblaient parfaitement heureux ». Alius frater Georgius Gould, a iudice interrogatus: « Sapete, oppure udi- « ste, se Anna, prima del matrimonio, era disposta ad assumere tutti « gli obblighi, che la Chiesa cattolica impone alle persone maritate? » respondit: « Credo di sì. Ella ebbe lunghe conversazioni con Mons. Cor- « rigan ». Denuo: « Sentiste, o da vostra sorella o da altri, che ella espri- « messe l'intenzione di esser libera e di abbandonare suo marito o di « divorziare da lui, quando ad essa piacesse di farlo? » respondit: « Mai « l'udii ». Alius frater Edwin Gould, iisdem iudicis interrogationibus,

eodem modo ac suus frater Georgius, respondit. Annae soror Editti Kingdom Gould priori interrogationi respondit: « Ella di buon grado «assunse tutti gli obblighi»; secundae interrogationi pariter respondit:: «Mai l'udii, nè da essa nè da altri». Alia soror Addie Woordward Adams eidem priori interrogationi respondit: «Per quanto io sappia, « sono sicura che ella assunse tutti gli obblighi »: secundae autem: «Non lo sentii; al contrario ella mi disse che non credeva nel divorzio ». Testis Edua Montgomery Grane, pariter Annae soror, interrogationi priori respondit: « Non posso rispondere a questa interrogazione, perchè mai «ho conversato con Anna Gould su questo soggetto »; secundae vero: « Posso dire che ella mi disse il contrario ».

Ex responsionibus ab his testibus redditis, in primis apparet, parum edoctos fuisse circa ea de quibus a iudice interrogati sunt, idest circa mentem et animum Annae, et ideo tres sunt mere negativi, uti Georgius, Edwin et soror Edith. Aliae duae sorores, Addie et Edua, relate ad primam quaestionem non magis determinate loquuntur. Addie enim dicit: « Per quanto io sappia», etc. Edua clarius dicit: « Non posso « rispondere », etc. Relate vero ad secundam magis praecise deponunt, se contrarium ab Anna audivisse, sed nec verba referunt, nec tempus determinant. At hoc revera facit in suo testimonio Howard: «... la veille «même du mariage, elle me déclarait», etc. etc. Sed unus hic testis, de cuius attendibilitate a nemine certiores facti sumus, destruere nequit tot tantaque contraria testimonia, particularibus circumstantiis communita, quorum praecipui testes, ab ipsa archiepiscopali Parisiensi Curia, probitate commendantur, quaeque proinde, his contrariis non obstantibus, in sua auctoritate permanent. Nec horum auctoritati valde illae officiunt discrepantiae seu inter testes discordiae, quas minutius scrutatur atque perpendit S. Vinculi defensor, in priori iudicio, et quibus tantum pondus addit. Etsi enim discrepantiae non desint, hae sunt in circumstantiis mere accessoriis; circa autem factum principale, inter testes adest concordia. Qui enim de tempore ante matrimonium testantur, in hoc plene consentiunt, Annam professam esse, si matrimonio cum Boni de Castellane felicitatem non esset consecutura, se uti velle divortio, cuius facultatem sibi dabat episcopaliana secta, cui adhaerebat; praesertim autem si maritus coniugalem fidem servaturus non fuisset. Hoc idem propositum seu intentionem sexcenties Annam manifestasse toto tempore, quod matrimonio successit, scilicet a primis mensibus usque dum abruptum fuit, unanimiter ceteri testes deponunt, quod factum a nobis praecise quaerebatur. Quod si maior discrepantia appareat inter testium depositiones et libellum actoris eiusque asser-

tion.es, potest explicari; libellus enim, ut prima sententia fatetur, « non semper genuinam factorum veritatem significare solet, quippe « qui ab advocato, ad evincendam propositam actionem, magis quam « ab actore conscriptus », et actor in casu nostro, ut a testibus scimus, ita erga Annam erat amore obcœcatus, ut minimi momenti facecet illius divortiandi propositum. Ceterum meminisse iuvat, quae, circa accidentales testimoniorum circumstantias, habet divus Thomas: « Si « vero sit discordia testimoniis in aliquibus circumstantiis non perti- « nentibus ad substantiam facti..., talis discordia non praeiudicat testi- « monio... quin immo aliqua discordia in talibus facit testimonium cre- « dibilius, ut Chrysostomus dicit super Matthaeum » (II^a II^ae quaest. 79, art. 9). Cui plene adhaeret Benedictus XIV, qui ita scribit: « Expedit « enim aliquando, ut aliqua adsit discordia inter testes, non in substan- « tialibus, sed in accidentalibus; concordia siquidem in omnibus, hoc est « tum in substantialibus tum in accidentalibus, tantum abest ut fidem « conciliet, ut eam potius testibus minuat » *(De Can. et Beat. Sanet.*, lib. III, cap. 7, n. 10). Et hoc magis verum est, quando testes de his quae tempore remoto evenerunt, reddere debent testimonium, ut adamussim accidit in casu nostro, in quo inter processus instructionem et matrimonium Annae cum Boni de Castellane, sexdecim intercesserunt anni. Ceterum nonnullae contradictiones, quae in priori summario inter testes adesse videbantur, quasque prior sententia diligenter notaverat, in nova instructione ita declaratae sunt, ut revera eas non exstitisse appareat. Quaerere quis posset, utrum solo veritatis amore Anna in primo iudicio steterit adversus coniugem Paulum, validitatem sui matrimonii defendens, qua non tantum viro suo, sed sibi et alteri quoque viro, cui postea se adiunxit, libertas adimeretur. Quod ita revera sit, grave dubium nobis ingerunt ea, quae a duobus testibus referuntur circa animum Annae erga suum coniugem, in causa actorem. Enimvero quidam Aloisius Morel, testis in causa, inter cetera deponit: « Elle (Anna « scilicet) a voué une haine implacable au comte de Castellane, et cela « à la suite d'intrigues, qui se sont manifestées autour d'elle ». Et deinde: « ... elle me répondit: " Le nom de Castellane je l'exècre et je ne ferai « rien pour le défendre „ ». Et marchionissa de Talleyrand, quae (utpote uxor fratris illius principis de Sagan, quocum Anna nunc vivit) valde bene suam glorem noscere debet, de ea sic loquitur: « C'est une hon- « nête femme, mais elle a un caractère très exigeant, elle demandait à «Boni ce qu'il ne pouvait pas lui donner; d'autre part, elle est très «vindicative; elle l'est héréditairement, elle aime la vengeance et elle « la poursuivra jusqu'à la mort de celui qui a manqué ». Postea: « Boni

« a eu des torts, mais elle s'est vengée avec férocité et elle se vengera « jusqu'à la fin. Si elle avait été plus indulgente, et si, en présence des « torts de son mari, elle s'était retirée chez elle avec ses enfants, tout « le monde aurait été à ses pieds, et lui plutôt répoussé. Mais aujour- « d'hui l'opinion a changé, et Monsieur de Castellane est devenu plus « intéressant ». « ... Anna Gould, à ce que j'ai entendu dire, fera l'im- « possible pour empêcher Boni de retrouver sa liberté ».

Quod ius spectat. Matrimonium, quod primitus indissolubile a Deo institutum est, Christus Dominus, elapsae naturae humanae reparator, ad pristinam, quam etiam apud populum iudaicum amiserat, indissolubilitatem restituit, simulque ad dignitatem sacramenti novae legis evexit; ita ut natura ipsius contractus matrimonialis inter baptizatos, a natura sacramenti realiter non distinguatur. Omnis ergo causa, quae nullitatem contractus efficiat, efficit etiam nullitatem sacramenti, et viceversa; et quoniam quivis contractus voluntate contrahentium efficitur, si quid in voluntate, vel unius contrahentis, desit,-quod necessarium sit ad contractum faciendum, hic nullus evadit. Ad matrimonium vero, praesertim prout est sacramentum, necessario, imo substantialiter, pertinet indissolubilitas, quae proinde a doctoribus bonum sacramenti vocatur. Si quis ergo matrimonium dissolubile contrahere vellet, illud vellet quale consistere nequit, et proinde vellet absurdum. Diximus: si quis vellet, non autem si quis nesciret, indissolubilitatem esse matrimonio essentialem. Quia, etsi hoc aliquis ignoraverit, imo erronee putaverit, matrimonium esse natura sua dissolubile, posset tamen valide contrahere, si voluntatem haberet, saltem implicitam, eo modo matrimonium faciendi, quo a Christo Domino est institutum, ignorantia enim et error afficiunt intellectum, dum e contra, ut supra diximus, matrimonium perficitur voluntate; et ideo, ut verbis card. De Lugo utamur, « in casu simplicis erroris, habetur unicus ac «sufficiens voluntatis actus, in casu autem intentionis sese non obli- « gandi, habentur duo actus voluntatis se mutuo destruentes; unde illic « adest consensus matrimonialis, hic non adest » *(De Sacram.,* disput. VII, sect. 8). Nec quis dicat, actum reiiciendi obligationem indissolubilitatis absorberi ab actu magis generali faciendi matrimonium, quia, ut bene notat sententia rotalis *Nicien.,* coram Many 24 ianuarii 1911, « actus « reiiciendi obligationem, cum sit magis specificus, certe praevalet actui « magis generali, quia species derogat generi, iuxta regulam 34 iuris « in VI, quae valet in toto iure, et notanter in contractibus, ut habet «Reiffenstuel, *De regulis iuris,* cap. % reg. 34, n. 9-12 »; et etiam quia, ut bene notat La Croix, « inter duas intentiones contrarias, illa est de

« praesenti praevalens, quae essentialiter est exclusiva alterius; atqui, « inter istas intentiones, posterior est exclusiva prioris; ergo etc. » *(Theol. Moral.,* lib. VI, pars III, cap. III, n. 251). Ullimode ergo consistere nequit matrimonium simul cum voluntate, vel etiam unius contrahentis, positive contraria illius indissolubilitati, quia in eo deesset consensus, seu esset fictitius tantum et simulatus. Et hoc verum est, quocumque modo haec voluntas exprimatur, sive per modum conditionis, sive per simplicem intentionem vel propositum, sive sub modo vel causa, cui alligetur consensus; quin necesse sit, ut deducatur in pactum; semper enim verum est, voluntatem deesse (Cfr. De Angelis, *Prael. I. C,* lib. IV, t. 5, n. 7). Nec relate ad indissolubilitatem, seu bonum sacramenti, locum habet distinctio, quam sacri iuris interpretes ponunt inter voluntatem non sumendi obligationem et voluntatem sumendi quidem obligationem, sed eam non adimplendi, quae distinctio pro ceteris bonis matrimonii essentialibus datur, ut habet divus Thomas, et cum eo Sánchez (lib. IT, disp. 29, n. 12). Attamen voluntas bono sacramenti contraria numquam praesumitur, nec asserenti creditur in foro externo, nisi plene probetur, quia causa matrimonii semper gaudet favore iuris.

Haec, quae hucusque diximus, explorati iuris sunt, et a doctoribus, sive canonistis sive theologis, longe proposita atque explanata. Satis hic sit, ex his, locos nonnullos indicare, quin oporteat referre: D. Thomas, *in IV,* Dist. 31, q. I, art. *3, in corp;* Sánchez, *De Matrim.,* lib. II, Disp. 29, n. 1142; lib. V, disp. 12, n. 5; Gonzalez, in titul. *De conditionibus appositis,* cap. 7, n. 9; De Lugo, Disp. schol., *De sacram, in gen.,* disp. 8, sect. 8, n. 121; Tamburini, *De Matrim.* 1. VIII, tract. 4; Pontius, *inappend. ad tract, de matrim.,* lib. 9, pars 2, n. 11 (ubi quaerit: « Si haereticus in eo sit errore, ut existimet matrimonium esse ex causa « dissolubile, et licere libellum repudii, ut olim in lege ante Christum, «quid fiet? ». Cui quaestioni ita in terminis paulo post respondet: « ... si vero *expresse* ita velit contrahere et non aliter, sive eum animum « explicet, sive in mente retineat, nullum est matrimonium »). La Croix, *Theol. Mor.* L. VI. pars 3; *De matrim.,* cap. II, nn, 250, 251, 252, 253, 254, 255; (ubi hic auctor casum huic nostro simillimum sibi solvendum proponit, in quo quamvis de conditione agatur, tamen de intentione etiam pertractat). Et ex recentioribus: Gasparri, *De Matrim.,* t. II, n.- 919, 1014 et seq. (edit. 3); Wernz, *Ius Decret.,* t. IV, pars I, n. 52 et pars II, n. 312, not. 44 (edit. 2); Ballerini-Palmieri, *Opus morale, i.* 6, n. 498 et seq; Lehmkuhl, vol. II, n. 879 et seq.; D'Annibale, pars II, n. 303 et 412; Noldin, *De Sacram.,* n. 569; et N. S. O. in *Nicien.* diei 24 ianuarii 1911,

coram Many; in *Montispessulana,* diei 13 dec. 1912, coram Prior; in *Monacen.-Friburgen.,* diei 24 iulii 1909, coram Mori, n. 8.

Haud difficulter priori sententiae assentimur, ubi haec habet: «... testes « in hanc sententiam unanimi suffragio concordant, Annam protestatam « fuisse mordicus sibi, et ante et post celebratas nuptias, ius vindicasse « discedendi a viro, si hic foret infidelis aut alias sibi displiceret, et « hanc facultatem sibi competere ex placitis sectae protestanticae, cui « adhaerebat, quamque derelinquere nolebat, ne sibi adimeretur haec «eadem facultas». Et deinde: «Iamvero adducti testes referunt eam « fuisse Annae voluntatem, nempe discedendi a viro, si hic fuisset infi- « delis, quod sibi arrogabat ius, utpote sectae evangelicae addictae », et postea: « Iamvero hi non loquuntur de propria ac vera conditione ab « Anna contractui apposita; sed de intentione libere et libenter utendi « divortiandi facultate, quam illi dabant placita sectae protestanticae ». (Conf. sententiam appellatam, prope finem). Sed minime cum ea sententia admittimus, quae ex his praemissis concludit: «his in terminis continetur examussim error iuris ». Et perperam nobis videtur, huic casui ab ea aptari, quae referuntur ex Emo Card. Gasparri, ubi hic errorem iuris explicat (n. 902-903, edit. 3); sed potius aptari, quae idem auctor ibi subiungit: « Quod si contrahens, explicito voluntatis actu, seu vera « mentis conditione, illam proprietatem revera excludit, matrimonium «irritum est»; et quae clarius infra (n. 919) habet: «Si contrahens « habet quidem intentionem contrahendi matrimonium, sed simul habet « intentionem explicitam ac positivam sese non obligandi aliquo modo ... « dicens, non interpretative tantum, sed positive in mente sua: " Volo « contrahere matrimonium, sed nolo tradere alteri parti... ius perpe- « tuum „... non est dubium... matrimonium esse prorsus irritum ex defectu « consensus ». Quomodo enim simplex error iuris admitti potest, ubi adest intentio, quae "est actus voluntatis in aliquem finem tendentis?,, (D. Thomas, I^{a} II^{ae}, Q. XII, Art. 1). « *Qui vero voluntatem habet* (ait Lehm- « kuhl, vol. II, n. 879), *postea si sibi placuerit, ad alias nuptias trans- « eundi, matrimonium invalidum contrahit, eo quod nolit perpetuum ius « alteri tradere, quod tamen essentiale est* ». Nec magis validitati huius
5 matrimonii favent quae habet Benedictus XIV, *De syn.,* I. 13. c. 22, n. 7, quaeque a priori sententia referuntur. Ibi enim, de his qui contrahunt cum errore iuris, quin propositum contra indissolubilitatem matrimonii positive efforment (licet praesumptam voluntatem habuerint non contrahendi, si aliter tenerent), Pontifex ait: « ... locus est praesumptioni, « ut, dum matrimonium, prout a Christo institutum fuit, inire voluerunt, « illud omnino perpetuum, ac, interveniente etiam adulterio, indissolu-

« bile contrahere voluerint, prae valente nimirum generali, quam diximus « voluntate, de matrimonio iuxta Christi institutum ineundo, eaque primatum illum errorem absorbente; quo fit ut matrimonium ita contractum, validum firmumque maneat ». At si quis contrahat expresso proposito divortiandi a comparte, istius adulterio adveniente, tunc theoria praesumptionis, seu praevalentiae voluntatis generalis privatum errorem absorbentis, non amplius, ut quisque videt, adduci potest, quia praesumptio cedit veritati; sed potius locum habet doctrina, quam idem Pontifex ibi exponit: « Quicumque contractum vult, necesse est, ut eiusdem substantiam velit, ideoque si contrahentes, in matrimonii foedere « ineundo, conditionem apponunt illius substantiae contrariam, certissimum est argumentum, nequaquam eos in veri matrimonii contractum « consentire ». Neque pariter assentiri possumus his, quae in priori sententia inveniuntur, nempe: «Propositum... aliquid agendi non secum« fert consensum conditionatum, et in dubio, quis praesumitur pure « contraxisse, nisi aperte liqueat de conditione, praesertim si conditio «substantiae contractus opponatur, uti considerat Benedictus XIV, loco « citato ». Hic enim prior sententia videtur sumere conditionem strictiori sensu, seu tantum prout est suspensiva consensus, ita ut haec sola, non vero propositum contra matrimonii substantiam, nullum reddere possit matrimonium, quod verum minime est. Sensus verbi *conditio,* iuxta Benedictum XIV, idem est ac ille, qui eidem verbo tribuitur in *Decretal.*, lib. IV, tit. 5. *De conditionibus appositis in desponsatione vel in aliis contractibus,* c. uti, ubi *conditio* sumitur non taxative, sed demonstrative, et non stricto sensu, sed latiori, seu pro quocumque voluntatis actu, quo positive bonum essentiale matrimonii excludatur. Exemplum adduci potest ex cit. cap. ult. h. t. Ibi enim conditio : « contrallo tecum, « donec inveniam aliam honore vel facultatibus ditiorem », non est proprie dicta *conditio,* sed potius *modus* contra substantiam matrimonii (Cf. Santi, *Prael. I C,* lib. IV, tit. 5, n. 39; et De Angelis, lib. IV, t. 5, n. 5). Ita quoque hunc locum Benedicti XIV interpretatur Emus Card. Gasparri, qui postquam illum retulit *(De Matrim.*, vol. II, n. 920), prosequitur: « Ceterum *haec intentio* excludendi aut limitandi substantiam, etc. ». Modo hanc a nobis expositam doctrinam casui nostro aptantes, edicimus quod, si Anna Gould, ante suum matrimonium cum Boni de Castellane, intentionem aut propositum habuit, illud nequaquam indissolubile contrahendi, sed sibi reservandi facultatem divortio, quavis de causa, utendi, et hanc voluntatem in actu matrimonii, saltem virtualiter retinuit (de qua voluntate, ex his quae diffuse in facto exposuimus, dubitare non licet), certe verum non praestitit consensum, sed simulatum,

et ideo invalidum fuit matrimonium. Admittendum autem non arbitramur, cohabitationem per undecim annos inter sponsos protractam et copulam spontanee ab Anna admissam, potuisse, in casu; defectum consensus sanare. Ut enim Anna hoc facere posset, oportuisset quod illa nullitatem sui matrimonii cognovisset, illudque voluisset revalidare; et id probari deberet, quia revalidatio matrimonii non praesumitur. At, in casu, Annam ignorasse, matrimonium nullum fuisse ob suum divortiandi propositum, evincitur ex secta, cui illa adhaerebat, seu ex errore in quo inveniebatur; illud autem noluisse sanare, etiamsi nullitatem cognovisset, evincitur ex eius proposito, centies repetito post matrimonium, toto tempore, quo vita communis perduravit.

Hisce igitur omnibus sedulo perpensis et consideratis, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondendum esse: *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam partem,* seu *sententiam Rotalem diei 9 decembris 1911 esse infirmandum in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Ref.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 1 martii 1913.

Fridericus Cattani, *Ponens.*
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

Sac. T. Tani, *Not. S. R. Rotae.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD R. D. CAN. PANNIBR, QUI BEATISSIMO PATRI, REVERENTIAE SPECIMEN, « NOUVEAU PSAUTIER DU BRÉVIAIRE ROMAIN » EXHIBUIT.

Monsieur le Chanoine,

Le Souverain Pontife a été très sensible à l'hommage que vous lui avez fait de votre *Nouveau Psautier du Bréviaire Romain,* et vous en témoigne sa particulière satisfaction.

Vous avez voulu entrer dans les vues du Saint-Père et favoriser l'amour de la prière liturgique en en facilitant l'intelligence par une traduction fidèle, par des commentaires sobres et néanmoins sans sécheresse, d'une érudition aussi sûre qu'éclairée.

Votre compétence incontestée dans les sciences scripturales était la meilleure garantie que ce travail, non moins délicat qu'opportun, ferait honneur à son auteur et à cette illustre faculté théologique de Lille, qui vous compte parmi ses membres les plus distingués.

Sa Sainteté est heureuse de vous adresser ses meilleures félicitations et vous envoie de tout cœur la bénédiction apostolique.

Il m'est agréable de vous offrir mes félicitations personnelles et de vous exprimer, Monsieur le Chanoine, mes sentiments très dévoués en Notre-Seigneur.

Le 14 juin 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

II.

AD R. P. J. LINTELO S. J., OB NUMEROS IAM EDITOS EPHEMERIDIS « ACTION EUCHARISTIQUE» BEATISSIMO PATRI, DEVOTIONIS ERGO, REVERENTER OBLATOS.

Mon Révérend Père,

Le Saint-Père Pie X. a agréé avec une spéciale bienveillance l'hommage filial des numéros parus du bulletin, revêtu de l'approbation ecclésiastique, que vous publiez sous le titre *d'Action Eucharistique.*

Ces intéressantes pages, simples et pratiques, où vous vous êtes proposé de vulgariser dans le clergé les décisions si salutaires des Décrets eucharistiques du Souverain Pontife, en particulier du Décret *Quam singulari*, contribueront à dissiper des préjugés, à éclairer bien des consciences et à exciter le zèle sacerdotal pour l'application des Décrets sur la T. S. Communion.

Sa Sainteté vous félicite de vos nobles efforts et de votre zèle dans l'apostolat eucharistique, et, avec Ses encouragements paternels, Elle envoie de cœur à vous et à vos collaborateurs la bénédiction apostolique.

Je vous suis bien reconnaissant des exemplaires que vous m'avez gracieusement offerts, et je vous prie d'agréer, avec mes félicitations, mon Révérend Père, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Le 23 juin 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA PARTICOLARE.

Il giorno 1 luglio 1913, nel palazzo apostolico Vaticano fu tenuta la Congregazione Ordinaria Particolare dei sacri Riti, nella quale furono sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi signori cardinali componenti la medesima, le seguenti cause:

1° Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii costruiti per la causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Mariano da Rocca Casale, laico professo dell'Ordine di Frati Minori.

2° Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii costruiti per la causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Giuseppe Amando Passerat, sacerdote professo della Congregazione del Ssmo Redentore.

3° Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Vannes sopra la fama di santità, vita e miracoli in genere della Ven. Serva di Dio Caterina de Franche ville, fondatrice delle Suore Figlie della B. Vergine Maria, del ritiro di Vannes.

4° E finalmente intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Ven. Serva di Dio Suor Angela Maria della Concezione, riformatrice delle monache dell'Ordine della Trinità.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

28 giugno 1913. — Il signor cardinale Benedetto Lorenzelli, ***Protettore dell'Ar ciconfratemita dei Ss. Giovanni e Petronio dei Bolognesi.***

— Il signor cardinale Gaetano Bisleti, ***Protettore dell'Ar ciconfratemita di santa Maria dell' Orto in Boma.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

10 giugno 1913. — Mons. Sebastiano Nicotra, dell'archidiocesi di Catania.

24 giugno. — Mons. Ersilio Menzani, vicario generale dell'archidiocesi di Bologna.

27 giugno. — Mons. Antonio Padilla, della diocesi di Nuova Segovia.

Prelati Domestici di S. S.:

19 giugno 1913. — Mons. Carlo Vorlicek, arcidiacono di Kutuá Hora, nella diocesi di Königgratz.

21 giugno. — Mons. Enrico Giacomo Grosch, dell'archidiocesi di Westminster.

22 giugno. — Mons. Giovanni Maria Ippolito Perretant, superiore del gran seminario della diocesi di Belley.

— Mons. Giovanni Luigi Ippolito San vert, vicario generale della medesima diocesi.

24 giugno. — Mons. Adriano Zecchini, sottosegretario della S. Congregazione di Propaganda Fide.

28 giugno. — Mons. Ludovico Vidos de Kolta, canonico della cattedrale di Sabaria (Ungheria).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

31 maggio 1913. — Mons. Francesco Farkas, della diocesi di Sabaria.

25 giugno. — Mons. Lorentino Magnanimi, della diocesi di Arezzo.

— Mons. Giuseppe Santiangeli, della diocesi di Fabriano.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

31 maggio 1913. — Mons, Roberto Schlamadmger, della diocesi di Sabaria.
13 giugno. — Mons. Michele Paolinovié, della diocesi di Macarasca.
— Mons. Valdimiro Bakotió, della medesima diocesi.
18 giugno. — Mons. Alberto Angelotti, della diocesi di Montepulciano.
24 giugno. — Mons. Gioacchino Bonardi, dell'archidiocesi di Firenze.
— Mons. Olinto Fedi, della medesima archidiocesi.
29 giugno. — Mons. Carlo Trnka, della diocesi di Budweis.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine Piano:

19 giugno 1913. — Al sig. conte Agostino Antonelli, di Terracina.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 giugno 1913. — Al sig. Ulisse prof, de Nunzio, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 giugno 1913. — Al sig. Gasparo Dill, della diocesi di Würzburg.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21 giugno 1913. — Al sig. Luigi Betti, dell'archidiocesi di Firenze.
26 giugno. — Al sig. Carlo Kellermann, di Vienna.
27 giugno. — Al sig. Luigi Burrasca, di Padova.

NECROLOGIO.

24 giugno 1913. — Mons. Giuliano Miranda y Ristuer, vescovo di Segovia.

ERRATUM.

In fasciculo X, pag. 293, linea 2ª, loco « ex epistolis » legendum est « ex epistoliis ».

Annus **V. - Vol. V.** **Die 28 Iulii 1913,** **Num. 12.**

A i i r T A P o ^ ^

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE URUBAMBA IN APOSTOLICUM VICARIATUM ERIGITUR, DE URUBAMBA ET MATRE DEI DICTUM.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Felix catholicae Fidei propagatio, dum animum Nostrum summa laetitia perfundit, Nos insuper in Domino sollicitat, ut ecclesiis vel omnino erigendis, vel ad potiores gradus evehendis, pro re ac tempore provideamus. Itaque, cum Praefectura Apostolica « de Urubamba » in Peruana Republica, quae die quinto februarii anno **MCM** auspicatu condita fuit, uberes salutis fructus, Deo adiuvante, dederit ac laetam spem praebeat se maiores in posterum daturam; ita Nos, de consilio etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Christiano nomini Propagando praepositorum, eamdem Praefecturam in Vicariatum Apostolicum cum Vicario, episcopali aucto dignitate, evehendam censuimus. Quare, praesentium tenore, Motu-proprio, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, praedictam Praefecturam Apostolicam « de Urubamba » Reipublicae Peruanae in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, cum omnibus ac singulis privilegiis, iuribus, honoribus et indultis, quae ad huiusmodi apostolicos vicariatus pertinent vel pertinere possunt. Praeterea novo huic Vicariatui, praeter vetus Apostolicae Praefecturae territorium, etiam civilem districtum a Matre Dei nuncupatum adsignamus, quem ideo a iurisdictione reliquorum Ordinariorum, pro sua cuiusque parte, apostolica eadem auctoritate Nostra, disiungimus ac sepa-

ramus, eique nomen imponimus Vicariatus Apostolici « de Urubamba et Matre Dei ». Divino autem hominum generis Redemptore confidimus, catholicam Fidem in ampla et nobilissima Peruana ditione semper nova ac maiora incrementa suscepturam. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas efficaces semper exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, ceterisque constitutionibus et sanctionibus Apostolicis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die iv iulii **MDCCCCVIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**
L. $ S. *a Secretis Status.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus* D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

30 maii 1913. — Titulari ecclesiae episcopali Castabalensi praefecit Sac. Marcum Zapata, archidiaconum cathedralis ecclesiae S. Ioannis de Cuyo, quem constituit Auxiliarem Revmi D. Iosephi Americi Orzali, episcopi S. Ioannis de Cuyo.

á iunii. — Cathedrali ecclesiae Casertanae Revmum D. Marium Palladino, hactenus episcopum Isclanum.

— Cathedrali ecclesiae S. Severini Revmum D. Adamum Borghini, hactenus episcopum titularem Carpasiensem.

— Cathedrali ecclesiae Adriensi sac. Anselmum Rizzi, dioecesis Mantuanae, ibidem parochum loci vulgo *Ostiglia.*

14 iunii 1913. — Titulari ecclesiae episcopali Gerasensi sac. Carolum Iosephum Eugenium Ruch, vicarium generalem Nanceyensem, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Revmi D. Caroli Francisci Turinaz, episcopi Nanceyensis.

19 iunii. — Cathedralibus ecclesiis Parentinae et Polensi sac. Tryphonem Pederzolli, parochum ecclesiae S. Antonii Thaumaturgi in civitate Tergestina.

20 iunii. — Cathedrali ecclesiae Peterboroughensi sac. Michaelem Iosephum O'Brien, parochum ecclesiae Ssmi Cordis in urbe Peterboroughensi.

21 iunii. — Cathedrali ecclesiae Florianopolitanae sac. Ioannem Borges Quintâo, Congregationis Missionis et rectorem seminarii Curitybensis de Paraná.

23 iunii. — Cathedrali ecclesiae Hajdudoroghensi graeci ritus sac. Stephanum Miklósy, parochum loci vulgo *Satoraljanjhely.*

1 iulii. — Titulari ecclesiae episcopali Castoriensi sac. Franciscum Gossmann, canonicum cathedralis ecclesiae Vaciensis, quem constituit Auxiliarem Revmi D. Caroli Emmanuelis Csaky, episcopi Vaciensis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

4 iulii 1913. — *Episcopus titularis ecclesiae Adrahensis et vicarius apostolicus novi vicariatus de Urubamba et Matre Dei,* R. P. Raymundus Zubieta, Ordinis Praedicatorum.

SACRA ROMANA ROTA

GRATIANOPOLI! ANA.

NULLITATIS MATRIMONII (REYNIER-DE OBLONGE).

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 8 aprilis 1913, RR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Ponens, *Guilelmus Sebastianeiii et Seraphinus Many, Auditores de turno, in causa* Gratian op olitana - Nullitatis Matrimonii *ex capite clandestinitatis, instante in gradu appellationis* **Dna** Maria Reynier, *repraesentatam per procuratorem Nazarenum Ferrata, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Maria Reynier, aetate minor, annos nata 20, die 2 octobris 1906, in ecclesia parochiali S. Aloisii, nupsit Marcello de Ghalonge, suo consobrino, praehabita legitima dispensatione ab impedimento consanguinitatis in tertio gradu. Vix anno exacto cum dimidio ab initis nuptiis, discordiae natae sunt inter coniuges, et animo adeo dissociati ut, absque spe reconciliationis, consortium coniugale disruptum sit. Exinde Maria Curiam ecclesiasticam Gratianopolitanam adiit, petens suum matrimonium declarari nullum et irritum propter impedimentum clandestinitatis, quippe ipsa non erat parochiana S. Aloisii, cum eius pater Tunetem transtulerit suum domicilium, derelicto domicilio Gratianopolitano, tempore quo nuptiae celebratae sunt. Iudex Gratianopolitanus, sua sententia diei 23 februarii 1912, adhaesit actricis intentioni, edicens revera matrimonium irritum fuisse ac nullum ob praefatum clandestinitatis impedimentum. Iure ipso exigente, appellationis instantia instaurata est, et H. S. T. sententia diei 17 iulii 1912 rescripsit: *De matrimonii nullitate non satis constare.* Ab hac sententia appellationem interposuit Maria, quare hodierna actione quaeritur *An sententia rotalis diei 17 iulii 1912 sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Ad factum quod attinet, quaerendum est an facta in probationem adducta satis significent patrem Mariae revera ea intentione dereliquisse sub anno 1896 civitatem Gratianopolitanam ut suum domicilium canonicum inibi hactenus obtentum perdiderit, idemque acquisiverit exclusive Tunete.

Iamvero 1) Familiae Reynier, originariae urbis Gratianopolitanae,

fortuna aucta est, ex quo Mariae avus opificium instituit *ganterie,* quod Mariae pater Paulus Reynier gerere coepit cum, mortuo eius parente, pro indiviso istud, haereditatis iure, pervenit ad tres fratres, Paulum (Mariae patrem), Augustum et Henricum. Paulus, qui iam a natura sortitus erat gracile corpus, sub anno 1906 gravis morbi aggressibus pertentatus est, adeo ut periti physici consilio gestionem negotiorum derelinquere coactus sit. Praeterea medicus consuluit « de passer l'hiver dans « le midi, et l'été à la campagne ».

2) Hoc facere neque novum neque difficile erat Paulo, qui in Africa, Tunete, iam a iuvenilibus annis assuetus erat, saeviente hieme in occidentalibus Europae oris, morari, fugiens caelum Gratianopolitannm. Rem ita exponit sententia Gratianopolitana : « Paul Reynier, dont la santé fut « toujours délicate, allait en Tunisie dès 1875 dès l'âge de 24 ans passer « quelques semaines d'hiver; il continua à le faire après son mariage « (1883) ; il y acheta même en 1889 una grande propriété à Bordy Çhakir « à 10 kil. de Tunis, qu'il fit planter de vignes. Ses deux frères, pour « lui plaire, participèrent à l'achat, et l'un d'eux, Auguste, dit que les « voyages hivernaux de Paul Reynier de 1889 à 1896 duraient de deux « à quatre mois, quand même il devait laisser en France sa femme et « ses enfants. En 1900, il remplace - le bordy arabe - la maisonnette, « par une maison confortable, et Laure Reynier y séjourne dès lors avec « son mari. En 1903, l'état du malade s'aggrave, aussi le séjour à Bordy « Ghakir est-il de 8 mois et 8 jours, jusqu'au 29 juin 1904 ». Sane insequentibus duobus annis, ob infirmitates quibus Gratianopoli detinebatur et filia Maria et filius Severinus, Tunete singulis duobus annis, non plus moratus est Paulus quam quatuor aut quinque menses. Notatu autem dignum visum est Dominis, quod pari gradu procedit commoratio Tunete a Paulo electa, ac status eius valetudinis, quare commoratio, quae antea, sub anno 1875, unum vel vix alterum durabat mensem, annis 1903-1905 pertingit ad 8 menses ; sed una semper et constans videtur fuisse intentio et voluntas; nempe habere domum Tunetensem uti locum aptum valetudini curandae. Ipsae vineae Tunetè comparatae earumque cultura in id videntur potissimum ordinatae ut actuoso Pauli ingenio occupationem praeberent et solatium. Fatetur Iudex Gratianopolitanus : « Paul Reynier « ne peut plus diriger la ganterie, mais il peut surveiller des plantations « et ses vignobles tunisiens, non dans le détail, car il se console par là « de son changement forcé de travail ». In hoc concordant omnes testes, culturam vinearum et administrationem Paulum non habuisse uti scopum suae commorationis magis vel minus diuturnae Tunete, ubi morabatur valetudinis curandae gratia; haec usque fuit praecipua intentio.

3) Pro aestivo tempore rari transigendo familia Reynier habebat iampridem villam « Glaix ». De hac, sententia primae instantiae narrat: « La villa Glaix resta toujours une villégiature. Louée en 1864, achetée « en 1883 par le père de Paul Reynier, elle lui revint en héritage à lui « et à ses deux frères Auguste et Henri. La propriété en était indivise, « chacun s'y allait reposer des affaires; mais Paul Reynier, marié en 1883 « et ayant par la suite trois enfants, se rendit propriétaire par les deux « tiers et fit reconstruire la maison en 1904 pour y mieux justifier et « améliorer le séjour de sa famille ».

4) Sed, quia a medicis illi praeceptum fuerat fugere caelum Gratianopolitanum sub quo aegrotaverat et iterum aegrotare coepisset, valetudine restituta, si ibi iterum habitare prosecutus esset, inquirendum est an, hisce in adiunctis, Paulus ita dereliquerit domum suam animo non amplius revertendi ut domicilium Gratianopolitanum amiserit, idem vero assecutus sit Tunete.

Dubitare non licet, prouti testatus est medicus Perriol, Paulo clarissimis et praeceptivis verbis significatum fuisse, ipsi absolute expedire longe abesse a sede Gratianop olita na, secus ipsa vita periclitaretur. Idem Paulus, uti testes pariter referunt, nunquam refragatus est huic sententiae in ipsum latae, atque adeo pollebat intellectu et mente ut haec probe intelligeret et sibi consuleret, prouti necesse erat. Revera ipse, praecipue ab anno 1900 ad annum 1903, moram non traxit Gratianopoli, ne ad integrum quidem mensem; et quia, ut assisteret filiae aegrotae, huc sese contulit mense decembri anni 1905, statim morbi aggressum patitur; et alium sub initio sequentis anni; quare magis magisque in proposito confirmari debuit fugiendi caelum Gratianopolitanum. Iudex Gratianopolitanus ita accurate refert tempus protractae commorationis in hac urbe ab anno 1903: « En 1903 il fut forcément de 39 jours. À cause « de diverses maladies il fut forcément plus long en 1904, puisque en « trois reprises Paul Reynier habita sa maison 102 jours et en 1905 « quatre vingt quinze jours ... enfin dans l'année 1906, la plus importante « puisque c'est celle du mariage, Paul Reynier, avant celui-ci resta 16 « jours à Grenoble, du 5 au 21 juin ».

5) Ex ipsa rerum conditione hoc sequi debebat, seu Paulum a sede Gratianopolitana non posse divelli penitus, quia ipse ibi habebat domum omnino instructam, ibique privative propriam; ibi habebat medicos suos consiliarios, quibus ipse eiusque familia plane confidebant, ibi habebatur centrum relationum familiarium. Opificium autem et aedes adnexae, domus et agri Tunete possessi et casa ruri posita, vulgo *Glaix,* erant as familiaris indivisus inter tres fratres; quos, dempto Paulo,

caelibes fuisse memorat sententia Gratianopolitana; hi proinde neque desiderabant, neque sollicitabant divisionem familiaris patrimonii. Maria autem actrix, fratres Pauli et alii testes affirmant Paulum pecunias seu bona mobilia quae ex sua industria sibi comparaverat, collocasse in commercio, exercito a sua gente, seu uti habet Maria: « Toute la for- « tune de mon père était dans la maison Reynier ». Gui assertioni nemo contradicit. Imo Iulius Martin, director opificii, interrogatus « Après qu'il « eut abandonné la direction de l'usine, quel rôle avait-il dans les affaires « de la maison Reynier? » reposuit: « Il n'était plus que le conseiller de « ses frères, et même ses frères s'abstenaient, autant qu'ils pouvaient, de « lui demander conseil pour ne pas le fatiguer. Il était bailleur des fonds et « conseiller». Equidem ob peculiarem peritiam et experientiam quibus pollebat Paulus in hoc negotio, atque ob gravissima incommoda ei obventura, si bene res non gereretur, necessario consequebatur mentem Pauli eiusque cogitationes, quamvis corpore absentis, usque intentas fuisse in officinam Gratianopolitanam. Hoc sensu a veritate plane non aberravit Sac. Chapperon, parochus loci Glaix tempore initi controversi coniugii, qui, percontatus « Si la famille Reynier n'habitait que Tunis et Glaix, vous « expliquiez-vous comment le mariage se faisait à St-Louis, et sans « même qu'il fût annoncé à Glaix et sans délégation de votre part ? », respondit: « J'était persuadé que Mr Paul Reynier, étant le maître prin- « cipal de l'usine, avait forcément son domicile à Grenoble ». Ceterum hoc fuisse persuasum omnibus tunc temporis, evincitur ex facto, potuisse, praevia dispensatione, uti. dictum est, concessa ab Episcopo Gratianopolitano, solemnia celebrari in ecclesia S. Aloisii et compleri Municipio, quin ulla protestatio, exceptio, suspicio de illegitimitate actus oriretur. Siquidem externa facies rerum non videbatur penitus mutata tunc temporis, quia Paulus iam a iuvenilibus annis Tunete morari solitus fuerat, eiusque familia huc illuc discurrebat; quare non videtur Dominis vim fecisse veritati domina Gillet de Ghalonge, mater sponsi, cum interrogata « La maison de Grenoble donnait-elle l'impression que l'on était vrai- « ment chez soi, au centre de ses relations et ses affaires ? », fassa est : « Oui ». Quae cum fassa sit conciliationem inter sponsos modo esse, malo fato, « impossible absolument », non videtur esse contraria declarationi nullitatis.

6) Porro, villa Glaix parum distabat ab urbe Grenoble, et, dum Paulus cum familia, aestivo tempore, ibi morabatur, pene quotidie, aut ipse aut alii de familia, ut plurimum ad breve tempus, Gratianopolim se conferebant; quamobrem tunc videbantur quasi Gratianopoli morari; et hodie potissimum hoc est in more hominum et familiarum, praesertim

in magnis urbibus, ubi maxime excoluntur commercia, ut familiae ruri aut in suburbio habitent aestivo et autumnali tempore, et, qui commercia agunt, se conferant quotidie ad consuetum domicilium seu ad centrum suorum negotiorum, reversuri ad suos, expletis negotiis.

7) Denique aliud elementum facti advertere non praetermiserunt Domini, nempe terminos praescriptionis quae a medico Perriol facta est Paulo ut relinqueret gelidum aerem Gratianopolitanum. Hic fatetur, causam determinantem Paulum ut Tunete moraretur, fuisse tantummodo curam suae valetudinis; de se autem haec refert: « C'est depuis 1896 « à la suite d'accidents particulièrement graves que j'ai dû conseiller à « Mr Reynier de se retirer de ses affaires et vivre en dehors de la ville, « l'hiver dans le midi et l'été dans la campagne ».

Quare medicus non praescripserat caelum Tunetense, sed meridianas oras in genere, quamvis in secundo interrogatorio idem Perriol percontatus « Lui avez-vous conseillé Bordy Chakir de préférence à tout « autre coin, par ex. de la Côte d'azur? » respondit: « Oui, parce que « Bordy Chakir est au moins à 10 kil. de la mer etc. ». Verum idem narrat: « Vers la fin de sa vie, alors qu'il a été jugé trop faible pour « qu'on puisse lui conseiller une traversée de la Méditerranée, au lieu « de passer son hiver dans un hôtel de Grenoble, il est allé passer « l'hiver à Leysen ». Et interrogatus: « Ne craigniez-vous que là le souci « de l'exploitation viticole ne lui fit du mal un peu comme ceux de la « ganterie? » respondit: « Non, parce que Bordy Chakir était dirigé au « point de vue agricole, depuis plusieurs années, par un beau-frère de « Mr Reynier, et alors un travail était plutôt une distraction. De plus, « Bordy Chakir était aménagé spécialement pour un malade: il y avait « fait construire une grande galerie de cure comme à Leysen ». Proinde Paulus quia a peritis physicis non habuerat praeceptum ut hiemali tempore moraretur Tunete, sed tantum hi consuluerant meridianum caelum, et tunc temporis praeferebant Tunetem, non poterat habere propositum ibi perpetuo manendi ; pendebat enim a nutu medicorum, ut ei contigit cum Leysen morari debuit ex consilio medici.

Item, quamvis desperaret de sua valetudine, tamen ab omni spe deiectus esse non potuit, quod alienum est ab humano ingenio, et hoc fatetur ipse medicus Perriol, referens : « Mr Reynier ne s'illusionnait « guère sur son état; *il m'a dit maintes fois qu'il avait bien peu de « chance de s'en tirer;* que pour lui c'était une question de durer plus « ou moins long, selon qu'il serait soigné plus ou moins ».

Ceterum est in more medicorum, praesertim nostra aetate, ut curent, his potissimum qui corde laborant, persuadere morbum mitiorem, levio-

rem esse quam revera sit, ne scilicet morbo physico addatur moralis. Quantam spem adhuc foveret Paulus de recuperanda valetudine, difficile est coniicere, quamvis hoc arctissime sit coniunctum cum proposito quod contenditur ipsum habuisse derelinquendi Gratianopolim. Indicia quae infra examinabimus, videntur persuadere ipsum sub anno 1896, cum dimisit gestionem negotiorum officinae ex iussu medicorum, non concepisse aliquod novum propositum quoad sedem Tunetensem; nam perrexit ibi habitare solus usque ad annum 1900, quo novam domum exstruxit et uxorem secum habere voluit.

Hisce in facto praestitutis, consequitur, *ad ius quod attinet,* attendendum esse domicilium patris; Maria enim Reynier tunc temporis erat aetate minor; quapropter necessario participabat domicilium patris sui, Pauli. Paulus vero Gratianopoli omni procul dubio ante annum 1896, seu ante gravem morbum, habuit domicilium, immo illam domicilii speciem qua nulla est fortior et stabilior in iure. Nam ibi habebat nedum domum^apertam et instructam sibi, a se aedificatam et omnino propriam, sed summam rerum et fortunar um suarum habebat atque centrum suorum negotiorum, quibus totis animi viribus ipse incubuerat, unde officina *ganterie* tantam prosperitatem nacta est potissimum ex Pauli industria. Hoc domicilium praeterea est coniunctum cum origine familiae Pauli, seu est domicilium originis in sensu proprio et canonico, quatenus Pauli parentes, tempore eius nativitatis, stabilem ibi habebant sedem seu domicilium, uti considerat Reiff., *Be foro comp.* n. 21; de origine autem quatenus est distincta a domicilii notione, sed est veluti basis et fortius argumentum et fundamentum domicilii, late et docte disserit Fourneret, *Le domicile matrimonial,* in primo capite. Sane in re matrimoniali non sufficit ad validas nuptias ineundas locus originis, seu domicilium originis, nisi inibi quoque habeatur domicilium habitationis, sed hoc advertere oportebat, quod difficilius in iure et iurisprudentia praesumitur quis renunciasse domicilio habitationis, una simul domicilio originis, nisi concludentes omnino habeantur probationes. Quare cum non constat aperte per expressam animi declarationem quem voluisse relinquere suum domicilium et suae potissimum originis domicilium, potius admissa est cumulatio duorum vel plurium domiciliorum, uti declaratum est ab H. S. O. in dec. 429, n. 13, part. V, tit. II; decis. 670, n. 24, part. IV, t. III; decis. 364, n. 7, part. XIII Recent.

Duo posse haberi domicilia iam admisit ius Romanorum, uti exponit ulpianus, 1. 6, § 2, tit. I, lib. 50, dig. scilicet: « Viris prudentibus « placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique

« se instruxerit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur ». Hanc legem ius canonicum confirmavit in celebri cap. 2 *De Sepult.,* in VI, ubi dicitur quis habere duo domicilia, *se collocans aequaliter in utroque;* ubi aequalitas non materiali sed morali modo accipienda est, etiam ex parte domus instructae et bonorum, cum attendatur potissimum animus non deliberatus derelinquendi vetus domicilium, uti eleganter cavetur in 1. 27, § 2, tit. I, lib. 50, Dig. ubi : « Si quis instructus sit « duobus locis aequaliter, neque hic quam illic minus frequenter commo« retur, ubi domicilium habeat ex destinatione animi esse accipiendum ».

In themate actrix contendit suum patrem domicilium mutasse, seu, derelicto domicilio Gratianopolitano, se cum sua familia transtulisse Tunetem, ibique domicilium acquisivisse canonicum.

Notio canonica domicilii continetur expresse in 1. 7. *De incolis et ubi quis domicilium habere videtur* in Cod. Iustinianeo ita determinata : « In eodem loco singulos habere domicilium non ambigitur ubi quis « larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit; unde rur« sus non sit discessurus, si nihil avocet; unde cum profectus sit, pere« grinari videtur; quo si redit, peregrinan iam destitit». Iamvero praeter ipsam originem, uti iam animadversum est, haec omnia quoque elementa cucurrisse egregie in Paulo quoad ecclesiam S. Aloisii Gratianopolitani, ambigi non potest, et est superfluum disserere.

Sed modo quaeritur, an sub anno 1896 hoc domicilium cessaverit, alio constituto Tunete, quo se contulit Paulus, fugiens caelum Gratianopolitanum.

Ut probetur antiquum Pauli domicilium fuisse exstinctum, hoc probari debet invicte, seu probationibus non aequivocis, Paulum ex destinatione sui animi hoc voluisse et intendisse, et ita voluisse et intendisse ad exclusionem pristini domicilii, quocum nullimode consistere seu cumulari posset novum, veluti duplex domicilium.

Quia animus latet in penetralibus, hodie vero Paulus in ius vocari non potest, cum e vivis iampridem excesserit, ex non aequivocis iudiciis eius est animus indagandus.

Equidem, quamvis domicilium resultet ex duplici elemento, nempe ex facto habitationis et ex animo seu voluntate perpetuo in aliquo loco manendi, tamen animus est elementum potius et formale, uti habet lex citata, *ex destinatione animi domicilium esse accipiendum.* Quare qui alio se transfert animo deliberato et certo ibi perpetuo manendi, veteri sede animo non redeundi derelicta, a prima die ibi sortitur suum domicilium, et exstinguit anterius, quamvis nullimode bona, fortunas suas illuc transtulerit; dec. 162, n. 20, part. 15, inter Recent. Sed in humanis

ab hisce elementis facti potissimum in iudiciis, discedere non fas est, quia sunt indicia externa, nata probare internum animi motum, ita intelligendus Fagn. in comment, cap. *Signifie, de parochis,* n. 4, ubi docet: « Si in loco relicto quis omnia vendidit et secum quidquid habere « potuit, asportavit, sed in alio loco domum et possessionem emit, satis « probabiliter *censetur* primum reliquisse et secundum domicilium ele- « gisse"». Inquit *censetur,* seu indicia prostant ad iudicandum de translato domicilio. Inde in 1. 20 *ad Municip. et de incolis, Dig.* cavetur: « Domi- « cilium re et facto transfertur, non nuda contestatione ». Seu, non creditur asserenti in iudicio se transfulisse alio domicilium, si facta contradicant.

Mariae patronus arbitratur se argumentum praebere ineluctabile voluntatis Pauli alienae penitus a domicilio Gratianopolitano quod ei relinquere necesse fuit, quia medici ei rotundis verbis significarunt, sibi mortem certo et cito obventuram, nisi fugeret caelum Gratianopolitanum; quare, contendit Patronus, neque *volebat,* neque *poterat* amplius Gratianopoli commorari, ideoque discessit non rediturus.

Facilis argumentatio; at difficillima probatio: nam in primis praeceptum medici in sua substantia continetur his verbis: « l'hiver dans « le midi, et l'été à la campagne » : quod, uti iam animadversum est, non parvam habet latitudinem, neque certum locum et stabilem assignat Paulo qui tamen semper medicorum nutui stare debebat. Hac de causa, Domini dixerunt difficile esse admittere in Paulo propositum se perpetuo stabiliendi Tunete, cum hoc, magis quam a sua voluntate, penderet a praescriptione medicorum et a conditione suae valetudinis. Proinde causa valetudinis, non secus ac ratio agendi aliquod munus publicum in certo loco ad nutum moderatoris reipublicae, dicitur causa *accidentalis* seu *causativa,* quae non videtur secumferre propositum commorandi perpetuo in aliquo loco, saltem ad exclusionem prioris domicilii, uti argumentatur De Luca in pluribus locis; quocirca causa curandae valetudinis non secus ac rusticationis, ut plurimum, ne sortiendi quidem quasi domicilium praestat occasionem. Ita in disc. XXXVII, *de proéminent,* agit quaestionem, an quidam nobilis vir domicilium habens in civitate Brictinorien. a qua tamen ad tempus indefinitum discedere coactus fuit ut Senatoris munus Florentiae exerceret, « relin- « quendo tamen in loco domicilii domum apertam cum aliquibus ex « famulis et de familia », deseruerit et amiserit domicilium. Et censuit De Luca « negative respondendum esse, quia unumquodque dissolvi « debet eo vinculo quo ligatum est. Unde, quemadmodum ad contra- « hendum seu acquirendum civitatem domiciliariam non sufficit solum

« factum habitationis materialis in loco, nisi etiam concurrat declaratio « animi explicite verbis vel implicite factis sequuta; ita idem animus « hanc civilitatem deserendi implicite vel explicite declaratus requiritur, « neque sola absentia materialis sufficit, potissimum ubi accedit potius « eiusdem animi declaratio in contrarium de facto, cum retentione domus « apertae cum familia... secundo (advertit) quod haec non erat absentia « mere voluntaria et sine causa... ita absentia accidentalis seu causa- « tiva non tollit propriam civilitatem, seu domicilium legitime contra- « ctum ». In disc. LXXXIII, *de Regalib.*, cum ageretur de probando domicilio certae Sydoniae ad effectum evitandi solutionem gabellae praestandae ab advenis seu forensibus, ita argumentatur idem Doctor, n. il: «Dum Sydonia ab annis 18 citra, cum fratre defuncto bona sta- « bilia in hoc loco, pro communi, possedit et successive domum apertam « cum fratre habuisse dicitur, atque publica onera more aliorum civium « vel incolarum supportavit. Unde propterea civilitatis seu incolatus « requisita concurrere videbantur. Nihilo obstante quod in eodem loco « continuam habitationem non habuerit, quia non implicat quem esse « civem vel incolam duorum locorum, ac pro civitate seu incolatu reti- « nendo sufficit in loco possidere bona cum domo aperta in qua eius « coniuncti familiares, seu ministri morantur ».

Hae autem regulae seu conclusiones adamussim faciunt ad casum nostrum. Nam revera Pauli absentia a civitate Gratianopolitana dicenda est accidentalis seu causativa, quippe eius voluntati et genio contraria, pendens ab adiunctis et a nutu medicorum. Porro Paulus amabat iam a sua adolescentia Africanas oras, sed ad brevem hiemalem incolatum. Anno 1896 fit a medico Perriol praefata praescriptio; ast Paulus, qui officinae administrationi iam valedixerat, pergit solus, saltem usque ad annum 1900, hiemare Tunete, familia Gratianopoli relicta. Hoc ita refert actrix quae interrogata « À quelle époque commença-t-il passer l'hiver « en Tunisie? », respondit: « L'hiver complet depuis 1900 et regulière- « ment... Depuis 1900 il y a toujours passé l'hiver complet avec ma « mère. Avant de 1901 ma mère allait et venait ». Clarius ipsa mater retulit: « De 1891 à 1900 je restai à Grenoble ou Claix, mon mari seul « passait ses hivers en Tunisie ». Domus autem Tunetensis ampliata est non anno 1896, sed sub anno 1900, uti refert eadem actrix, seu quatuor annis a facta a medico praescriptione, vi cuius, uti contendit actrix, Paulus valedixisset domicilio Gratianopolitano. Ceterum etiam domus ruralis loci Claix aucta est et pene sub id tempus nova moli- tione constructa, et hoc quia, auctis vitae commodis et incommodis, Paulus suae valetudini diligentius consulebat. Quocirca in casu deside-

ratur omnino declaratio animi verbis sequuta, neque habetur implicita, quia anno 1896, cum iubente perito physico deserit negotia suae officinae, Tunete prosequitur habitare non secus ac antea solus, dumtaxat magis protracto commorationis tempore, dum statim debuisset commodam sibi parare et suae familiae domum, quod facere distulit usque ad annum 1900, ingravescente morbo; unde non habetur in ratione agendi Pauli illa mutatio substantialis et formalis quae tam gravem animi deliberationem doceat; sed, quod iam animadversum est in facti specie, ab anno 1875 et 1906 commoratio hiemalis Tunetensis pene sub hoc aspectu et eadem ratione protrahitur, aucto progressu aetatis et morbi commorationis tempore, sed plus et minus non mutant speciem. Faciunt vero ad casum nostrum, cum agatur de amittendo domicilio originario indubie et iampridem acquisito, quae notat De Luca: « Pro « ci vili tate seu incolatu retinendo sufficit in loco possidere bona cum « domo aperta in qua eius coniuncti, familiares seu ministri morantur ». Paulus autem post annum 1900 de sua propria familia unum vel alterum semper Gratianopoli reliquit.

Inter disputandum invocata est auctoritas doctoris Aichner *(Compendium iur. eccles.,* edit. VII, par. 164) qui, innixus praescriptioni quoque Instructionis Austriacae, docet: « Quamdiu m loco domicilii habita- « tionem (quis) sibi vel familiae suae destinatam retinet, absentia longior, « licet per se sumpta non sufficit ad efficiendam domicilii veri transla- « tionem ». Sed animadverterunt Domini quod certissime non sufficit ad domicilium, quod quis emat vel retineat domum ad usum familiae suae, quin ipse cum illa habitare intendat: duo enim, ut iam supra dictum est, ad domicilium requiruntur, scilicet factum habitationis personalis, seu realis, et animus ibi commorandi perpetuo ; quapropter cum Instructio Austriaca dicit: « ... habitationem sibi vel familiae suae destinatam « retinet » intelligit destinationem comprehensam in ratione dominii, non exclusa, imo inclusa necessario cohabitatione patrisfamiliae cum ipsa familia; quod clare ostendunt verba quae sequuntur: « ...absentia longior, « licet per se sumpta etc. » nemo enim dicitur absens a loco in quo non soleat habitare.

Quapropter ex Aichner sententia inferre non licet patrisfamilias posse sibi unum, familiae alterum domicilium comparare, quasi ipse relinquere possit locum habitationis seu domicilium, animo non amplius revertendi, quod tamen ipse conservat familiae quae perseverat habitare in loco pristinae habitationis patris. Hoc nullimode admitti potest, siquidem uxor et filii habent domicilium legale necessarium apud patrem, qui proinde, si revera transferat domicilium, secum trahit integram familiam,

etsi haec perseveret habitare in loco veteris domicilii. Neque errandi occasionem praebet ratio loquendi doct. Aichner, qui animadvertit patremfamilias retinere domum seu habitationem a se de facto aut a familia incolatu possessam. Siquidem, uti iam animadversum est, in domicilio duo concurrunt copulative, animus seu voluntas perpetuo ibi commorandi et factum habitationis. Sed, acquisitum domicilium, non amittitur simplici absentia vel longa, eo magis si pater abest sed familia aut aliqui de familia remanent in loco habitationis. Quod permaneant in loco familia aut aliqui de familia, domus aperta seu instructa, et cetera huius generis adiuncta, sunt totidem indicia et nihil aliud quam indicia, quae in foro iudiciali attenduntur pro indagando animo quod est potius et formalius elementum domicilii, uti cavetur in cit. leg. 27, Dig. *Ad municip. et de incoi,* tit. I.

In themate autem nedum probatum non est, Paulum propositum habuisse derelinquendi vetus domicilium et novum comparandi, sed series factorum visa est Dominis docere, Paulum non indiguisse tali translatione et de eadem ne cogitasse quidem. Etenim medicus eum iussit, sub anno 1896, hiemare in meridianis oris, et ruri degere aestivo tempore, relicta negotiorum officinae gestione. Hoc alterum illico praestitit, et hoc erat novum in Pauli moribus; alterum neque novum neque insuetum; agebatur enim de magis protrahendis moris ruri, tempore aestivo; Tunete, sub hieme.

Quae enim narrat Sententia Gratianopolitana de villa Claix et retulimus in facti specie, nos docent familiam Reynier hanc uno aut alio titulo possedisse ab anno 1864, eamque Paulum prae suis fratribus curasse, sibi et familiae suae aptam efficere, praecipue sub anno 1904, seu « fit reconstruire la maison en 1904 pour y mieux justifier et amé-« liorer le séjour de sa famille ». Sed indubitatum est ibi familiam Reynier nunquam acquisivisse vel quasi-domicilium, quippe quae hic morabatur rusticandi causa. Quocirca, uti docent omnes Doctores et accurate explicat Deshayes, *Questions pratiques sur le mariage, le domicile,* q. 28, tempore quo familia ruri moratur, censetur, ad effectum domicilii canonici quod attinet, morari in loco sui ordinarii domicilii. Eo magis quod omnes testes asserunt, a villa ad urbem pene quotidianas fuisse concursationes aut Pauli, aut uxoris, aut alterius de familia. Inde fluit Paulum eiusque familiam, dum aestivo tempore morabatur in villa Glaix, censeri in veteri domicilio Gratianopolitano, quod iam indubie acquisitum erat, neque satis probatum est fuisse derelictum. Sane Maria, actrix, interrogata « Pendant leur séjour à Glaix, vos parents ne conti-« tinuaient-ils pas a entretenir des relations fréquentes avec Grenoble?

« Venait-on presque tous les jours à Grenoble?», respondit: « Nous « venions souvent à Grenoble, mais pour faire des commissions, pas « des visites. Nous ne venions pas à notre habitation de la rue Maré- « chai Dode ». Quae cauta responsio ita postea explicatur: « Jamais nous « ne prenions de repas dans notre habitation. 11 est arrivé qu'on y cou- « cha, mais très rarement ». Mater actricis clarius res ita refert, interrogata: « Durant cette villégiature, ne veniez-vous pas très souvent à « Grenoble? Ne deseendiez-vous pas très souvent à votre hôtel? », respondit: « Nous venions très souvent; nous déjeunions quelquefois « chez mon beau-frère, mais pas chez nous, où nous n'avions pas de « domestiques, ni d'installations ». De tempore quo habitae sunt commorationes ordinariae Gratianopoli, haec retulit idem testis: « Nous pas- « sions de 8 à 15 jours à Grenoble avant l'installation à Glaix. S'il nous « est arrivé d'y rester parfois davantage, c'était à cause de la santé de « mon mari et pour lui permettre de voir les docteurs ». Alludit commorationi quam Paulus fecit ad 4 menses anni 1904 et ad 3 menses anni 1905, uti iam animadvertimus in facti specie. Praeterea, de tempore quo solita erat familia Reynier ante et post Pauli morbum commorari in villa, haec retulit mater actricis: « Avant la retraite de mon « mari, nous avons toujours passé un certain temps à Glaix. J'y allais « ordinairement de juin à octobre; mais mon mari y venait irreguliè- « rement. Depuis la maladie de mon mari nous y passions ensemble « 4, 5 ou 6 mois, entre juin et novembre. En 1906, nous y sommes « venus vers la fin d'août pour en repartir deux mois après ». Haec longior commoratio a Paulo post morbi aggressum ducta in villa Glaix, est factum permanens, quo conservatum est, etiam in ratione facti, domicilium Gratianopolitanum. Ipse Paulus in testamento scripsit sibi eligere sepulturam Gratianopoli, si in villa Glaix diem clauderet extremum.

Inde in re nostra ad litteram applicatur praescriptum citatae legis 27 Dig.: « Si quis instructus sit duobus locis aequaliter, neque hic quam « illic minus frequenter commoretur, ubi domicilium habeat ex destina- « tione animi esse accipiendum »; immo cum in casu nostro agatur non de domicilio acquirendo sed de non amittendo, a fortiori frequentes commorationes habitae Gratianopoli usque ad mortem Pauli excludunt, pene ad evidentiam, hypothesim amissi domicilii. Domus autem Tunetensis, aestivo et autumnali tempore, non magis aperta aut instructa haberi potest quam Gratianopolitana, reliquo anni tempore.

Neque haec conclusio argui potest petitionis principii, quasi admittatur uti certum quod in quaestione est, nempe ipsum domicilium Gratianopolitanum non fuisse amissum, quocum solidatur et confunditur

commoratio habita aestivo tempore apud Glaix. Namque domicilium Gratianopolitanum est certe et solidissime acquisitum; hoc fuisse amissum invictis probationibus demonstrandum esset; facta seu indicia quae attulimus, nempe domum apertam seu instructam, summam fortunarum et bonorum et ipsius factum aestivae commorationis, et alia huiusmodi sunt argumenta quae indubie praesumere faciunt de animo ex cuius destinatione domicilium obtinetur. Nulla externa domicilii elementa cum desint, videtur res attingere pene evidentiam, quia iure merito commoratio aestiva a Gratianopolitano domicilio non est disiungenda. Dicendum enim est, nihil esse immutatum in hoc domicilio, nisi hoc fuisse amissum probetur.

Quare heic advertenda sunt quae in facto considerat sententia Gratianopolitana: « Bien que nous ayons remarqué chez la demanderesse « et ses témoins une tendance à diminuer la durée du séjour à Grenoble, « nous ne pouvons d'autre part tenir compte, pour l'augmenter, des « visites, des voyages innombrables (constatés dans les calepins de « Mme Laure Reynier) qu'on y faisait alors qu'on résidait à Glaix, d'abord « parce que n'était pas le malade qui les faisait, celui de qui dépendait « le domicile, et puis parce qu'on ne couchait pas d'ordinaire à Grenoble « et que le domicile canonique est celui du coucher. Nous devons donc « conclure que le fait matériel de l'habitation à Grenoble est devenu « insuffisant et que l'hôtel de Grenoble n'est plus en réalité qu'un lieu « de passage ». Equidem, dixerunt Domini, haec insufficientia sunt ad domicilium acquirendum, sufficientia vero ad non annuendum: quandoquidem eiusmodi commorandi ratio, potius quam mutare vetus domicilium *in locum transitus,* efficit ut domicilium perseveret, et permaneat; atque id consequitur quod docet Aichner 1. c, nempe patremfamilias locum suae habitationis retinere, quum hunc derelinquere non intendat, quamvis, de facto, heic maiorem et frequentiorem trahant commorationem sui de familia, quam ipse.

Res cum ita se haberent, probe intelligitur quare episcopus, parochus, municipes et alii omnes cives, ne suspicati sint quidem Paulum transtulisse domicilium Tunetem ; quae publica opinio sane non efficit neque destruit canonicum domicilium; sed est iudex naturalis illorum factorum quibus domicilium constat.

In hoc enim instituto, - uti in ceteris - Romani iurisconsulti, in notionibus iuridicis efformandis, communem sensum et veritatem assequuti sunt, et hac de causa perpetuo durant immutatae eiusmodi notiones.

Recte ad rem advertit Fourneret, op. cit., p. 31, in aestimando domicilio rationem habendam de publica opinione; unde in Rubrica tituli

dictum est: « De incolis et ubi quis domicilium *habere videtur* » et non: «ubi quis domicilium habet» et concludit: «Pour juger si 1'installa- « tion est suffisante, le texte législative ne dédaigne pas les indications « qui résulteront de l'opinion commune; le juge s'enquerra de ce qu'en « pensent les gens d'alentour ».

Domicilio constituto, qui discedit videtur peregrinari, et si longius protrahatur peregrinatio, haec non destruit domicilium, quando perdurant nota elementa facti. Ita Paulus visus est peregrinari, sed non relinquere suam sedem, quia hanc voluntatem neque implicite significavit.

Quod si *Jus Canonicum,* uti explicat Wernz, in voto exarato in una Parisien., apud S. Congregationem Concilii, mense augusto anni 1898, et Fourneret in opere citato c. 114 sqq. ampliavit notionem domicilii, et praeter domicilium inductum est quasi-domicilium, etiam faciliorem reddidit cumulationem duorum domiciliorum, pro bono nempe animarum, pro commodiore sacramentorum administratione.

Desertio autem domicilii nec praesumi in casu potest, quia contraria facta obstant. Ipsum factum quod adducitur a patrono actricis, nempe propositum locandi domum, si penitus examinetur, retorquetur in ipsam actricem. Nam hoc propositum revera habuisse Paulum non satis est probatum; quia vero non fuit exsecutioni datum, inter alias probabiles coniecturas, praesumere licet, nempe Paulum non locasse domum, quia praevaluit propositum non valedicendi suae sedi Gratianopolitanae. Praeterquam quod ipse contractus locationis poterat fieri ad tempus et sub conditionibus resolutivis, ita ut voluntas non deserendi urbem originariam evidentius appareret.

Quocirca, omnibus perpensis, Domini dixerunt quod voluntas Pauli deserendi istud domicilium nullimode est probata, eo magis quod, si admittatur acquisitum domicilium Tunetense, hoc potest coëxistere cum veteri sede domiciliari.

Proinde ad rem facit regula Juris et iurisprudentiae quam ita enunciat D'Annibale (I, num. 83 in nota 12). « In dubio utrobi quis domici- « lium habeat, loco ne originis an alio, illo (loco originis) habere prae- « sumitur ». Et Fourneret, op. cit., pag. 108, tradit: « Un point laissé « dans l'ombre par beaucoup d'auteurs, bien qu'il ait une souveraine « importance, c'est qu'il est plus difficile de prouver la cessation d'un « domicile que d'établir qu'il n'a jamais existé ; il semble que le domi- « cile, une fois acquis, tienne le domicilié. De Luca *(de praeemin.,* « dise. 37, num. 10) va jusqu'à dire que la perte du domicile est une « chose odieuse, à n'admettre par conséquent que sur une preuve mani-

« feste. Non seulement il faut appliquer ici la règle: Le *jus quaesitum* « est plus facile à défendre que le *jus quaerendum,* mais il faut aller « jusqu'à considérer comme une peine la perte du domicile et ne Fad- « mettre que si elle est évidente ». Quod si rigorosa nimis videatur haec ultima conclusio, ita intelligenda est, nempe domicilium esse quid favorabile pro fidelibus ; quare eius amissio est valde odiosa, et proinde stricte intelligenda et applicanda. In hoc autem peccavit sententia primae instantiae quod consideravit domicilium Gratianopolitanum quasi domicilium acquirendum, et non, e contra, ut domicilium solidissime acquisitum amittendum.

Domini autem considerarunt posse concedi Paulum Tunete acquisivisse quasi-domicilium aut ipsum domicilium, quamvis hoc patiatur difficultatem, uti explicatum est, sed istud nullimode excludere domicilium Gratianopolitanum. •

His igitur omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, *non satis constare de matrimonii nullitate in casu,* proposito dubio respondentes: *Sententiam rotalem diei 17 iulii 1912 esse confirmandam.* Actricem vero in expensas condemnamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim Conc. Trid., sess. XXV, cap. 3, *de reform.,* iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna, exstitura pro rerum adiunctis, sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 8 aprilis 1913.

M. Lega, *Decanus Ponens.*
G. Sebastianeiii.
S. Many.

Ex Cancellaria, die 6 maii 1913.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

BONONIEN.

DONATIONIS.

Inter Praesidem et Conservatores Congregationis B. M. V. « a Fulmine » *in civitate Bononien., actores, repraesentatos per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum; et canonicum* Raphaelem Mariotti, *conventum.*

In ecclesia Servorum B. V. Mariae perillustris civitatis Bononiensis, imago Deiparae sanctissimae nuncupata *a Fulmine* (vulgo *del Fulmine),* impensa fidelium veneratione celebratur. In qua quidem ecclesia, inde ab anno 1875, pia Congregatio, cui eiusdem imaginis nomen inditum, canonice condita erectaque fuit per Decretum cardinalis Monchini, archiepiscopi Bononiensis: cuius consodalitatis scopus, exorare beatam Mariam Virginem sub titulo *a Fulmine* invocatam, ut fideles congregati, a fulgure et tempestate, nec non a morte subitanea liberarentur.

Quaedam pia foemina, Catharina Flandoli, in illam Congregationem adiecta, indefessaque eiusdem adiutrix, beatae Virginis Mariae imaginis sub praedicto titulo *a Fulmine* cultui sustentando propagandoque, summa animi sui alacritate ferventique zelo, corrogatis fidelium oblationibus, suam navabat operam, ut a praelaudata Congregatione annuum festum cum octiduo in honorem Ssmae Deiparae sub memorato titulo invocatae, magnifico apparatu celebraretur. Quin imo ex nonnullis indiciis apparet, mentem eiusdem Catharinae Flandoli eam fuisse, ut collata stipe fundum pro Virginis festo tuto perennando paullatim efformaret.

Antonia Malvasia, comitissa, vidua pientissima, quae et ipsa praedictae Congregationis consodalis, non minori cordis affectu ac devota sedulitate, quam Catharina Flandoli, B. Mariam Virginem *a Fulmine* invocatam prosequebatur; summam pecuniae quindecim millium libellarum, ad fundum pro festi quotannis in honorem B. Deiparae sub memorato titulo celebrandi expensis constituendum, quemadmodum fortassis optabat praelaudata Flandoli, erogare largiter deliberavit. Hoc de suo proposito docuit praelaudatam Catharinam Flandoli, et quum satis perspectum eius zelum haberet, praefata comitissa summam quindecim

millium libellarum eidem tradidit, unica sub conditione (quemadmodum ex eius iurato testimonio colligitur), celebrandi singulis annis festi in honorem B. Virginis *a Fulmine.*

Catharina Flandoli oneri a pia comitissa Antonia Malvasia sibi imposito et magno devoti animi gaudio erga B. Virginem suscepto, alacriter satisfacere curavit; summae nempe sibi traditae redditum, singulis annis, solvens piae Congregationi, de qua supra, ut festum B. Mariae Virginis *a Fulmine* decore in praedicta Fr. Servorum ecclesia celebraretur.

Catharina Flandoli postmodum, timore fortassis affecta ne, suam post mortem, donationis a comitissa Malvasia largitae exsequutio periclitaretur, existimavit se consulto facturam, si traditam sibi pecuniam tutius collocaret, committens eam, depositi titulo, canonico Raphaeli Mariotti, qui praefatae Congregationis B. Mariae Virginis *a Fulmine* bonorum exactoris munere iam fungebatur. Attamen Catharina Flandoli, in actu traditionis summae libellarum 15.000, eidem canonico Mariotti legem et conditionem adiunxit, ut sibi, quoad ipsa viveret, redditus attribueretur dictae summae, quo ipsa expensis festi in honorem beatae Mariae Virginis *a Fulmine* quotannis celebrandi occurrentibus consulere valeret, quemadmodum usque ad id tempus fecerat; post obitum vero suum, idem canonicus voluntatem piae foeminae donatricis per se adimplere teneretur.

Rebus igitur cum canonico Mariotti ita compositis, Catharina Flandoli, quae constanter seduloque piae Congregationi B. Mariae Virginis *a Fulmine* et Fr. Servis Mariae, summam pecuniae cum stipe a fidelibus corrogata, pro memorati festi celebratione impendere sategit, anno 1901 obiit in Domino. Canonicus Mariotti per novem annos, nempe usque ad 1910, summam pecuniae ex redditu 15.000 lib. provenientem, pro festi celebratione Congregationi et Fratribus erogare non destitit.

Verum, anno 1910, canonicus Mariotti, mutato consilio, a summa iis eroganda cessavit, festumque in honorem beatae Mariae Virginis *a Fulmine* non in ecclesia Servorum Mariae, sed in sacello iuvenilis consociationis, vulgo *Ricreatorio,* a se exstructo, celebrari curavit, pia donatrice comitissa Malvasia ad rem a se interrogata, ac non modo non repugnante, sed consentiente.

Fratres Servi beatae Mariae praedictae ecclesiae, qui hac in causa iuridicam una cum pia Sodalitate *a Fulmine* communem personam gerere videntur, statim ac canonicus Mariotti festi in honorem beatae Mariae Virginis & *Fulmine* celebrationem ad suum sacellum transtulit, scripserunt comitissae Malvasia, docentes eam de facto quod contigerat. Ipsa casum per epistolam exposuit archiepiscopo Bononiensi, qui eidem

epistolam misit, cuius conclusio haec fuit: « Io credo che i Religiosi « Servi di Maria non abbiano il diritto di reclamare la nota somma « da lei ».

Huic responsioni Servi Mariae non acquieverunt; sed arbitrati ius suum nec non piae Congregationis fuisse a canonico Mariotti procul dubio laesum, promiserunt actionem adversus illum penes Curiam archiepiscopalem Bononien., quae sub die 10 mensis maii 1911 sequentem protulit sententiam: « Risolviamo definitivamente che nè alla Congregazione « della B. V. del fulmine, nè alla chiesa dei Servi di Bologna compete « alcun diritto per ottenere la continuazione del contributo di cui godet- « tero in passato per più di tre lustri, per far fronte alle spese delle « sacre funzioni della B. V. del Fulmine ».

Adversus istam sententiam Fratres Servi Mariae, nomine proprio et Congregationis *a Fulmine* appellationem interposuere penes sacram de Religiosis Congregationem; quae, omnibus rationibus mature perpensis, ac praesertim documentis severo examine' cribratis, proposito dubio: *An sententia Curiae Archiepiscopalis Bononiensis in casu sit confirmanda vel infirmanda?* in generali coetu diei 3 maii 1912 respondit: *Ad mentem. Mens est:* 1) *che V Arcivescovo è libero di far celebrare la festa dove meglio crede;* 2) *che se non vi siano gravi ragioni in contrario, si esorti a farla celebrare nella chiesa dei Serviti;* 3) *che il capitale sia conservato e amministrato esclusivamente dalla Curia;* 4) *che la stessa Curia diocesana invigili pel fedele adempimento della volontà della pia benefattrice.*

Huiusmodi vero responsum aegre ferentes Praeses et Conservatores Congregationis B. Mariae Virginis *a Fulmine,* sanctissimo D. N. Pio Pp. X supplicarunt, ut ipsis concedere dignaretur *Pontificiam Commissionem;* cuius vi, causa apud sacram de Religiosis Congregationem pertractata, ad supremum Apostolicae Signaturae tribunal, iuris ordine servato, definive iudicaretur. Sanctissimus postulationi benigniter indulsit; atque ita causa haec *Bononien. - Donationis* funditus pertractata est in supremi Tribunalis plenaria sessione habita in aedibus Vaticanis die 7 mensis iunii 1913, relatore Emo P. D. Basilio card. Pompilj, propositis dubiis inter partes concordatis, quae sequuntur:

1. *An sit locus restitutioni in integrum in casu?*

Et quatenus affirmative:

2. *An et quomodo constet de pia donatione lib. 15.000 favore Congregationis B. M. V. « del Fulmine » in ecclesia BR. FF. Servitarum in civitate Bononiensi?*

3. *An et quomodo constet de detentione ex parte can. Baphael Mariotti aliarum summarum eidem Congregationi oblatarum?*

Et quatenus affirmative ad 2um, sive ad 3um:

4. *An sit locus restitutioni fructuum iam a praefato Canonico perceptorum P*

Porro ex eorum disceptatione clare constitit, illis adaequatam et iuri nostro conformem responsionem contineri in decisione, quam S. de Religiosis Congregatio protulit in generali coetu diei 3 mensis maii anni proxime elapsi 1912. Quamobrem EE. PP. eandem decisionem, quum sibi probatam ratamque habuissent, sua iudiciali sententia confirmarunt, decernentes: *Stetur decisioni S. C. Religiosorum; et Archiepiscopus Bononiensis gravi obligatione teneatur invigilandi ut sors* (il capitale) *integra, servetur, atque integri fructus impendantur pro celebrando festo B. M. V. « del Fulmine ».*

De expensis autem iudicialibus supremum Tribunal decrevit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum: mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret atque ab omnibus, ad quos spectet, exsecutioni mandaretur, non solum, etc., sed et omni, etc.

Datum Romae, ex aedibus S. Tribunalis, die vigesima septima mensis iunii 1913.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. © S.

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREP ARATORI A.

Il giorno 15 luglio 1913, presso P Emo e Rmo signor cardinale Domenico Ferrata, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Lodovica de Marillac, vedova le Gras, confondatrice dell' Istituto delle Figlie della Carità, fu tenuta la Congregazione dei sacri Riti Antipreparatoria, per discutere quattro miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Venerabile medesima; i quali vengono proposti per la sua beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

21 luglio 1913. — Il signor cardinale Gaetano Bisleti, ***Protettore delle suore dell'Apostolato del sacro Cuore di Gesù, che hanno la casa madre in Avana.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

21 maggio 1913. — Mons. Stefano Giulio Gazaniol, vesc. titolare di Modra.

14 luglio. — Mons. Giacomo Stammler, vescovo di Basilea e Lugano.

Prelati Domestici di S. S.:

9 luglio 1913. — Mons. Vittore de Lastic, vicario generale dell' archidiocesi di Naxos.

— Mons. Giovanni Me Quirk, dell'archidiocesi di New-York.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

7 luglio 1913. — Mons. Angelo Giorgi, della diocesi di Bergamo.

13 luglio. — Mons. Teodorico Boscia, della diocesi di Troia.

— Mons. Secondino De Stefano, della medesima diocesi.

19 luglio. — Mons. Crisanto Sommaripa, dell'archidiocesi di Naxos.

— Mons. Luigi Calcagno, vicario generale della diocesi di Casale.

20 luglio. — Mons. Teodoro Smika, dell'archidiocesi di Olmütz.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

8 luglio 1913. — Mons. Giovanni Nepomuceno Grimert, della diocesi di Leitmeritz.

9 luglio. — Mons. Alessio Patrizio, della diocesi di Asti.

10 luglio. — Mons. Pietro Lewickij, della diocesi di Premislia di rito ruteno.

— Mons. Andrea Telep, della medesima diocesi e rito.

Cappellano d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

8 luglio 1913. — Mons. Domenico Garibaldi, della diocesi di Chiavari.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 giugno 1913. — Al sig. conte Giovanni Battista Batthyány, della diocesi di Sabaria.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 luglio 1913. — Al sig. Luigi Bahia y Urrutia, della diocesi di Madrid, senatore del regno di Spagna.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

2 luglio 1913. — Al sig. dott. Enrico Gripat, della diocesi di Angers.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

' ***15 luglio 1913.*** — Al sig. Bartolomeo Vaassen, di Aquisgrana, neh" archidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 luglio 1913. — Al sig. Antonio Matre, segretario generale della federazione delle società cattoliche degli S. U. d'America in San Luigi (Missouri).

4 luglio. — Al sig. Gabriele Buprich Robert, architetto dell' Istituto Cattolico di Parigi.

— Al sig. Adolfo Geoffray, scultore, dell'archidiocesi di Parigi.

— Al sig. Gabriele Beauchesne, editore, della medesima archidiocesi.

7 ***luglio.*** — Al sig. Tito Lamperi, dell'archidiocesi di Firenze.

15 luglio. — Al sig. dott. Enrico Knepper, di Elberfeld, nell'archidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

15 luglio 1913. — Al sig. Ermanno Gerhatz, dell'archidiocesi di Colonia.

— Al sig. Gaspare Reisen, della medesima archidiocesi.

NECROLOGIO.

20 luglio 1913. — Mons. Francesco Maria Delamaire, arciv. di Cambrai.

22 luglio. — Mons. Vittore Corvaja, vescovo titolare di Tripoli.

Annus V. - Vol. V. Die 12 Augusti 1913. Num. 13.

AGTA^AIWOpAE^EDß

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

PIUM OPUS « A SUFFRAGIO SACERDOTALI » ERIGITUR IN ARCHISODALITATEM CUM FACULTATE UBIQUE AGGREGANDI.

PIUS PP. x.

Ad futuram rei memoriam. — Eximiae caritatis opus, iam inde a sex et viginti annis Neapoli erectum ac Franciscali Sodalitio commissum, quo sacerdotes morientibus collegis adsunt, et iis praesertim qui ex hoc saeculo migraverint, caelestem pacem adprecantur, Pontificiae benevolentiae testimoniis dignum profecto existimamus. Laeto enim accepimus animo frugiferum huiusmodi Institutum, iam nunc in multas dioeceses progressum, ingenti numero sodales complecti, qui omnes defunctis presbyteris sive die sexto Februarii quotannis ex praescripto parentant, sive etiam alia religionis opera pro eorum animis conficiunt. Quo factum est, ut Nos ipsi pium hoc opus, non secus ac rec. me. Leo XIII decessor Noster, peculiaribus gratiis prosecuti simus, illudque novo potioreque titulo cohonestandum esse libentes censeremus. Humiles igitur preces a dilecto filio huius Consociationis conditore ac moderatore Nobis porrectas propensa excipimus voluntate, et pium memoratum opus, quod « a Suffragio Sacerdotali » dicunt, atque in Neapolitana civitate canonice erectum exsistit, praesentium tenore, Apostolica auctoritate Nostra, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis perpetuum in modum evehimus atque instituimus, certa spe freti illud maiora in Domino incrementa suscepturum. Huius autem Archisodalitatis sic erectae officialibus ac sodalibus praesentibus et futuris, ut ipsi alias quaslibet

sodalitates cognomines atque eiusdem instituti ubique terrarum exsistentes, servata tamen forma Constitutionis Clementis PP. **VIII** decessoris Nostri « Quaecumque a Sede Apostolica » aliisque Apostolicis ordinationibus desuper editis, aggregare, et cum illis omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi Sodalitati ab Apostolica Sede concessas, vel ei, ita in Archisodalitatem nunc a Nobis erectae, in posterum concedendas, et quae aliis impertiri queant, communicare licite possint ac valeant, eadem auctoritate Nostra, praesentium tenore, concedimus ac largimur. Decernentes has Nostras Litteras semper firmas, validas, efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die x ianuarii **MDCCCCXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**
a Secretis Status.

L. *Çfc* S.

EPISTOLAE.

I.

AD MAIESTATEM SUAM GU1LELMUM II, GERMANIAE IMPERATOREM, BORUSSIAE REGEM, OB VIGESIMUM QUINTUM REGNI EIUS ANNIVERSARIUM.

Sire,

L'échéance jubilaire de vingt-cinq années de règne glorieux est une occasion très propice d'offrir à Votre Majesté des félicitations et des vœux. Les Souverains et les Gouvernements de tous les pays tiennent à honneur de prendre part au concert unanime d'hommages que la piété filiale et l'admiration respectueuse de Vos peuples s'apprêtent à faire retentir en solennelles acclamations.

Ce Nous est une joie à Nous-même de Vous adresser par ce message, au milieu de l'allégresse universelle, Nos souhaits très ardents de longue vie, de gloire et de succès.

Nous prions le Seigneur, principe de toute puissance et de toute souveraineté, d'accorder santé et bonheur à Votre Majesté, paix et prospérité au vaste Empire qui Vous est redevable de tant de bienfaits.

En cette heureuse circonstance, il Nous est aussi agréable d'exprimer Notre vive gratitude à Votre Majesté désireuse d'assurer la félicité de ses sujets catholiques, dont le dévouement très fidèle Lui est connu. Nous demandons en retour à Dieu que le spectacle émouvant de la tendresse de Vos peuples renouvelle la vigueur et la force de votre cœur, afin que Vous portiez très longtemps encore le poids du sceptre et de la couronne pour le plus grand bien de la nation Allemande.

En implorant la faveur céleste pour la conservation de Votre Auguste Personne, Nous associons à Notre prière et à Nos vœux Sa Majesté l'Impératrice et tous les membres de la Famille Impériale.

Du Vatican, le 5 juin 1913.

PIUS PP. X.

IL

AD R. P. IOSEPHUM HISS, MODERATOREM SOCIETATIS MARIANA E, QUINQUAGESIMO RECURRENTE ANNIVERSARIO EX QUO RELIGIOSA VOTA IPSE NUNCUPAVIT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Vertitur tibi annus a nuncupatis religiosis votis quinquagesimus eumdemque laetitiae sanctae causam non tibi tantum afferre scimus sed et universis sodalibus Instituti quod moderaris. Argumento id quidem est, dilecte Fili, eximiam eosdem habere virtutis tuae opinionem : idque Nos gratulamur tibi ex animo Nobisque gaudemus. Faxit Deus ut te duce, te magistro tam diu sodales tui utantur, ut sollertia prudentiaque tua florere, Marianum istud Institutum sine ulla temporis intermissione pergat. Id Nos avemus tibique tuisque a Deo contendimus, idque apostolica conciliet benedictio, quam, caelestium auspicem adiumentorum, tibi, dilecte Fili, atque illis omnibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv iunii **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. CAELESTINUM ENDRICI, EPISCOPUM TRIDENTINUM, GRATULANDI CAUSA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod Nobis proxime per litteras renuntiasti, in tua dioecesi ob saecularem memoriam Edicti Gonstantiniani, quo primum Ecclesiae licuit pace et libertate publice frui, sollemnes ac celebres caerimonias esse habitas, plurimosque ad sacram Synaxim accessisse, ut a Iesu Deo et plenam libertatis copiam Ecclesiae matri et incolumitatem Nobis precarentur, fuit sane periucundum; ac libenter agnovimus tuorum maximeque tuam in Nos pietatem et fidem. Quare gratias tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo agimus ex animo; simul autem, quod tribuistis Nobis officium remunerantes, apostolicam benedictionem, auspicem divinorum munerum, amantissime vobis impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die **III** mensis iulii **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

DECRETUM

INDULGENTIA IAM CONCESSA FIDELIBUS SE INVICEM SALUTANTIBUS PER INVOCATIONEM NOMINIS IESU, ETIAM MARIAE ADIECTO NOMINE, MANET.

Sunt quos amor pius erga Beatissimam inter virgines sic delectat, ut Iesum nunquam commemorare queant, nisi glorioso comitante nomine Matris suae, corredemptricis nostrae, beatae Mariae. Laudabilis haec consuetudo ad illam extenditur invocationem, seu christianam salutationem, circa quam Decretum supremae H. S. Congregationis, die 27 martii 1913, datum est. Equidem, pluribus in locis salutantur christicolae his verbis: *Laudetur Iesus et Maria - Hodie et semper.* Ne pereant forte, quae pro

sola datae sunt Iesu nominis invocatione Indulgentiae, istiusmodi in adiunctis, apud Ssmum D. N. D. Pium div. prov. Pp. X, die 26 mensis iunii 1913, in audientia **R.** P. D. Adsessori S. Officii impertita, supplicatum est, ut benigne concedere dignaretur, invicem salutantes sub invocatione et laude ss. nominum Iesu et Mariae easdem lucrifacere indulgentias, quas ss. nomen iesu tantum laudantes. Sanctitas vero sua, has preces perlibenter suscipiens, et gratiam extensionis concessit, et praesens Decretum expediri iussit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. ✠ S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

TITULI ARCHIEPISCOPALIS COLLATIO.

Ssmus Dominus noster Pius PP. X, decreto sacrae Congregationis Consistorialis diei 1 augusti 1913, archiepiscopalem titulum Antiochiae de Pisidia, retentis tamen Nanceiensi sede eiusque ac ecclesiae Tullensis titulo, Rmo D. Carolo Francisco Turinaz, amplioris honoris causa, personaliter contulit et addidit.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

MONITUM.

S. Congregatio Concilii notum facit presbyteros Idolandum Sarzana et Hostilium Garbini e dioecesi Viterbiensi non habere facultatem colligendi eleemosynas pro Missis celebrandis.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DUBIUM CIRCA MANUSCRIPTA RELIGIOSORUM.

Sacra Congregatio de Religiosis, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 2 iunii 1911, nonnulla dubia de Religiosorum manuscriptis perpendit et resolvit, de quibus videre est in hoc Commentario (pag. 270 eiusdem anni).

Nunc autem rursum ab Ea quaesitum est:

« An Religiosi tum votorum solemnium, tum votorum simplicium, « qui aliquod manuscriptum durantibus votis exaraverunt, eiusdem « dominium habeant, ita ut illud donare aut quocumque titulo alienare « valeant ».

Et Emi PP. Cardinales huius sacrae Congregationis, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 11 iulii 1913, responderunt: « Negative ».

Quam Emorum Patrum responsionem Ssmus Dnus noster Pius Papa X, referente infrascripto S. Congregationis Secretario, ratam habuit et confirmavit die 13 iulii 1913.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Pro-Praefectus.*

L. © S.

f Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

. DECRETUM.

ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA INSULAE FORMOSAE.

Quo feliciter percepta in insula Formosa curis Fratrum Praedicatorum incrementa Fidei augeantur in posterum, preces nuper porrectae sunt ut insula illa, non multo ante in ditionem Imperii Iaponici redacta, divideretur a Vicariatu Apostolico de Amoy, et in separatam Missionem

erigeretur. Cum itaque hoc super negotio, examen instituissent Emi ac Rmi Patres sacro Consilio Fidei Propagandae praepositi in plenario coetu habito die 7 vertentis mensis, omnibus mature perpensis, a Vicariatu Apostolico de Amoy partem illam distrahendam censuerunt quae constat insula Formosa aliisque eidem adiacentibus insulis, modo Iaponicae dominationi subiectis: ex ea autem efformandam esse Praefecturam Apostolicam *Insulae Formosae* nomine distinguendam, cuius spiritualem administrationem adhuc in posterum retineant Fratres Praedicatores Provinciae Ssmi Rosarii insularum Philippinarum.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam per infrascriptum sacrae huius Congregationis Secretarium Ssmo D. N. Pio PP. X relatam in audientia diei 14 eiusdem mensis, Sanctitas Sua ratam in omnibus habuit et confirmavit, atque praesens in re Decretum expediri iussit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 19 iulii 1913.

Fr. H. **M. CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

L. $ S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II.

DECRETUM.

IMMUTANTUR FINES INTER VICARIATUS APOSTOLICOS FOKIENSEM ET AMOËNSEM.

Ampliori christiani nominis propagationi animum intendentes solertissimi Praesules Vicariatuum Apostolicorum de Fo-kien et de Amoy in Sinensi provincia Fukien exsistentium, unanimiter a S. Sede petierunt ut aptior induceretur finium inter utrumque Vicariatum divisio. Quod negotium cum Emi ac Rmi Patres S. huius Congregationis rite considérassent in plenario conventu habito die 7 vertentis iulii, statuendum censuerunt a Vicariatu Apostolico Fokiensi seiungendas esse praefecturas civiles *Lun-yen-chou, Yung-chun-chou, Hsing-hua-fu* una cum insula *Nan-jih* et parvas alias si quae sunt ad praefecturam *Hsing-hua-fu* attinentes: dictas vero regiones adiungendas esse finitimo Vicariatui Amoënsi, a quo per Decretum huius item diei seiungitur insula Formosa una cum aliis proximis minoribus insulis quae modo Iaponicae dominationi subsunt.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius PP. X in audientia die 14 eiusdem mensis infrascripto S. huius Congregationis Secretario concessa ratam in omnibus habuit et confirmavit, atque praesens in re Decretum confici mandavit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, ' die 19 iulii 1913.

Fr. H. M. **CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

L. $ S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

III.

DECRETUM.

PRAEFECTURA APOSTOLICA TERRAE GULIELMI IN DUAS SCINDITUR.

Gulielmi Terra, in septentrio-orientali Novae Guineae insulae plaga, in Apostolicam Praefecturam erecta, Patribus e Societate Verbi Divini iam ab anno 1896 concredita fuerat, qui S. Evangelii praeconium populis illius regionis, vel infidelitate obcoecatis, vel etiam haeretica labe iam infectis, strenue praedicarent. Quo vero uberiores ad Dei gloriam animorumque salutem spirituales fructus colligi possent, R. P. D. Everardus Limbrock, Praefectus Apostolicus, S. huic Congregationi christiano nomini Propagando praepositae humillimas iterato preces obtulit, petens ut ex eadem Apostolica Praefectura pars quaedam distraheretur, et altera sic Missio seu Praefectura efformaretur, aliis quidem evangelicis operariis tradenda. Cum autem Patres e Societate Ss. Cordium vulgo, *de Picpus* nuncupati, parati essent ad huiusmodi missionem suscipiendam riteque excolendam, cum utriusque religiosae Societatis praesulibus de hac re agere visum est. Eorumque itaque habito mutuo consensu, votoque excepto revmi Praefecti Apostolici, eminentissimi ac reverendissimi Patres huius S. Congregationis a christiano nomine Propagando in generalibus comitiis die 7 vertentis mensis iulii habitis, gravi hoc negotio rite in examen adsumpto, rebusque omnibus mature perpensis, haec decernenda statuerunt:

Ex Apostolica Praefectura Terra Gulielmi nuncupata eam partem esse distrahendam, quae a limite occidentali eiusdem Praefecturae ad gradum 142,22 longitudinis (Greenwich) orientem versus sese extendit

et praecise ad stationem vulgo *de Eitape* dictam; eamque partem in novam erigendam esse Apostolicam Praefecturam « Terra Gulielmi occidentalis » nuncupandam, dum altera pars « Terra Gulielmi orientalis » exinde vocabitur; ipsamque denique novam Praefecturam Patribus e Societate Ss. Cordium vulgo *de Picpus* esse concredendam. Quam eminentissimorum Patrum sententiam, in audientia die 14 labentis iulii Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X ab infrascripto S. huius Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua in omnibus benigne adprobare ratamque habere dignata est, ac praesens ad hoc Decretum edi iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 25 iulii, anno Domini 1913.

Fr. H. M. **CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

IV.

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

16 iulii 1913. — *Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii Apostolici Cameronensis et episcopus titularis Coptitensis,* Rev. D. Franciscus Hennemann, societatis Missionum.

S. CONGREGATIO RITUUM

i. .

BITURIGEN.

DE FESTO S. SEPULCHRI EXTRA TEMPUS PASCHALE CELEBRATO.

R. D. Aristides Bédu, curatus decanus Novi sancti Sepulchri in dioecesi Bituricensi, a sacra Rituum Congregatione, per rescriptum diei 1 iulii anno 1910 editum, obtinuit pro die 15 iulii quotannis recitandum in sua ecclesia Officium de sancto Sepulcro D. N. I. C, uti idem Officium ponitur in Breviario Romano-Seraphico sub Dominica II post Pascha; nunc vero ipse Orator enixe iterum instat, ut obtentum Officium, quod in Breviario Romano-Seraphico uni tantum tempori Paschali convenit, ita rite aptetur, ut extra tempus Paschale congrue valeat recitari.

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis liturgicae suffragio, ita precibus respondendum censuit: « Sumantur ad Matutinum festi sancti Sepulchri omnes anti- « phonae ex eodem Communi Dedicationis Ecclesiae unde et Psalmi « iam accipiuntur; Lectio autem IX sumatur ex aliis Appendicibus, ut « infra; quod vero spectat cantum, sumatur cantus pro Fratribus Mino- « ribus approbatus, et in additis Missae respondentis partibus serventur «Decreta quae approbationem et editionem cantus Gregoriani mode- « rantur ».

Lectio IX.

Petrus igitur videns resurrectionem, quam Dei Filius praenuntiaverat, impletam; qui sollicitus venerat, securus abscessit. Maria tamen, resurrectionis ignara, non cessavit lacrimas fundere, nesciens hanc esse Dominici corporis gloriam, quam putabat injuriam. Cujus inanes moerores Angelus magis prohibet, quam consolatur, ut Evangelista testatur: Mulier, inquit, quid ploras? Si spiritali prudentia intentionem divini sermonis intelligas, lacrimarum causam non tamquam ignarus interrogat, sed importunos fletus dolentis abjurgat. Maria, inquit, quid ploras?

quum vacuo monumento, non damno funeris sed merito resurgentis, Jesu Christi corpus virtus sibi, non facinus vindicasset? Culpat eodem tempore a Maria lacrimas fundi quo debuit gloriari.

Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die **15** februarii **1913.**

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L.&S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

II.

ORDINIS FRATRUM MINORUM.

DE FESTO S. MARIAE ANGELORUM DE PORTIUNCULA.

Hodiernus Pater Minister provinciae sanctae Mariae Angelorum a Principatu, Ordinis Fratrum Minorum, praepositus, Ssmum Dominum nostrum Pium Papam X supplicibus votis rogavit, ut Festum Titulare ipsius provinciae, ritu duplici primae classis cum Octava iuxta peculiares Rubricas Breviarii Romano-Seraphici n. **16** et **47** peragendum, a Fratribus ipsiusmet Provinciae in posterum celebrari valeat sub titulo *Dedicatio S. Mariae Angelorum de Portiunculae* die propria, nempe **2** augusti, cum Officio ac Missa approbatis pro locis Mexicanis; retentis tamen Lectionibus primi et secundi Nocturni e Breviario Romano-Seraphico et assumptis Lectionibus tertii Nocturni ex Officio beatae Mariae Virginis de Misericordia, Clero Savonensi concessis: ita ut Officium de Communi Dedicationis Ecclesiae, iuxta praedictas Rubricas peculiares n. **139** omittatur.

Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, attento commendationis officio Revmi Patris Procuratoris generalis enuntiati Ordinis, benigne annuere dignata est pro gratia in omnibus iuxta preces: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die **26** februarii **1913.**

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. © S.

j Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

GE-LI MERIDIO-OCCIDENTALIS.

NULLITATIS MATRIMONII (WANG-SANG).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo, die 16 aprilis 1913, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* Ce-li meridio-occidentalis - Nullitatis matrimonii, *instante pro appellatione Defensore Vinculi vicariatus apostolici Ge-li meridio-occidentalis, inter* Ioannem Baptistam Wang, *repraesentatum per legitimum procuratorem Antonium Cagiano de Azevedo, advocatum, et* Anastasiam Sang, *interveniente et disceptante in causa Defensore Vinculi, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Ioannes Baptista Wang, viduus Sinensis, iam ab adolescentia in religionem catholicam receptus et agricola opulentus in pago Kia-Tsonen vicariatus apostolici Ce-li Meridio-Occidentalis, anno 1906 consilium iniit rursus uxorem ducendi in matrimonium. Tunc Paulus, ex priore uxore filius, patri proposuit quamdam viduam, in civitate Tchai-Tsum habitantem, integris exornatam moribus et venusto adspectu praeditam. Pater porro, quamvis hanc mulierem, nomine Lu Caeciliam, numquam vidisset, statim annuit et iuxta mores Sinenses, suadente filio Paulo, amico suo Ioanni Yu commisit munus suo nomine cum vidua Lu Caecilia de ineundo matrimonio tractandi. Caecilia vero exquirenti Ioanni Yu respondit se "nolle novas nuptias inire, at ei adduxit aliam viduam, quamdam Anastasiam Sang, ut cum ea de ineundo matrimonio cum Ioanne Wang tractare! Mediator deinde, quin prius animum mandantis exquisiverit, interrogat hanc viduam an nubere velit Ioanni Wang, eamque, comitante Caecilia, illico adducit in orphanotrophium pagi Paitang prope pagum in quo habitat Ioannes Wang. Mediator de facta substitutione mulieris certiorem reddit Paulum, sed nec ipse nec Paulus eam cum Ioanne Wang communicat. Idem vero mediator vocat mandantem ad invisendam mulierem adductam. Ioannes tamen, negotiis impeditus, non venit, sed misit solummodo novercam suam, quae, utpote senex *(7°2* annorum) et parvi iudicii, Ioanni relationem bonam retulit. Anastasia ipsa,

quae ante matrimonii celebrationem per tres vel quatuor dies in orphanotrophio morata est, pluries petiit ut futurum maritum antea videre posset, sed frustra. Die statuto Ioannes primus in ecclesiam venit, et sacerdos, sacris indutus vestibus, ad altare accessit. Tandem mulier adducitur. De consensu interrogata respondit: « Quomodo nunc possum « respondere: nolo? Volo! ».

Sacris expletis ritibus, quum ex ecclesia egrediebantur, vir prima vice mulierem inspexit, ac advertens eam esse indecoram et senem usque ad canitiem, magna ira exarsit. Substitutione mulieris detecta, firmiter protestatus est, se nullatenus Anastasiam uti uxorem suam agnoscere posse. Res denique eo producta est ab amicis, ut mulierem in domum receperit, at non ut uxorem, sed tamquam ancillam. Ob frequentes contumelias ac percussiones ex parte viri, pluries de domo evasit uxor, tamen toties reversa est. Tandem die festo Epiphaniae, anno 1907, denuo evasit mulier, quin redierit.

Quamobrem Ioannes, qui in matrimonio valide coniunctum cum Anastasia numquam se censuit, utpote dolo deceptus in ipsa Sacramenti substantia, tribunal ecclesiasticum adiit, petens ut matrimonium nullum declararetur ob errorem substantialem personae. Die 27 septembris 1910 prodiit sententia, qua matrimonium Wang-Sang declaratum est nullum « saltem propter errorem substantialem personae ». Defensor porro vinculi appellationem instituit ad S. G. de Sacramentis. Causa deinde commissa est H. S. O. a quo decidenda est sub formula: *An constet in casu de nullitate matrimonii.*

Praemittendum est, matrimonium in casu impugnari posse non solum ex capite erroris substantialis personae, sed etiam ex capite defectus consensus mulieris. Uti enim ex actis et probatis constat, mulier illis diebus quibus ante nuptias in orphanotrophio morata est, institit ut sibi liceret futurum maritum saltem videre. Mane dein nuptiarum pertinaciter denuo institit, imo ecclesiam ingredi recusavit nisi antea vir sibi ostensus fuisset. At Paulus et mediator ei studiose dissuaserunt, et tandem eam, sub praetextu quod sacerdos nimis iamdiu exspectaret, ad ingressum compulerunt. Ita mulier perturbata ad altare accedit, et antequam eventus bene percipere valeat, sacerdoti ipsam immediate de consensu interroganti verbis illis respondit: « Quomodo nunc possum «respondere: nolo? Volo! ». Quare non immerito iudex primae instantiae ait: « Quoad consensum mulieris Sang attendendum est 1) illam « constanter et usque ad ultimum momentum et coram omnibus per- « sonis affirmavisse suam voluntatem videndi suum maritum futurum, « dicendo se nolle nubere, nisi prius viderit eum. Attendendum est

« 2) quod ii qui eam impedierunt ne eum videret, sunt iidem qui con-
« tieuerunt de mutatione coram Ioanne Baptista. Ex verbis mulieris
« respondentis sacerdoti interroganti, consensus eius nedum appareat
« liber, quin potius apparet indignatio et repugnantia mulieris in angu-
« stia positae et nescientis quo se verteret. Non constat ergo de con-
« sensu mulieris Sang». Aliud tamen est: non constare de consensu, et aliud: constare de non consensu. Quum vero caput accusationis ex defectu consensus mulieris fundamentum nimis tenue habeat, RR. PP. censuerunt defectum consensus mulieris in causa praesentatum omittendum esse, praesertim cum in casu ob errorem substantialem personae de matrimonii nullitate iam satis constet.

Et sane, *in iure* notissimum est, errorem substantialem de ipsa persona ex lege naturali esse impedimentum dirimens matrimonii. « Certum
« est apud omnes, docet Sánchez, lib. VII, disp. 18, errorem personae
« antecedentem, id est qui causa est ut matrimonium ineatur, alias non
« ineundum, dirimere ipsum ... Caeterum, quantumvis fatuus et crassus
« sit error, credo eum satis esse ad dirimendum matrimonium, quando
< circa personam contingit ». Coscius autem, *De sep. thori,* lib. I, cap. 2, n. 2, ait: « Error personae est quando hic putatur Vigilius et est Plato ...
« Dirimit procul dubio matrimonium error personae, velut si mulier
« cogitans et intendens contrahere cum primogenito, contrahat cum alio;
« aut si quis putans illud contrahere cum Bertha, contrahat cum Seja,
« non tantum de iure positivo, verum etiam de iure naturae, quia per-
« sona est primarium et substantiale obiectum matrimonii ». Wernz vero, *Ius Decret.,* tom. IV, par. 2, cap. L, n. 225, optime docet: « Error sub-
« stantialis de persona, sive antecedens sive concomitans, vincibilis sive
« invincibilis, ex dolo vel sine fraude ortus, in culpabilis vel culpabilis,
« sive ob defectum errantis sive alterius non errantis, ex iure naturae,
« non ex mera constitutione Ecclesiae, constituit impedimentum dirimens
« matrimonii. Nam ad valorem matrimonii essentialiter requiritur mutuus
« consensus maritalis duarum personarum in individuo sufficienter deter-
« minatarum, sed per errorem substantialem de persona alterius sponsi
« in errante sponso omnino impeditur mutuus consensus maritalis, quo-
« niam consensus errantis sponsi fertur in tertiam personam ab altera
« parte contrahente omnino diversam. Ergo ex iure naturae per huius-
« modi errorem valor matrimonii omnino impeditur ». Card. Gasparri denique, *De Matrim.,* II, n. 889, ita explicat errorem substantialem de persona: « Error facti circa personam verificatur, quando quis vult
« contrahere cum persona certa et determinata, e. g. Maria, qualem falso
«putat esse hanc praesentem, cum qua contrahit».

In facto autem dubitari nequit, quia in casu Ioannes Wang, qui cum Lu Caecilia matrimonium inire volebat, praesentem Anastasiam Sang falso putaverit esse illam Lu Caeciliam.

Ioanni Wang novas nuptias inire volenti proposuit Paulus filius viduam quamdam, Lu Caeciliam, ex pago Tchai-Tsum, quam cognoscebat Paulus tamquam foeminam adspectu decoro, moribus integris, bona indole, capacitate familiae regendae ornatam. Quibus auditis, pater declaravit se Lu Caeciliam ducere velle. Cuius facti testis est filius, Paulus Wang, qui interrogatus « Antequam matrimonium contraheret pater « tuus, monuistine illum de quali persona? », respondit: « Interrogavi « eum, an velit matrimonium contrahere cum vidua Lu Caecilia ex pago «Tchai-Tsum, et ille mihi respondit quod velit... Monui illum de bona « indole capacitateque gubernandae familiae et de forma illius, quia « faciebam commercium prope pagum Tchai-Tsum et bene cognoscebant « illam viduam ». Interrogatus « Pater tuus haec audiendo voluitne « nubere cum illa persona? », respondit: « Voluit ».

Haec confirmat pater, Ioannes Wang. Interrogatus enim « Qualem « volebas ducere ? », respondit : « Volebam ducere viduam ex pago « Tchai-Tsum ». Iterum interrogatus « Qualis et cuius aetatis mulierem « volebas ducere? », respondit: « Dixerunt mihi, quod habeat 37 annos ». Interrogationi denique « Tempore quo matrimonii benedictio fiebat, qua- « lem potabas mulierem?», dedit responsionem: « Putabam illam esse « viduam ex pago Tchai-Tsum ».

Ioannes Yu, amicus Ioannis Wang, munus ab illo accepit eundi in pagum Tchai-Tsum ad petendum consensum Lu Caeciliae in matrimonium. Ita deponit hic testis: « Fui mediator istius matrimonii... Inten- « débat invitare et adducere viduam Lu Caeciliam, ut nubat Ioanni « Baptistae Wang ».

Ex depositionibus igitur testium Pauli Wang et Ioannis Yu, quae ab actore confirmantur, patet Ioannem Wang statuisse matrimonium contrahere cum determinata persona, Lu Caecilia nomine, ex pago Tchai-Tsum, 37 annorum, certis qualitatibus ornata, quibus coniux omnino desiderabilis apparebat. In illam consensit, mandatumque dedit amico petendi huius mulieris consensum in matrimonium. Definitive recusante muliere Lu Caecilia, mandatum cessavit. Mandatum enim datum non fuit alternativum, sed exclusivum, ut ex ore testium discimus. Interrogatus Ioannes Yu « Quia ipsa noluit, cur non statim rediisti? », respondit: « Quia ipsa vidua Lu indicavit mihi aliam viduam quam nesciebam ». Nullum verbum de mandato generali quaerendi uxorem pro mandante, vel cum alia muliere negotium pertractandi, si persona determinata

recusasset. Potuit quidem mediator aliam quaerere mulierem in uxorem Ioannis Wang, sed consensus istius in priorem vi mandati in alteram transferri non potuit. Oportebat Ioannem Yu monere amicum suum de substitutione personae, ut novo actu voluntatis in illam consentiret. Nemo tamen Ioannem Wang de substitutione facta monuit, et sponsus ad ecclesiam porrexit putans, se cum Lu Caecilia matrimonium contracturam, uti fidem faciunt fere omnes testes, nemine contradicente.

Testantur in primis Paulus Wang et Ioannes Yu, se eum non monuisse de substitutione facta. Anastasia Sang dein affirmat se virum non vidisse ante nuptiarum celebrationem, id quod alii testes confirmant, Lu Caecilia scilicet, Maria Yen, Ioannes Yu; et sacerdos missionarius, Petrus Tcheng, qui matrimonii celebrationi adstitit, deponit: « Statim ac pervenerunt ad pagum Paitang scivi quod facta fuit sub- « stitutio personae. Tunc monui Yu Ioannem, ut quaerat Ioannem Bapti- « stam Wang ad videndam illam mulierem ... Wang moram fecit usque « ad diem matrimonii ». Noverca tandem a viro missa ad invisendam futuram sponsam testatur, se nescivisse ante matrimonium de substitutione facta.

Ex dictis ergo patet, actorem in celebratione matrimonii rénovasse consensum prius expressum vi mandati in determinatam personam Lu Caeciliae, qui proinde consensus nullius valoris erat respectu mulieris Anastasiae Sang, cum qua ritum externum explevit.

Mutationem seu substitutionem personae, nesciente sponso, factam esse, confirmatur insuper modo agendi Ioannis Wang immediate post ritum matrimonialem expletum. Sponsa ita loquitur: « Post benedictio- « nem, exeundo extra ecclesiam Wang I. B. aspexit me torvis oculis. « Audivi alios dicentes quod non vult me habere quia provecta sum « aetate. Tunc ego volebam reverti in familiam cum propinqua mea. « Sed illa cum aliis exhortati sunt me ut maneam, dicentes quod post « aliquos dies melius me tractabit ». Paulus Wang porro haec deponit de-ritibus civilibus qui celebrationem matrimonii secuti sunt: « Pater « meus non fuit praesens in atrio in quo faciebant ritus civiles, sed ex « industria, prae tristitia, recesserat .in alio atrio, neque manducavit, « neque cum uno homine dixit verbum, etiam exquisitus ». Praeterea idem ad interrogationem iudicis « Suntne qui exhortati sunt patrem « tuum ut eam acciperet ut uxorem? », respondit: « Multi fuerunt. Sed « pater meus numquam voluit audire et talia loquentes tamquam ini- « micos habuit longo tempore. Etiam amita mea exhortata est illum. « At ille per unum annum non locutus est cum illa ». Similiter deponunt etiam alii testes. Quae omnia sane demonstrant, consensum matrimo-

nialem datum fuisse a sponso in suppositione, quod ad altare praesens fuit Lu Caecilia, ornata illis dotibus a filio Paulo descriptis, dum revera praesens fuit alia mulier, Anastasia scilicet Sang. Summae itaque negligentiae arguendus est Ioannes Wang in re tanti momenti, et error ipsius fatuus fuit et crassus et culpabilis, sed hoc non impedit, iuxta verba superius relata Sanchesii et Wernz, quominus iure naturae ex errore substantiali personae nullus et irritus sit consensus praestitus.

Neque dici potest, matrimonium initio invalidum decursu temporis sanatum fuisse per diuturnam cohabitationem et copulam maritalem. Etenim neque pacifica cohabitatio neque copula cum affectu maritali locum habuit. Ad rem testatur Lu Caecilia: « Post ritus civiles exhor-« tata sum illam ut intret in cubiculum mariti. Hoc fecit et noctem « transegit. Sed omnino mane vocavit me dicendo, quod volebat omnino « discedere, quia vir dedignatus est illam ». Porro Anna Soung deponit: « Haec verba ipsius viduae audivi: ipsa dixit quod Wang Ioannes Baptista « monuit illam: " Tu non debes violare me, nec ego violabo te „ ». Maria Wang deponit: «Audivi viduam Sang mihi dicentem: "Ego displiceo « ei et ille mihi displicet „ ». Sacerdos Petrus Tcheng autem ait: « Mulier « Sang post aliquos dies ipsa mihi dixit expressis verbis, dum fugeret.,.: « " Nunc sum in talibus circumstantiis, ut non possim manere in familia « eius; ipse non accipit me in cubiculum: dixit mihi: indigna es me „ ». Missionarius denique Jaladieu ait: « Je lui (Anastasiae) ai demandé: « " Pourquoi es-tu restée longtemps dehors ? „. Elle m'a répondu qu'elle « avait peur d'être tuée par J. B. Wang ». Vir ipse omnino negat copulam unquam locum habuisse, et praesumptio veritatis suae assertionis habetur in vehementi et continua repugnantia quam erga mulierem monstravit, de qua concordes sunt testes, non exclusa ipsa vidua Sang.

Neque obstat quod mulier contra depositionem iuratam mariti testata est, semel copulam locum habuisse. De hac depositione mulieris ita loquitur sacerdos supra citatus: « Ante quatuor dies vidi Lu Caeciliam « et dixi illi : " Quomodo antea audivi quod non habuerunt rem coniu-« galem, et nunc vidua Sang dicit quod semel habuerunt „. Vidua Lu Cae-« cilia respondit mihi: " Forsan alii suaserunt ei ut ita dicat, ut accipiat « aliquam pecuniam „ ». Sententia autem appellata ait: « De consumma-« tione matrimonii, ex depositionibus testium impossibile videtur Ioan-« nem Baptistam consummasse matrimonium cum muliere Sang, etiam « materialiter (scil. ad libidinem satisfaciendam, quo in casu de conva-« lidatione matrimonii sermo esse non potest), a fortiori affectu maritali. « Verba mulieris Sang affirmantis semel peractum fuisse actum coniu-« galem, non concordant cum circumstantiis etiam ab ipsa relatis. Prae-

« sumitur eam sic locutam fuisse, tantummodo occasione iudicii, cum « spe subsidii pecuniarii sic facilius obtinendi ».

Quibus omnibus tum in iure quum in facto consideratis ac sedulo perpensis, Christi Nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, ad propositum dubium respondemus: *Affirmative,* seu *constare de matrimonii nullitate in casu.*

Ita pronuntiamus et definitive sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Beform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 16 aprilis 1913.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

T. Tani, *Notarius.*

IL

ORDINATIO.

DE FERIIS AUTUMNALJBUS.

Ssmus D. N. Pius Pp. X, fel. reg., cum notitiam habuerit, ex relatione infrascripti Decani, iam fuisse experientia comprobatum, iudiciales processus melius explicari et expediri, si feriae, dictae autumnales, aliquantisper anticipentur, idque esse in votis RR. DD. Auditorum, iussit ac decrevit, ferias autumnales decurrere a die 24 augusti ad diem 14 octobris, et hoc a currenti anno observari mandavit.

Die 5 iulii 1913.

M. LEGA, *Decanus.*

SIGNATURA APOSTOLICA

COLONIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HOSPELT-BERNARDT) SIVE NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS.

Inter illmum dominum Antonium Hospelt, *actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum; et dominam* Aloisiam Bernardi *conventam, quae citata non comparuit; interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio.*

Antonius Hospelt catholicus, in Germaniae perillustri urbe Coloniae ortus ex divite familia, die 26 octobris 1882, ineunte 20 aetatis suae anno, militiae adscitus, servitium armorum Argentorati explere coepit. Ibi malo suo fato, in laqueum cuiusdam foeminae, Ludovicae Bernardt, ex evangelica secta, incidit, quae omnia amatoriae artis blandimenta apprime callens, ita incautum adolescentem suo affectu incendit, ut sibi eam desponsaturam promiserit, facta etiam alia pollicitatione ingentis summae pecuniae eidem tradendae. Statim ac Antonii parentes initae cum ista foemina eius consuetudinis nuntium acceperunt, summopere adnixi sunt ut filium suum a foeda hac consuetudine removerent; quin etiam pater, quo vehementius natum ab insano proposito deterreret, exheredationis poenam ei comminatus est. Lex enim imperii Germanici, huiusmodi in casibus, edicit iuxta par. 2383 *Codicis civilis:* « 11 discendente può essere privato della porzione legittima, se, contro la volontà « di quello della cui eredità, si tratta, conduce vita riprovevole ed immorale ». Haec comminatio patris adversus filium Antonium desideratum sortita non est exitum; immo vero profuit callidissimae foeminae ut viam excogitaret qua periculum exheredationis prorsus averteretur.

Itaque, militari servitio absoluto, Antonius, qui tenacius usque Ludovicae adhaerebat, postquam aliquot diebus apud suos parentes diversatus fuisset, revertitur ad illam; et ambo prius Lausannam, postea Basileam in Helvetia sese contulerunt; in qua postrema civitate Antonius, suadentibus tum quodam mulieris propinquo, nomine Honauer, tum alio mulieris amico nomine Sübinger, consilium coepit proficiscendi Londinum, ubi ipse, iam a die 26 octobris aetate maior effectus, absque

ullo obice, impugnatum cum Ludovica matrimonium celebrare tandem posset. Haec nuptiarum conciliatio videtur inventa et disposita callidae mulieris ingenio. Et revera ambo, nulla amplius interiecta mora, Londinum profecti sunt. Ad quam urbem cum pervenissent die 2 novembris eiusdem anni 1903, opera cuiusdam Tunk ab amicis Ludovicae antea edocti, diemque adventus Antonii et Ludovicae in urbem ementiti, inconsultus iuvenis voti sui compos factus est; quippe qui die 4 eiusdem mensis novembris matrimonium coram officiali civili cum Ludovica contraxit.

Peractis nuptiis, coniuges in urbem Karlsruhe incessanter perrexerunt. Ibi maritalis vitam contubernii usque ad insequentis anni 1904 aestatem, etsi non omnino, uti asseritur, tranquillam, utcumque duxerunt. Verum quies et concordia isti contubernio diu non arrisere; nam iurgia et querelae inter coniuges exortae usque adeo processerunt, ut maritalis consuetudinis vita fere impossibilis evaserit. Si huius eventus originem rimari placeat, praecipua sane causa frigescentis utrinque affectus, indeque consequutarum in eo contubernio discordiarum, repetenda ex facto, quod Ludovica pollicitam initio amorum ab Antonio ingentem pecuniae summam (100,000 marchi) cui ipsa potissimum inhiaverat, tandem accepisset; ex parte vero Antonii, fastidium satietasque, deferbescente cupiditatis aestu, illecebrarum quibus olim incautum iuvenem ipsa irretiverat. Videtur etiam non abs re coniici posse, cum aliis viris detectas Ludovicae consuetudines, eodem ipso tempore quo illa Antonii maritali utebatur contubernio, effecisse ut iuvenis, tandem aliquando ab illo amatoriae insaniae veterno excussus, facti poeniteret, cuperetque a Ludovica quamprimum, discisso matrimonio, separari. Tunc ex quadam naturali contrariorum sibi repugnandum lege, contigit, ut in Antonii animo vehemens revivisceret amoris flamma, qua ab ineunte adolescentia puellam nomine Mariam Asbach Coloniae admodum dilexerat; quacum, etiam post matrimonium Ludovicae, epistolare habere commercium non desierat.

Antonius itaque ad hoc suum propositum matrimonii dissolvendi perficiendum, urgentibus quoque suorum parentum studio precibusque sollicitior factus, mense iunio anni 1904 promovit apud tribunal civitatis Karlsruhe querelam divortii, quam tamen mense novembri eiusdem anni revocavit, insequenti autem anno 1905 mense iunio, eamdem divortii querelam apud tribunalia praedictae civitatis iterum proposuit. Tribunal vero primae, uti aiunt, instantiae reiecit querelam partis, et admisit divortium ex culpa tantum viri seu actoris Antonii Hospelt, concessa quoque actione reconventionali uxoris. A qua sententia cum Antonius

provocasse! ad tribunal secundae instantiae, istud in sede appellationis praecedentem sententiam tribunalis primae instantiae reformavit, prolata altera sub die 20 maii anni 1908, qua decrevit, *matrimonii contracti in urbe Londinensi dis 4 novembris 1903 inter partes contendentes divortium admitti ex utriusque culpa.*

Hac sententia Antonius liberum sese arbitratus, dare operam coepit ut coram Ecclesia matrimonium cum praefata puella Maria Asbach celebrare posset. Parochus proprius Antonii in civitate Colonien., propter initum a iuvene matrimonium civile in Anglia cum Ludovica Bernardt, documentum *status liberi* ei tradere noluit, nisi prius illud civile matrimonium declararetur *nullum* per iudicialem auctoritatis ecclesiasticae sententiam. Curia Coloniensis, ad quam Antonius supplicem libellum pro impetranda civilis illius matrimonii nullitatis declaratione porrexerat, sententiam sub die 22 aprilis 1909 pronuntiavit, qua *nullitatem* dicti matrimonii admisit. Verum Defensor vinculi io Curia Colonien, statim ab ea sententia appellationem promovit apud S. Rotae Romanae tribunal. Interim, pendente adhuc appellatione, Antonius morae, propter passionis aestum, impatiens, cum praedicta puella Maria Asbach civile matrimonium inivit. Porro sacrae Rotae tribunal, rite perspecta atque examinata in primo turno causa, die 27 augusti 1910, dubio « An con- « stet de nullitate matrimonii in casu? » sententia sua respondit: *Negative.* Quum vero actor Antonius Hospelt adversus hanc sententiam ad secundum turnum provocasse!, die 10 mensis iunii 1912, prolata est ab eo conformis priori sententia, nempe: « *Non constare de matrimonii « nullitate in casu:* seu ad propositum dubium (an sententia rotalis « die 27 augusti 1910 sit confirmanda vel infirmanda in casu) : *Affirmata Uve* ad primam partem; *Negative* ad secundam: statuentes praeterea « actorem teneri ad omnes iudicii expensas ». Adversus quam sententiam denuo a sacro Rotae tribunali favore matrimonii inter Antonium Hospelt et Ludovicam Bernardt prolatam, actor per suum patronum interposuit recursum penes supremum hoc Signaturae Apostolicae tribunal, ad obtinendam declarationem nullitatis huiusmodi sententiae vel saltem eius circumscriptionem.

Causa igitur funditus pertractata est in supremi Tribunalis sessione habita in aedibus Vaticanis die 12 huius mensis iulii 1913, relatore Emo P. Domino Francisco cardinali Cassetta, propositoque dubio:

Sitne nulla sententia rotalis in casu, et sitne locus eius circumscriptam? Emi Iudices responderunt: *Negative ad utramque partem.*

In expensis autem iudicialibus supremum idem Tribunal condemnavit et condemnat dominum Antonium Hospelt, causae actorem.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum, ac definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, atque ab omnibus, ad quos spectet, exsecutioni mandaretur; non solum, etc., sed et omni, etc.

Datum Romae, ex aedibus S. T., die 23 mensis iulii 1913.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. « S.

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE GENERALE.

Il giorno 29 luglio 1913, nel palazzo apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del S. Padre, fu tenuta la Congregazione Generale dei sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori Teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico della Causa *Corisopiten.* di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Michele Le Nobletz, sacerdote e missionario.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 5 agosto 1913, nel palazzo apostolico Vaticano fu tenuta la Congregazione ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

I° Introduzione della Causa di beatificazione e canoüizzazione della Serva di Dio Suor Maria Bernarda Soubirous, delle Religiose della Carità e della Istruzione Cristiana di Nevers;

2° Revisione degli scritti del servo di Dio Giuseppe da Palermo, chierico novizio dei Frati Minori Cappuccini.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

28 luglio 1913. — Il Rmo Padre Filippo Maroto, procuratore generale dei Figli del Cuore Immacolato di Maria, ***Consultore della suprema sacra Congregazione del Sant'Uffizio.***

6 agosto. — L'Emo e Rmo signor cardinale Benedetto Lorenzelli, ***Membro della sacra Congregazione dei Riti.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

27 maggio 1913. — Mons. Giuseppe Cassar, cappellano dei marinai cattolici a Malta.

18 luglio. — Mons. Luigi Gasparrini, vicario generale della diocesi di Nola.

30 luglio. — Mons. Alberto Dien, direttore generale dell'« Opera Apostolica » in Parigi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

24 luglio 1913. — Mons. Cesare Donnini, della diocesi di Cremona.

26 luglio. — Mons. Piero Scarponi, canonico penitenziere della cattedrale di Macerata.

27 luglio. — Mons. Roberto Bracci, canonico penitenziere della cattedrale di Pesaro.

29 luglio. — Mons. Vincenzo Sisto, della diocesi di Casale.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S. :

28 luglio 1913. — Mons. Emilio Mazzari, dell'archidiocesi di Brindisi.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21 luglio 1913. — Al sig. Nicola Berkovió, dell'archidiocesi di Sarajevo. — Al sig. Vincenzo Lekki, della medesima archidiocesi.

La Commenda dell'Ordine Piano:

29 luglio 1913. — Al sig. conte Pietro Gaterini, esente col grado di colonnello nel corpo della Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 maggio 1913. — Al sig. Vincenzo Azzopardi, avvocato della Corona, della diocesi di Malta.

— Al sig. Giovanni Pullicino, giudice di Sua Maestà Britannica, della medesima diocesi.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 luglio 1913. — Al sig. Giuseppe Spitalsky, boemo.

27 luglio. — Al sig. Carlo Paulitshke, di Vienna.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 maggio 1913. — Al sig. ing. Andrea Vassallo, della diocesi di Malta.

— Al sig. Antonio Lanzon, della medesima diocesi.

24 luglio — Al sig. prof. Emilio Pesenti, presidente della direzione diocesana di Venezia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

17 maggio 1913. — Al sig. Tancredi Curmi, sopraintendente della polizia a Malta.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 maggio 1913. — Al sig. Francesco Pace, della diocesi di Malta.

22 maggio. — Al sig. Lorenzo Balbi, della medesima diocesi.

23 luglio. — Al sig. ragioniere Giovanni Battista Valsecchi, presidente dell'Unione Economica della diocesi di Venezia.

NECROLOGIO.

28 luglio 1913. - Mons. Guglielmo Giles, vescovo titolare di Filadelfia.

6 agosto. — Mons. Giuseppe Uberto Drehmanns, vescovo di Ruremonda.

Annus V. - Vol. V. Die 30 Augusti 1913. Num. 14.

AGTTAPÌMJGA^EDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE PLENARIAE ET PARTIALES ARCHISODALITIO « A SUFFRAGIO SACERDOTALI » NEAPOLI ERECTO.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Per similes Litteras Nostras, die x mensis ianuarii anno vertente Piscatoris annulo obsignatas, frugiferum •opus « a suffragio Sacerdotali » canonice Neapoli erectum ad Archisodalitii gradum proveximus, cum facultate cognomines eiusdemque instituti societates in universo terrarum orbe sibi aggregandi. Nunc autem cum dilectus filius Vincentius Pelliccia, sacerdos, eiusdem pii operis hodiernus moderator, Nos enixis precibus flagitet, ut fidelibus idem in Archisodalitium nunc et in posterum adlectis, sive adlegendis, peculiares nonnullas indulgentias et spirituales gratias largiri de Apostolica benignitate dignemur, Nos piis votis huiusmodi, quae in operis tam salutaris bonum atque incrementum cedunt, quantum in Domino possumus, obsecundandum censemus. Quae cum ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus et abrogatis indulgentiis ac privilegiis quovis modo Sodalitati huc usque concessis, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis qui in enunciatum Sodalitium in posterum ingredientur et die primo inscriptionis ipsorum, si fuerint sacerdotes, admissorum sacramentali confessione expiati, Missam in suffragium vita functorum sacerdotum celebrent, et pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione

ac S. matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant; si vero clericf, similiter vere poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, Missam, ut supra, audiant, precesque,uti ante diximus, fundant, plenariam: et die qua solemnis commemoratio agitur decessorum Nostrorum et S. R. E. Cardinalium nec non episcoporum, sacerdotum et clericorum defunctorum, omnibus et singulis nunc et in posterum idem in Archisodalitium canonice inscriptis, qui similiter sacra exomologesi expiati atque Angelorum pane recreati, huic commemorationi solemni intersint, ibique, uti supra, orent, etiam plenariam: tandem iisdem inscriptis atque inscribendis nunc et in posterum, si die, ab Ordinario designando, quo defunctis sodalibus solemnia iusta quotannis persolvuntur, his aderint; et similiter si quotannis Nativitatis D. N. I. C, Assumptionis et Immaculatae Conceptionis Virginis Deiparae nec non sanctissimi Corporis Christi Domini festis diebus, a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis respectivi festi diei, simulque uno cuiusque per annum mensis die ad cuiusque eorum lubitum eligendo, ab ortu usque ad occasum solis ipsius diei, propriam Archisodalitii ecclesiam, si exstet in locis ubi socii commorantur, secus cuiusque curialem, visitent, ibique quae antea recensuimus pietatis opera rite praestent, idest confessi, angelorum Pane se reficiant atque orent, uti superius, plenariam pariter indulgentiam concedimus. Praeterea die secunda mensis novembris, qua in Ecclesia recolitur fidelium defunctorum memoria, sodalibus Archisodalitii eiusdem similiter vere poenitentibus et confessis ac sacra Communione refectis plenariam peccatorum suorum omnium indulgentiam et remissionem largimur, toties lucrandam quoties intra spatium quod intercedit a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis eiusdem commemorationis diei vel propriam Archisodalitii vel curialem uniuscuiusque ecclesiam, preces, uti superius diximus, fundentes, celebrent. Ad haec eisdem fidelibus nunc et in posterum ipsam in Archisodalitatem adlectis vel adlegendis, quoties in suffragium defunctorum sacerdotum orantes, templum quodvis, sive publicum sacellum inviserint, trecentos dies; quoties autem vel minoribus funeribus sacris in suffragium uniuscuiusque sodalis defuncti peragendis adsint, vel coemeteria visitent, ibique pro defunctis sodalibus orent, de numero poenalium in forma Ecclesiae consueta septem annos totidemque quadragenas expungimus; sacerdotibus vero sodalibus nunc et in posterum exsistentibus largimur, ut quo die ad quodvis cuiusque ecclesiae sive sacelli altare Missam pro piandis defunctis sodalibus celebrent, eadem Missa illi animae pro qua celebrata fuerit perinde suffragetur ac si rite fuisset ad privilegiatum altare peracta. Denique fas sit ipsis sodalibus, plenariis his omnibus ac partialibus

indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare, si malint. Praesentium autem indulgentiarum participes volumus societates omnes ipsius instituti ac nominis ubique terrarum exsistentes, quae Neapolitano Archisodalitio rite in praesens aggregatae reperiantur, vel aggregentur in posterum. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et personae in ecclesiastica dignitate constitutae sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xv iulii MCMxiii, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. íJiS

EPISTOLA.

AD R. P. HYACINTHUM MARIAM CORMIER, MAGISTRUM GENERALEM ORDINIS PRAEDICATORUM, DE GENERALI COETU ORDINIS PROXIME IN HOLLANDIA HABENDO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum primum secreto Dei consilio ad Petri Cathedram immerito evecti sumus, omnes cogitationes curasque Nostras in eo collocavimus, ut religiosis familiis, in hac tanta rerum acerbitate, consuleremus; eas enim, cum optime semper de Ecclesia deque animarum salute meruerint, Nobis *ad omnia in Christo instauranda* magno usui fore prospiciebamus. Quod ut ex optato eveniret, pro viribus enisi sumus, ut religiosi sodales vestigia sanctissimorum persequerentur virorum quos colerent sui quisque Ordinis conditores ac parentes; nemo enim non videt, quo arbor puriores et copiosiores e radicum libris suecos hauserit, eo latius diffundi ramos et uberiorem polliceri fructum.

Ex iis autem sodalitatibus non mediocrem curarum Nostrarum partem insignis Praedicatorum Ordo iure sibi vindicat, tum pro veneratione erga Patriarcham Dominicum Nostra, quo veluti auspice Pontificatum inivimus, tum quia S. Thomae Aquinatis doctrinam permagni facimus: qua profecto velimus studiosos imbui omnes, ut prava de divinis humanisque

rebus scita, quae ubique irrepserunt, evellantur, et christiana veritas, perspicue cognita, in omnium animis penitus haereat.

Iamvero, cum ad Nos perlatum sit, die octavo et vicesimo huius mensis, id est in S. Augustini Doctoris festo, futurum ut generalis vestri Ordinis coetus in Hollandia agatur, cuius erit antiquam Dominicianae familiae vitam et spiritum redintegrare, tradita a maioribus tueri, et disciplinae leges pro temporum necessitate perficere, subiit animum Nostrum quonam pacto possemus consiliis et auctoritate Nostra incepto vestro suffragari. Quod cum diu multumque Nobiscum reputaverimus, tibi, dilecte Fili, qui coetui iure tuo praeeris, edicimus quae sequuntur, pro certo habentes, ab iis non esse vos, pro summa observantia in Nos vestra, ne transversum quidem unguem in condendis decretis discessuros.

I. Cum, defervescente in christiano populo fidei caritatisque ardore, magis decrescat in dies eorum numerus qui, ad evangelicam perfectio^-nem assequendam, religiosis sodalitatibus adscribi cupiant, Praelati Ordinis omnia consulto experiantur ut eiusmodi deprecentur incommodum; sed caveant omnino ne festinanter neve gregatim adulescentes adsciscant, de quibus in incerto sit afflatune divino sanctissimam istam vitae rationem deligant. Quos vero, re diligenter perpensa, in tironum numerum cooptarint, sedulo curent ut ii proprium Dominici Patris legiferi effingant ingenium constanterque retineant; et in primis animi demissionem praebeant et obediendi virtute fulgeant, nulla rei obedienter faciendae ratione quaesita, nulla mora tergiversando interposita. Plerumque enim fieri cernimus, ut nonnulli non idcirco claustra turpiter deserant quod in Ordinem ausi sint invito Deo se inficere, sed potius quod apta in tirocinio institutione caruerint, nec formam induerint, absoluto tirocinio, quae virum Deo sacrum deceat.

Eadem in tironibus admittendis excolendisque adhibeatur prudentia ac sollertia cum de Tertiariis agitur, a quibus sane plurimum utilitatis sperandum est catholico nomini, si ii ceteros exemplo antecedant et pietatis artes remque omnem optimam provehant. Quemadmodum enim patriarchae illi Dominicus et Franciscus sunt divinitus excitati ut conatu studioque communi fulcirent Ecclesiam, ita oportet utriusque familiae Tertiarios, coniunctis viribus, in tuenda Apostolicae Sedis et societatis christianae incolumitate certatim elaborare.

II. Iis unice munus disciplinas sacras tradendi Praelati committant, quos certo norint, non modo ad eum diem nullam dedisse suspicionem de suae integritate doctrinae, sed etiam ea mente esse ut prorsus sequantur, tum in catholica veritate explananda,-tum in erroribus refellendis,

normas ac regulas quas Apostolica Sedes nostra aetate praescripsit aut posthac praescriptura sit.

III. Libri a religiosis viris conscripti ne primum neve deinceps edantur nisi ante Praelati Ordinis probarint, iis tamen servatis quae in Constitutionibus Ordinis, in Litteris Apostolicis *Officiorum ac munerum* ac posterioribus Apostolicae Sedis decretis sancita sunt. Ea vero ut tutius ad effectum deducantur, Praelati per se ipsi deligant censores ex iis sodalibus, quos constet, tum praestare aliis incorruptae professione doctrinae rerumque intelligentia quae in iudicio sunt, tum nullius rationem libero animo habere : iis contra submotis, quos scriptores ipsi malle videantur.

IV. Sodales qui scribendo id sibi proponunt, ut explicent, evolvant, pensent certas quasdam sententias, certa quaedam *systemata,* nostris hisce diebus usu recepta, quae qui tenent ad catholicam veritatem prope accedere videantur, immo etiam arbitrentur se eam uberius illustrare ac rectius interpretari quam factum sit sapientia veterum, volumus intellegant, eius generis sententias ideo esse periculi plenas, quia leves ieiunasque mentes, rerum novarum natura cupidas, facile illiciunt et a fide aeternaque salute prohibent. Quamobrem filiis Dominici sancti itemque Angelici Doctoris discipulis sollemne esto pro catholica fide aperte fortiterque propugnare et, cum benigna hominum aestimatione, errores fucata veri specie nudare.

V. Gradus academicos Romani Pontifices saluberrimo eo consilio instituerunt auxeruntque privilegiis, ut eos publice commendarent qui in sacris disciplinis excellèrent; verum Apostolica Sedes est haud semel conquesta quod ab iis religiosi viri causam nanciscerentur capiendi sibi et vitae commoda et chori communiumque officiorum vacationem.

Vigilent Praelati ne prava eiusmodi consuetudo irrepat neve consistat; ea enim plus hodie religiosos viros dedecet, cum, serpente latius in Ecclesiam bello, necesse est homines, ingenio rerumque usu valentiores, honorum et commoditatis vitae iacturam magno animo facere, labores quosvis tolerare, ut pro Deo Ecclesiaque devoveant se totos. Ad rem meminerint Dominiciani sodales decessoris Nostri Clementis VIII praescripta: « A servitio chori cum lectoribus et praedicatoribus supe-« riores, iis tantum diebus quibus eos legere aut praedicare contigerit, « dispensare possint ».

VI. Sodales e Praedicatorum Ordine *instantes* esse *ministerio verbi,* quod habent instituto suo praecipuum, magna cum voluptate frequenter accepimus. Verum eos vehementer cohortamur, demisso suscipiant impleantque animo sanctissimum munus, *praedicantes Iesum Christum, et hunc crucifixum;* quod nisi fecerint, quin immo inanem gloriam homi-

numque gratiam aucupari maluerint, erunt *semetipsos pascentes, nubes sine aqua, arbores autumnales, infructuosae.* Omni igitur contentione studeant id efficere quod discipulo suo Timotheo Apostolus tanto opere mandabat: *Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.* Ita et praeclaro Nobis erunt solacio et hominum salutem mirifice provehent.

VII. Quod singuli sodales adscribantur ut filii, non, quemadmodum ante actis temporibus, ad peculiare aliquod coenobium, sed contra ad Provinciam, id cum hodiernae rerum condicioni videatur aptius congruere, et quia vitae communi perfecte degendae plurimum confert, et quia facilius ita prospicitur aequabili utilique redituum proventuumque partitioni inter tironum domos, missiones et varia coenobia, quae maiore subsidio indigeant, decernimus auctoritate Nostra, consuetudinem hanc, sodales ad Provinciam adscribendi, iam nunc vim habere et naturam induere Constitutionis Ordinis propriae, contrariis quibusvis non obstantibus.

Quae videmur, dilecte Fili, pro Nostra in Dominicianam familiam caritate, utiliter constituisse, ea cum religiosis viris communices qui tecum ad generalem coetum proxime habendum iure suo convenient. Confidimus vero futurum, ut universi Ordinis sodales notationibus iussisque Nostris obtempèrent modesteque pareant; qua in re se dignos praebebunt Patris sui legiferi heredes, quem Apostolica Sedes habuit observantissimum. Vos autem laboresque vestros eiusdem sancti Patriarchae tutelae committimus; et caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte Fili, religiosis viris qui tecum generalem coetum acturi sunt, et universo Praedicatorum Ordini, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die iv mensis augusti, festo S. Dominici, anno MCMXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

TRANSLATIO ECCLESIAE CATHEDRALIS.

Decreto S. Congregationis Consistorialis diei 22 augusti 1913 dignitas ecclesiae cathedralis Oranensis quae in templo S. Ludovici constituta erat ad novas aedes Ssmo Cordi Iesu sacras translata est.

IL

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis sanctissimus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, nempe:

4 iulii 1913. — Cathedrali ecclesiae Monasteriensi praefecit sac. Ioannem Poggenburg, eiusdem cathedralis ecclesiae Monasteriensis canonicum et vacantis dioecesis vicarium capitularem.

8 iulii. — Cathedrali ecclesiae Laudensi Rmum D. Petrum Zanolini, hactenus episcopum Fabrianensem et Mathelicensem.

— Cathedrali ecclesiae de Chiapas sac. Maximinum Ruiz, archidioecesis Mexicanae, ibidem canonicum poenitentiarium basilicae Guadalupensis.

15 iulii. — Cathedrali ecclesiae Limburgensi sac. Augustinum Kilian, eiusdem ecclesiae cathedralis canonicum.

18 iulii. — Metropolitanae ecclesiae Tarraconensi Rmum D. Antoninum Lopez et Pelaez, hactenus episcopum Iaccensem.

— Metropolitanae ecclesiae Burgensi Rmum D. Iosephum Cadena et Eleta, hactenus episcopum Victoriensem.

— Cathedrali ecclesiae Cordubensi Rmum D. Raymundum Guillamet et Coma, hactenus episcopum Legionensem.

— Cathedrali ecclesiae Legionensi sac. Iosephum Alvarez Miranda, canonicum poenitentiarium cathedralis ecclesiae Ovetensis.

— Cathedrali ecclesiae Segobriensi Rmum D. Aloisium Amigó et Ferrer, hactenus episcopum titularem Tagastensem et administratorem apostolicum dioecesis Celsonensis.

18 iulii 1913. — Cathedrali ecclesiae Salmantinae Rmum D. Iulianum de Diego et Garcia Alcolea, hactenus episcopum Asturicensem.

— Cathedrali ecclesiae Asturicensi sac. Antonium Senso Lázaro, canonicum cathedralis ecclesiae Matritensis.

— Cathedrali ecclesiae Placentinae in Hispania sac. Emmanuelem Torres et Torres, canonicum decanum metropolitanae ecclesiae Hispalensis.

— Cathedrali ecclesiae Pacensi Rmum D. Adulphum Pérez Muños, hactenus episcopum Canariensem.

— Cathedrali ecclesiae Canariensi sac. Angelum Marquina Corrales, canonicum magistralem metropolitanae ecclesiae Burgensis.

— Cathedrali ecclesiae Oriolensi sacerdotem Raymundum Plaza et Blanco, dioecesis Conchensis, auditorem tribunalis sacrae rotae Matritensis.

— Cathedrali ecclesiae Victoriensi Rmum D. Prudentium Melo et Alcalde, hactenus episcopum titularem Olimpiensem.

28 iulii. — Cathedrali ecclesiae Nuceriae Paganorum sac. Iosephum Roméo, archidioecesis Rheginensis, ibique parochum loci vulgo *Catona.*

— Cathedrali ecclesiae Laquedoniensi sac. Cosmam Agostino, dioecesis Hieracensis, ibique parochum loci vulgo *Mammola.*

— Cathedrali ecclesiae Cenetensi sac. Rodulphum Caroli, urbis Romae, cubicularium intimum Sanctitatis Suae, rectorem collegii sanctorum Caroli et Ambrosii de Urbe et officialem S. Congregationis de Religiosis.

1 augusti. — Cathedrali ecclesiae S. Annae in America centrali sac. Rochum Orellana, archidioecesis S. Salvatoris, ibique cancellarium curiae archiepiscopalis.

— Cathedrali ecclesiae S. Michaelis in America centrali sac. Ioannem Antonium Dueñas, canonicum metropolitanae ecclesiae S. Salvatoris.

— Titulari episcopali ecclesiae Mopsuestianae sacerdotem Iacobum Vilanova, archidioecesis S. Salvatoris, ibique vicarium generalem et canonicum ecclesiae metropolitanae, quem constituit auxiliarem R. P. D. Antonii Adulphi Perez y Aquilar archiepiscopi S. Salvatoris.

2 augusti. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Apamensi Revmum D. Renatum Franciscum Renou, hactenus archiepiscopum Turonensem-

5 augusti. — Metropolitanae ecclesiae Turonensi Rmum D. Albertum Nègre, hactenus episcopum Tutelensem.

6 augusti. — Cathedrali ecclesiae Tutelensi Rmum D. Iosephum Métreau, hactenus episcopum titularem Therm en sem.

6 augusti 1913. — Cathedrali ecclesiae Superiorensi Rmum D. Iosephum Mariam Koudelka, hactenus episcopum titularem Germanicopolitanum.

— Cathedrali ecclesiae Joliettensi sac. Gulielmum Forbes, parochum ecclesiae S. Ioannis Baptistae in urbe Marianopolitana.

— Cathedrali ecclesiae Montis Laurei in ditione Canadensi sacerdotem Franciscum Xaverium Brunet, cancellarium et secretarium archiepiscopi Ottaviensis.

19 augusti. — Cathedrali ecclesiae Notensi sac. Ioseph Vizzini, dioecesis Calatanisiadensis, magistrum S. Theologiae in scholis pontificii seminarii Romani et officialem S. Congregationis Consistorialis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PRO NEGOTIIS RITUS ORIENTALIS

DECRETUM

QUO STATUUNTUR MUTUAE RELATIONES DISCIPLINARES INTER EPISCOPOS LATINOS CANADENSES ET EPISCOPUM RUTHENUM ILLIUS REGIONIS, NEC NON INTER CLERUM ET FIDELES UTRIUSQUE RITUS.

Fidelibus ruthenis in regione Canadensi commorantibus superiore anno datus est Episcopus eiusdem ritus qui ordinaria potestate eos regat ac gubernet. Ne autem propter diversitatem ritus ac disciplinae dissensiones oriantur inter fideles ruthenos et latinos, sacra Congregatio christiano Nomini Propagando praeposita pro negotiis Rituum Orientalium, in plenariis comitiis diei 11 huius mensis, omnibus rite ac mature perpensis, quae sequuntur *ad decennium* statuenda censuit ad relationes mutuas episcopi, presbyterorum ac populi rutheni ritus cum episcopis, presbyteris ac populo latini ritus illius regionis componendas.

CAPUT I.

De Episcopo rutheni ritus.

Art. **1.** Nominatio Episcopi rutheni ritus pro regione Canadensi, Apostolicae Sedi est unice et omnino reservata.

Art. 2. Episcopus rutheni ritus sub immediata huius Apostolicae Sedis iurisdictione ac potestate est. Plenam autem iurisdictionem ordi-

nariam et personalem exercet in omnes fideles rutheni ritus in regione Canadensi commorantes, sub dependentia tantum R. P. D. Delegati Apostolici pro tempore.

Art. 3. Eidem ius ac potestas competit regendi ac gubernandi gregem suum, ac leges et statuta condendi in iis quae iuri communi non adversantur. Ipsius insuper munus erit vigilare ut tum doctrina et boni mores, tum ritus et disciplina Ecclesiae Orientalis catholicae integre custodiantur.

Art. 4. Episcopus missiones ruthenas frequenter et regulariter visitare districte tenetur, ut gregem sibi concreditum apprime cognoscat, eaque omnia quae ad spirituale eius bonum attinent, melius provideat. Ad quod facilius assequendum utile erit universum territorium Canadense in regiones dividere, prout melius in Domino iudicaverit, quarum unaquaeque subcessive visitetur, ita ut unoquoque saltem quinquennio omnes missiones ruthenae episcopali subsint visitationi.

Art. 5. In visitatione rationes ab unoquoque rectore missionis exposcet administrationis bonorum missionis eiusdem, curabitque ne rector nomine et iure proprio ea retineat, pro quorum acquisitione fideles quovis modo subsidia contulerint. Ut autem securitati bonorum temporalium ecclesiarum summa cum diligentia prospiciatur, eiusdem erit, audito in pertractandis negotiis virorum peritorum consilio, eas tituli possessionis formas adhibere, omnesque praescriptiones servare, quae civilibus legibus singulorum locorum respondeant, quaeque ecclesiasticorum bonorum administrationi, conservationi, ac tutae transmissioni faveant.

Art. 6. Controversiae si quae exoriantur inter Episcopum rutheni ritus et episcopos latini ritus Canadenses, deferantur in devolutivo tantum ad Delegatum Apostolicum Canadensis regionis, salva, item in devolutivo, appellatione ad Apostolicam Sedem.

Art. 7. Ordinaria residentia Episcopi rutheni ritus erit in urbe Winnipeg.

Art. 8. Ad constituendam annuam stipem pro substentatione Episcopi, donec redditus stabiles habeantur, concurrere debent singulae ruthenae communitates, eidem solvendo, ad instar cathedratici, annuam praestationem certam et moderatam, ab ipso secundum aequitatem determinandam.

Art. 9. Episcopus quinto quoque anno plenam et accuratam relationem de statu personali, morali ac materiali missionum proprii ritus exhibeat Delegato Apostolico, qui eam transmittet ad S. Congregationem de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis; atque iuxta morem apud episcopos Canadensis regionis inductum, singulis saltem decenniis ad sacra Apostolorum limina accedat, ut obsequium et obedientiam

suam Pontifici Summo praestet, eique rationem reddat de pastoralis muneris implemento, deque omnibus quae ad ecclesiae suae statum et cleri populique mores ac disciplinam, animarumque sibi concreditarum salutem pertinent.

* CAPUT II.

Be Clero rutheno.

Art. 10. Cum nondum habeantur sacerdotes rutheni qui vel nati vel saltem educati sint in regione Canadensi, Episcopus rutheni ritus, praevia intelligentia cum Delegato Apostolico, omni studio curet ut Seminarium pro clericis ruthenis in Canada educandis quantocius instituatur. Interim vero clerici rutheni in Seminaria latinorum de consensu Ordinarii admittantur. Sed nonnisi qui se coelibatum perpetuo servaturos coram Episcopo promiserint, in Seminarium sive nunc sive in posterum admittantur; et nonnisi caelibes ad sacros ordines in regione Canadensi exercendos, promoveri poterunt.

Art. 11. Ad sacrum ministerium exercendum apud fideles rutheni ritus non admittantur sacerdotes nisi sint caelibes vel saltem vidui et absque liberis, integri vita, zelo ac pietate praediti, sufficienter eruditi, lucri non cupidi et a politicis factionibus alieni.

Art. 12. Antequam habeatur numerus sufficiens presbyterorum ruthenorum qui in Canadensi regione educati fuerint, si providenda occurrat de suo rectore aliqua missio ruthenorum vel vacans vel noviter erecta, Episcopus rutheni ritus idoneum sacerdotem caelibem vel saltem viduum postulet ab episcopis ruthenis vel Galitiae vel Hungariae per tramitem S. Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis. Illi vero sacerdoti sive uxorato, sive viduo, sive caelibi, qui proprio marte, neque ab Episcopo rutheno vocatus, neque a S. Congregatione missus, illuc perrexerit, Episcopus ruthenus nullas concedere potest facultates, sive celebrandi Sacrum, sive administrandi sacramenta, sive munia ecclesiastica quomodocumque obeundi.

Art. 13. Sacerdoti ex Europa mittendo praedicta S. Congregatio tradet documentum quo ipsi concedatur facultas ad assumendam spiritualem curam fidelium rutheni ritus sub dependentia Ordinarii rutheni Canadensis.

Art. 14. Quilibet ruthenus sacerdos ex Europa proveniens et in Canadensi regione commorans pro fidelium rutheni ritus spirituali cura, semper manebit incardinatus dioecesi originis; attamen Episcopus ruthenus originis, iurisdictionem suam in eum nullimode exercebit, quoadusque

ipse in Canada commorantur: omnino et unice pendeat a iurisdictione Episcopi rutheni Canadensis.

In patriam autem supradicti sacerdotes redire aut revocari nequeant absque expressa licentia Ordinarii Canadensis, in scriptis concedenda.

Art. 15. Laici rutheni, cuiuscumque originis ac domicilii fuerint, qui sacros Ordines in Canada suscipere cupient, sub omnimoda iurisdictione manebunt Episcopi rutheni Canadensis, in cuius manus iuramentum missionis seu stabilitatis ad inserviendum in territorio emittent.

Art. 16. Omnes rectores missionum ruthenarum Canadensis dominii sunt amovibiles ad nutum Ordinarii rutheni. Amoveri autem non poterunt absque causis gravibus et iustis.

Art. 17. Datur tamen facultas presbytero amoto, appellationem interponendi, in devolutivo, contra decretum remotionis ad tribunal Delegati Apostolici, qui intra tres menses a die appellationis causam definire curabit, salvo semper iure recursus ad Sanctam Sedem, item in devolutivo.

Art. 18. Sustentationi sacerdotis providebit Episcopus, salarium eidem adsignando assumendum ex omnium ecclesiae proventuum massa seu cumulo.

Art. 19. Iura stolae et emolumenta sacri ministerii in singulis missionibus determinanda sunt ab Ordinario rutheno iuxta probatas diversorum locorum consuetudines. Ea tamen privato arbitrio extendere ad sacras functiones a taxa immunes, aut illa ultra taxam determinatam exigere, omnino vetitum est. Caveant insuper sacerdotes rutheni ne iura illa a vere pauperibus exigant; ac omnino vetitum est ea extorquere sub comminatione dilationis baptismi vel benedictionis matrimonii, aut fidelem solvendi incapacem excludere a quacumque sacra functione.

Art. 20. Sacerdotes latini ritus qui a S. Congregatione de Propaganda Fide facultatem obtinuerunt transeundi ad ritum ruthenum in auxilium Episcopi rutheni pro spirituali adsistentia fidelium ruthenorum, quoadusque in ritu ruthéno permanebunt, unice et omnino sub iurisdictione Episcopi rutheni erunt. Sacra Congregatio autem vehementer hortatur episcopos latinos Canadenses clero locupletiores, ut Episcopo rutheno in animarum bonum aliquot sacerdotes ad tempus concedant, si ab eodem requirantur.

Art. 21. Si qui vero sunt sacerdotes regulares qui transitum ad ritum ruthenum obtinuerunt, ipsi in his quae ad vitam religiosam spectant, a propriis superioribus regularibus; in his vero quae ad curam animarum et ritum ruthenum pertinent, ab Episcopo rutheno dependent.

Art. 22. Episcopus ruthenus nonnisi in clerum et populum ruthenum iurisdictionem suam exerceat; si tamen aliquo in loco exsistant fideles rutheni ritus, in eoque nondum sit missio ruthena constituta, aut nullus adsit presbyter eiusdem ritus, poterit tunc iurisdictionem suam in fideles ruthenos presbytero latino loci communicare, certiorato Ordinario.

Art. 23. Poterunt insuper episcopi latini Canadenses, certiorato Episcopo rutheno, iurisdictionem dare presbyteris ruthenis illis in locis in quibus fideles latini ritus adsunt sibi subditi, sed nullus adest presbyter latinus qui curam eorum gerere queat.

CAPUT III.

De fidelibus ruthenis.

Art. 24. Fideles rutheni iis in locis in quibus nulla ecclesia nec sacerdos proprii ritus habeatur, ritui latino sese conformare valebunt; eisque eadem facultas conceditur etiam ubi propter longinquitatem ecclesiae suae non eam possint nisi cum gravi incommodo adire, quin tamen ex hoc ritus mutatio inducatur.

Art. 25. Transitus a ritu rutheno ad latinum laicis ruthenis qui verum et stabile domicilium in regione Canadensi constituerint, concedi nequit nisi a S. Congregatione de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis, gravibus et iustis intervenientibus causis ab ipsa S. Congregatione cognoscendis, audito Episcopo rutheno Canadensi.

Art. 26. Si vero contingat ut hi quandoque in patriam revertantur, tunc etsi ex pontificio rescripto ritum latinum susceperint, licebit eis, Apostolica Sede exorata, ad pristinum ruthenum ritum redire.

Art. 27. Non licet missionariis latinis, sub poenis ab Apostolica Sede decernendis, quempiam ruthenum ad latinum ritum amplectendum inducere.

Art. 28. Fideles rutheni, etiam in locis in quibus adest presbyter rutheni ritus, apud sacerdotem latinum ab Ordinario loci adprobatum peccata sua confiteri et beneficium sacramentalis absolutionis valide et licite obtinere possunt. E converso fideles latini peccata sua confiteri possunt apud sacerdotem ruthenum ab episcopo suo adprobatum, in locis in quibus adest missio aut ecclesia rutheni ritus. Presbyteri vero rutheni absolvere non poterunt fideles latini ritus a censuris et a casibus reservatis in dioecesi latina in qua sacrum ministerium exercent, absque venia Ordinarii latini. Vicissim idem dicatur de presbyteris latinis quoad censuras et reservationes statutas ab Episcopo rutheno.

Art. 29. Omnibus fidelibus cuiusque ritus datur facultas, ut, pietatis causa, sacramentum eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant; ac insuper, ubi necessitas urgeat nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti rutheno ministrare Eucharistiam consecratam in azymo; et vicissim sacerdoti latino ministrare in fermentato; at suum quisque ritum in ministrando servabit.

Art. 30. Quisque fidelium praecepto Communionis paschalis ita satisfaciet, si eam suo ritu et quidem a parocho suo accipiat.

Art. 31. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio e manibus proprii parochi accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud accipere; qui tamen ritu suo ministrabit.

Art. 32. Funerum celebratio ac emolumentorum perceptio in familiis mixti ritus, ad parochum illius ritus pertineant ad quem defunctus pertinebat.

Art. 33. Ad vitanda gravia incommoda quae inde ruthenis evenire possent, facultas eis fit dies festos et ieiunia observandi iuxta consuetudinem locorum in quibus degunt. Attamen diebus dominicis et festis in utroque ritu in eamdem diem incidentibus, sacrae liturgiae in ecclesia sui ritus, si in loco exsistat, rutheni interesse tenentur.

CAPUT IV.

De matrimoniis inter fideles mixti ritus.

Art. 34 Matrimonia inter catholicos ruthenos et latinos non prohibentur; sed ad vitanda incommoda quae ex rituum diversitate in familiis evenire solent, uxor, durante matrimonio, ritum viri sequi potest, quin ex hoc sui nativi ritus mutatio inducatur.

Art. 35. Soluto matrimonio, mulier proprium ritum originis resumere valet.

Art. 36. Matrimonia tum inter fideles mixti ritus, tum inter fideles ruthenos, servata forma decreti *Ne temere* contrahi debent.

Art. 37. Attamen matrimonia mixti ritus in ritu viri et ab eiusdem parocho erunt benedicenda.

Art. 38. Dispensationes matrimoniales in matrimoniis mixti ritus, si quae sint dandae vel petendae, dentur et petantur ab episcopo sponsae.

Art. 39. Nati in regione Canadensi ex parentibus diversi ritus, ritu patris sunt baptizandi; proles enim sequi omnino debet patris ritum.

Art. 40. Baptismus in alieno ritu ob gravem necessitatem susceptús, cum nimirum infans morti proximus esset vel natus esset in loco in

quo tempore nativitatis parochus proprius patris non aderat, ritus mutationem non inducit.

Art. 41. Infantes ad eius parochi iurisdictionem pertinent, cuius ritus est eorum pater.

Haec autem omnia Ssmus Dnus noster Pius div. prov. Papa X in audientia diei 13 augusti vert, anni, referente infrascripto huius sacrae Congregationis Secretario, rata habuit ac confirmavit, praesensque decretum edi iussit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus huius S. Congregationis, die 18 augusti anno 1913.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus,*

L. S.

Hieronymus Rolleri, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM

DE VIGILIIS AD RELIQUIAS MARTYRUM PERSOLVENDIS IN NOCTE ANTE DEDICATIONEM ECCLESIAE.

Sacrorum Rituum Congregationi sequens quaestio, pro opportuna solutione, proposita fuit; nimirum:

Iuxta Pontificale Romanum tit. *de ecclesiae dedicatione seu consecratione,* celebrandae sunt vigiliae ante Reliquias sanctorum Martyrum quae in altari consecrando includentur; et canendi Nocturni et Matutinae Laudes in honorem eorundem sanctorum; quaeritur:

Nocturni et Laudes in casu sumendine sunt e novo Psalterio Breviarii Romani per dies hebdomadae disposito; an e Communi plurimorum martyrum; et quo ritu canendi ?

Et sacra Rituum Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, praepositae quaestioni ita respondendum censuit: « In casu vigi-
« Mae persolvantur cum Matutino trium nocturnorum et Laudibus de Com-

« muni plurimorum martyrum, sub ritu duplici, cum Oratione de III loco « *Deus qui nos,* omisso verbo *annua,* et nominibus reticitis, iuxta decre- « tum n. 2886, *Genomanen.,* 14 iunii 1845 ».

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 18 augusti 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

FLORENTINA.

FINIUM PAROCHIALIUM.

Pio PP. X. feliciter regnante, Dominationis Suae Pontificatus anno X, RR. PP. DD. Michael Lega, Decanus Ponens, *Guilelmus Sebastianeiii et Ioseph Alberti, Auditores de turno, in causa* Florentina - Finium Parochialium; *inter* Parochum ad **S.** Donati, *repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, ex una; et* Parochum ad **S.** Nicolai, *repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Nazarenum Patrizi, ex altera parte, die 5 maii 1913 sequentem protulerunt definitivam sententiam.*

In agro Calenzano archidioecesis Florentinae, duae inter plures alias habentur paroeciae, altera sub invocatione **S.** Donati, matrix Ecclesia, ceteris filiabus antiquitate longe praestans; altera nuncupata a **S.** Nicolao, filialis **S.** Donati, quae processu temporis, quippe posita in pago Calenzano, maiorem in dies dignitatem nacta est. Quare anno 1655 *Prioratus* titulo et honore, anno vero 1799 *Plebanatus* iuribus aucta fuit, et exinde a veteri paroecia **S.** Donati separata est, ei attributis duabus paroeciis suffraganeis, aliis duabus suffraganeis remanentibus veteri plebaniae **S.** Donati.

Harum plebanalium ecclesiarum, nempe **S.** Donati et **S.** Nicolai, fines non uno ex latere se attingunt; inde autem enata est hodierna controversia, iudiciali actione proposita, qua disceptatur utrum **S.** Donati fines, ex parte qua ad meridianum spectant, definiantur per viam dictam

del Berti vel potius - uti contendit parochus S. Nicolai adversus parochum ad S. Donati - huius fines terminentur a via *di Trevalle* aut *Bertolinese* nuncupata.

Etenim inter has duas vias certa territorii portio continetur quae pertineret ad S. Donati ecclesiam, si huius fines pertingerent - uti contendit istius ecclesiae parochus - ad viam *del Berti;* secus suam intentionem obtineret parochus ad S. Nicolai si eius paroecia terminetur ad septentrionem a via *Trevalle* seu *Bertolinese* dicta.

Usque ad annum 1880 in hac controversa territorii parte exerceri non poterat pastoralis cura quia in ea, hoc anno, prima domus excitata •est, posthac aliae domus aedificatae sunt; poterant vero in idem territorium parochi, hodie contendentes, exercere iura realia, vel alia eiusmodi iura adnexa curae pastorali, veluti decimas colligere. Revera, inter argumenta quibus sibi vindicat, uti suum territorium parochiale, controversam portionem, parochus ad S. Nicolai ponit praecipue factum, quod ipse contendit indubie probatum, nempe, decimas praediales a se collectas et exactas fuisse ab agricolis has praedii particulas excolentibus.

Quum vero sub anno 1880 incolae haberi coeperunt in controverso territorio, in hos curam exercuit parochus ad S. Nicolai, eosdemque inter S. Nicolai parochianos in publicis tabulis descripsit tum parochus tum municipalis magistratus, et nulla habita est controversia usque ad annum 1889, quum parochus Becattini, iam ab anno 1880 ad S. Donati parochus, querelam movit apud Curiam, sibi vindicans dictum territorium novasque domus ibi recens aedificatas.

Curia mandavit parocho loci *Pizzodintonte,* Paulo Biagiotti, rem in facto et in iure examinare, habita ratione deductionum utrinque exhibitarum, et relationem exarare de peracta investigatione.

Parochus ad S. Nicolai potissimum sibi arrogabat et arrogat iurisdictionem in controversas domus, quia in hac territorii parte decimas ab immemorabili percepit, quare parochus Biagiotti plures testes examinavit, sex et viginti, praemisso iuramento, ut idem refert (et parochus Becattini hoc non negat, immo de nonnullis testibus hoc affirmat expressis verbis), eosdem interrogans super facto an decimae solutae sint parocho ad S. Nicolai, necnon super opinione vulgata in populo circa fines utriusque parochiae ad controversam partem quod attinet.

Relatio dein Curiae exhibita concludebat favens potius intentioni parochi ad S. Nicolai. Nihilominus res mansit insoluta usque ad annum 1896, die 30 augusti, quo commissio electa pro *corrigendis finibus parochialibus* innixa praecipue *mappis catastalibus,* anno 1821 confectis, edixit controversum latifundum adscribendium esse parochiae S. Donati.

Hanc relationem impetiit parochus ad S. Nicolai, expetens ut causa formiter et iudicialiter definiretur in prima instantia coram Curia Florentina, fundans in primis suam intentionem in novo reperto documentò, nempe in mappis confectis anno 1582-1586. Curia Florentina sententiam protulit definitivam die 9 ianuarii 1909, favorabilem parocho S. Nicolai, affirmans vim revera decisivam haberi in novo exhibito documento. ,

Parochus ad S. Donati ad H. S. O. appellavit, et iam pro definitione res proposita est in turno diei 6 augusti 1912, et RR. Domini iusserunt « ut attestationes acceptae circa solutionem decimarum transmit- « tantur integre et in forma authentica. - A Curia expetierunt ut inquireret « de natura et mensura decimarum et referret ». Curia, iussa faciens, et documenta expetita remisit et re perpensa in *iure* et in *facto* conclusit, agi « de decimis sacramentalibus praedialibus » solutis parocho ad S. Nicolai.

Hoc in statu versatur hodierna actio quae praestolatur definitivum iudicium Dominorum, hac sub rogandi formula : *Quinam competat super controversum territorium de quo in sententia Curiae Florentinae die 9 iunii 1909, iurisdictio parochialis in casu ?*

Ad factum quod attinet, haec animadverterunt praeterea Domini:

1) Iam ab exorta lite uterque parochus in propriam partem invocat traditionem popularem, contendens ab immemorabili aetate fines esse controversos. Quando incoeperint hae discordiae et an revera agitatae sint magno aestu animorum, nullo certo documento affirmari potest, quia si discordiae et aemulationes habitae sunt inter diversos populos agrum *Cadenzano* incolentes (et hoc historia indubie docet), tamen inferre non licet, has excitatas, ortas fuisse ob fines parochiales: eo magis quod controversum territorium pene usque ad nostras dies mansit absque habitatoribus. Quocirca aliis aemulationum causis, forsan recentiore aetate, addita est quoque controversia de finibus. Haec facile oriri poterat, postquam parochia S. Nicolai plebanatus iura adepta est sub anno 1799, et maiorem veluti auctoritatem prae sua matrice ecclesia obtinuit, quum parochia esset pagi et municipii *Calenzano.*

2) Animos hodie penitus esse discordes evincitur ex attestationibus exceptis a parocho Biagiotti, inquirente de solutione decimarum: incolae enim parochiae S. Donati favent omnes intentioni sui parochi : alii omnes e S. Nicolao eidem contradicunt. Ast numero multo plures sunt testes e parochia S. Nicolai. Quia vero testes non sunt numerandi, sed ponderandi, suo loco eosdem expendemus. Interim in facto, solidiorem esse traditionem seu popularem opinionem faventem parochiae S. Nicolai scatet ex attestatione reddita a Rev. Dominico Paci, priore loci *Travalle,*

neque uni neque alteri parochiae adscripto, aiente: « Ho sempre sentito « dire e creduto che la strada di divisione sia quella che direttamente « va alla marina (via Travalle) ed è anche la più conveniente, perchè « altrimenti il parroco di Calenzano per andare alle sue case, che sono « al di là della marina, o bisognerebbe che passasse sempre dal ponte «della Valle o di mezzo al popolo di S. Donato; - che il farmacista « Piattoli mi disse un giorno che prima ch'egli facesse la sua casa sul « terreno ora controverso, quei di S. Donato lo pregavano a farla piut- « tosto dall' altra parte per essere di S. Donato e non di Calenzano, - « che anche il Municipio di Calenzano, sebbene vi fosse il sottosegretario « e quattro o cinque consiglieri di S. Donato, pure appena fatta la prima « casa, la segnarono a Calenzano », nemine tunc contradicente.

3) Ex aemulatione'autem iampridem exsistente inter duas parochias, magnopere extenuatur valor historicus (de valore *iuridico* infra sermo erit) mappae exaratae sub anno 1821, quia revera fieri potuit ut instinctu et suasionibus cuiusdam potentioris incolae S. Donati controversum territorium inclusum sit finibus S. Donati. Haec facti adiuncta deberi in hac re perpendi, docet decis. 286, n. 4, part. VIII, et decis, 101, n. 10, part. VIII inter *Recent,* ubi ponitur regula, relevare mappam seu piantami impressam ante motam litem tempore non suspecto.

Sane hae mappae geometricis meusuris descriptae eo tendunt ut praedia, debita servata proportione, submittantur vectigalibus aerario publico solvendis ; quamobrem significare, describere fines parochiales ad easdem nullimode pertinet. Proinde, mirum non est, hunc errorem irrepere potuisse cum damno alterius populi, qui tamen, quamvis sibi vigilaret, facile falli potuit, quia hae tabulae censoriae ad alium finem dirigebantur. Ceterum hoc documentum, quod ad rem nostram parum vel nil probat, ex alia valde est adnotatione dignum, quia nihilosecius decimae pro controverso territorio solutae sunt postea, non secus ac antea, parocho ad S. Nicolai, etiam interveniente ministerio iudicis, sub anno 1815, uti refert ipse parochus S. Nicolai. Decimarum autem solutionem esse factum satis probatum et valore concludens infra dicetur... De erroribus circa fines parochiales insertis in praefatis tabulis, late^ disserit Biagiotti in sua relatione exarata an. 1892, et inter alia notat:, « Per la pura verità e per la giustizia, io debbo aggiungere che oltre il « detto sbaglio catastale che si verifica in una casa posta lungo la via « che da Pizzo di Monte va a Travalle, vi sono anche i seguenti. Lungo « la via Pratesi il catasto assegna alla parrocchia di Pizzo di Monte una « ben lunga ed estesa zona di terra coperta dalle abitazioni di 19 pigio- « nali, di quattro contadini e di due villette, mentre ecclesiasticamente

« quella zona di terra è sempre appartenuta, come si rileva dagli stati « di anime del secolo passato, alla parrocchia di Gonfranco. All' opposto « è sempre stato ed è tuttora sotto la parrocchia di Pizzo di Monte un « tratto di suolo, coperto in passato dall' abitazione di un colono, attri- « buito dal catasto civile alla parrocchia di Capelle, ecc. ».

•**4)** Ex adverso, tabulae topographicae descriptae an. 1582-1586 referuntur ad eam aetatem, quando aemulationes circa fines haberi non poterant, quia adhuc S. Nicolai ecclesia erat filialis et prae illa S. Donati nulla pollebat dignitate et auctoritate, quam postea et sensim acquisivit, uti narratum est in factispecie, et docte probat professor Carrocci. Quocirca ab earum descriptione excludendum est studium partium. Praeterea istae tabulae omnino fundabantur in divisione populorum, seu parochiarum : descriptio autem eo tendebat ut directe imponere! singulis populis seu parochiis onus curandi vias in finibus sui territorii positas. Nihilominus has tabulas valde exiguum valorem historicum habere probat egregius professor Carrocci, et hoc ultro admiserunt Domini, quippe descriptio locorum est omnimode rudis et indeterminata, facta ad prospectum: attamen in casu nostro quia viae sunt ibi descriptae signatis praediis, intersecatis vel confinibus, additisque adnotationibus quae bene distinguere sinunt viam dictam *Travalle,* a via nuncupata *del Berti* (et hoc admittit et recognoscit hodie procurator parochiae S. Donati), hinc hae figurae apte inservire possunt ad nostram quaestionem, quum controversum territorium iaceat inter duas praefatas vias. Cuinam parochiae autem adscribatur, infra expendemus.

5) Quoad hoc ipsum territorium augetur difficultas in dirimenda quaestione, ob diversa nomina quae in antiquis documentis attributa sunt controverso territorio, quia uti advertit sententia Fiorentina « dai « vari contratti e dal modo volgare di parlare .... il nome di *Massa* o « di *Pozzo alla Massa* .... s'intende attribuito a tutta la testata del suolo « controverso lungo la via Barbarinese ». Locum hodie controversum, nuncupatum *dei Donnini* antiquitus vocari *Pozzo alla Massa* admittit et probat peritus architectus florentinus deputatus a parocho ad S. Donati. Ita, inter testes asserentes, decimas parocho ad S. Nicolai solutas esse, Petrus Papi refert, decimas ipsum recepisse « per la parte detta il *Pozzo alla Massa* », seu in controverso territorio. Idem asserit Ioseph Berti. Quare dum parochus ad S. Donati producit relationem cuiusdem popularis comitii habiti anno 1847 quod asseritur locum habuisse *al Pozzo alla Massa* seu, uti ipse contendit, in territorio S. Donati, documentum rem non evincit, quia subest aequivocatio in designatione loci. Sed alias patitur exceptiones hoc documentum, quia producitur neque in exemplari,

neque in copia authentica; quocirca in censu iuridicae probationis haberi non potest.

Ad *ius* autem quod attinet, seu ad valorem probationum hinc inde deductarum, in primis animadverterunt Domini, determinandum esse quinam ex contendentibus sit actor, quinam reus, seu possessor cum commoda possessoris conditione in iudicio, qui onus probationis in alterum transfert adeo ut « actore non probante, reus, etsi nihil praestiterit, « obtinebit »: argum. cap. 3, in fine tit. *de caus. poss.*, Decret. Greg. IX. Quod principium melius determinatur per Regulam 63, iur. in VI, seu: « in pari causa, melior est conditio possidentis ». Unde, prout cum communi commentatur Reiff, tit. *de caus. post.*, n. 44, si contendentes pares vel quasi pares producant hinc inde probationes non sufficientes ad evincendam intentionem unius vel alterius partis, res est dubia et in pari causa, tunc qui possidet, obtinebit; quia habet titulum, possessionem, quo adversarius destituitur. Neque mutatur conditio possessoris in diversis instantiis, ut contendit procurator parochi ad S. Donati, nam et appellans retinet eamdem rei personam quam in prima instantia gerebat, ut docet De Luca, *de iudic*, disc. 3, n. 54. Sane status possessionis in diversis instantiis non mutatur, quia, lite pendente, nihil debet immutari: quare parochus ad S. Nicolai qui recurrit adversus Decretum anni 1896, perseverat esse reus in iudicio, seu possessor.

In re nostra titulus possessionis videtur nullimode posse negari parocho ad S. Nicolai, quippe qui iam pene novem annos exercuit in controversas domus curam animarum pacifice et absque ulla controversia, adeo ut Curia, cum prodierit anno 1896 decretum quo dictae domus adscribebantur parocho ad S. Donati, tamen parochum adversarium retinuit in sui iuris possessione seu quasi possessione, donec definiretur controversia iudicialis promota ab eodem parocho.

Praeterea quamvis admittamus argumentum deductum ex decimarum exactione pati aliquas exceptiones, utpote non undequaque probatum, nihilosecius est satis solide fundatum, adeo ut cum aliis coniunctum indiciis enimpentibus ex reliquis probationibus, possit dici abunde sufficiens ad constabiliendum statum possessionis in exercitio iurium parochialium, favore parochi ad S. Nicolai.

Quantum autem iuvet eiusmodi status ad extricandas quaestiones, ut plurimum intricatissimas, de finibus parochialibus, docetur a magistratibus decisionibus coram Goccino, relatis inter *Recent*, part. V, tom. II. In decis. 433, n. 1, statuitur parochum manutenendum esse in quasipossessione iurium parochialium quousque adversarius invicte non probet suam intentionem. Hanc quasi possessionem acquiri etiam per exerci-

tium unius aut alterius actus pacifice positi (n. 2, decis, cit.) et in decis. 446 in eadem causa Caven. *Limitum parochialium,* n. 1, confirmatur, pondere multarum auctoritatum et iurisprudentiae, favore possessoris, cum agitur de probandis finibus parochialibus, sufficere leviores etiam probationes : quare concluditur: « tandem fuit dictum quod sufficit... « quod materia sit dubia, ut pronunciandum sit favore possessoris: quia « actor tenetur plene et concludenter probare intentionem suam ».

Probationes a parocho ad S. Donati allatae sunt: 1) mappae catastales *geometricae* anno 1821 ; 2) nonnulla instrumenta emptionis et venditionis ubi controversum territorium comprehendi videtur et attribuì parochiae S. Donati; 3) relatio periti Grassi exarata anno 1809. Relatio parochi Bartolini non posse recenseri inter probationes iuridicas iam advertimus.

De mappis catastalibus haec invaluerunt principia in foro et in nostro Ordine. Mappam factam post motam litem, seu controversiis iam eKcitatis, esse suspectam et exigui valoris, Decis. 185, n. 10 ssq., part. VIII; eamdem vero plene frui auctoritate quando sit facta iudicialiter, citata parte et servatis servandis: ita decis. 69, n. 18, part. XVIII, tit. I inter Recent. Ibi res est de mappa privata; agitur vero de publica in decis, cit. 185, part. VIII et firmatur: « Si haec sit impressa longe ante litem « motam, et multo magis si sit approbata per testes formiter exami- « natos, eundem deservire pro *adminiculo* in confinium probatione ». De Luca, *De iudic,* in disc. 25 magis distincte de mappis sive publicis, sive privatis, enunciat easdem regulas in foro et in scholis receptas. Ponit auctoritatem iudicialem tribui tantum mappis confectis, partibus et testibus citatis et auditis. De mappis publicis haec habet: « Ubi vero « agatur de altera specie mapparum geographiearum quae non pro actibus « particularibus sed generalibus ad publicam utilitatem vel commodi- « tatem a geometriae professoribus confectae sunt atque in voluminibus « vel in chartis impressas habemus, et tunc licet regula videatur ut eis « deferendum sit, adhuc tamen huic regulae non ita simpliciter deferen- « dum venit, sed circumspecte et mature procedendum est cum in dies « fallacia in eis detegatur, ubi praesertim controversia sit de aliquo loco « qui in extremitatibus seu confinibus plurium regnorum aut provincia- r u m etc.». De mappis geometricis haec habet idem De Luca, 1. c: « Sed si desumi praetendatur probatio comprehensionis ex mensura quae « resultet ex eadem mappa, continente scalam geometricam cum qua « geometriae professores praetendunt scire distantias, sive quod ipsi « geometrae in eorum tabulis (ut facere solent) adiiciant lineas deno- « tantes ut id quod intra lineam est, dicatur intra districtum vel pro- « vinciam, secus autem quod extra, et tunc eis non defertur, quando de

« hoc principaliter agatur, quoniam hoc non pendet ab eorum arte vel «peritia etc.». Equidem in casu nostro agitur de mappis geometricis censuariis, publica auctoritate confectis, quibus bona ibi descripta submittuntur vectigalibus, et de his notitia habetur accurate ab iis quorum interest; sed geometrae quia munus publicum habuerunt mensuran di territoria geometrice, et non delineandi fines parochiarum, in eis denotandis censentur studio privato procedere, et hinc vel nullam vel parvam, pro diversis rerum adiunctis, fidem merentur.

Secundo loco, de probatione deducta ex quibusdam contractibus ubi controversum territorium adscribitur parochiae S. Donati, et hanc probationem diligenter explicavit in suis animadversionibus sac. Ioseph Salvadori, adverti debet, eiusmodi deductiones pati quamdam exceptionem, penitus enervantem, elidentem vim earumdem probativam. Nam in more est ut praedium dicatur esse in loco ubi domus sita est unde nomen dérivât, etiamsi aliqua pars fundi forte se protendat intra fines alterius parochiae. Praeterea quia sitae denominationes et descriptiones nimis summariae, vulgares et arbitrariae recidebant in damnum aerarii, ipse sacerdos memorat correctiones factas eiusmodi descriptionibus per decretum, *Arroto,* syndaci Scala (Gonfaloniere) anno 1535. Et res ita narratur: « L'altra obbiezione che potrebbe fare si è il contrapporre ai pas« saggi dei poderi di S. Donato l'arroto di n. 69 del 1739: - Quartiere « di S. Spirito, Gonfaloniere Scala, il quale pretende correggere tutti i « passaggi che questo podere ha fatto dal 1641 in poi, e dice che quando « si compose doveva comporsi così: Due pezzi di terra di staia 23 circa « alla misura pratese nel *popolo di S. Niccolò a Calenzano* luogo detto « - il Pozzo alle Masse - (seu revera controversa territorii pars) confi« nate ecc. ». Quod nomen admodum opportune recidit ad firmandam animadversionem antea factam, nempe locum nuncupatum *Pozzo alle Masse* saepe recurrens in documentis et in attestationibus revera comprehendere portionem territorii controversam. Correctiones factas a publico magistratu omnimode evertere adnititur sacerdos Salvadori; sed quin definiatur quaestio sub aspectu historico remittenda ad eruditos viros, sub ratione iuridica sane hae exceptiones vim habent enervandi productam probationem.

Denique examinanda est relatio periti Grassi, exarata occasione quaestionis exortae anno 1809 circa domum Carretti, tunc recens aedificatam, et quaerebatur an pertineret parochiae S. Donati, aut potius alii S. Nicolai.

Peritus domum Carretti attribuit parochiae **S.** Nicolai, ita argumentati: « La casa costruita dal Carretti è collocata a contatto della strada « Bolognese (Barbarinese) dove appunto si riunisce a quella che va a

« Prato, le quali due strade hanno servito e servono di limite ai terreni « dei due popoli in questione, cosicché tutta quella parte di terreno *al « di là* di queste due strade, riguarda S. Donato, appartiene a quella « cura, ed all'opposto i terreni posti *al di qua* delle medesime verso il « Castello di Caienzano, dove è stata eretta la nuova casa, spettano al « popolo di S. Nicola ». Peritus suas facit animadversiones, territorium prospiciens a domo Carretti, et ponit duas vias, Bononiensem et Pratensem, uti limites parochiales; hinc concludit procurator parochiae S. Donati, territorium controversum a perito adiudicari parochiae S. Donati, quum revera hoc territorium sit citra *(al di là)* viam Bononiensem. - Sed probatio non est necessario concludens, quia via Bononiensis producitur ultra domum Carretti et facit cum via Pratensi, ubi hae intersecantur, duos ángulos pene rectos; alterum angulum comprehendentem qua spectet ad septentrionem *(al di là)* territorium quod « riguarda^ S. Donato, appartiene a " quella Cura „ » : qua vero spectat ad meridiem, alter angulus duarum viarum continet domum Carretti,, seu « ed all'opposto, i terreni posti al di qua » pertinent ad parochiam S. Nicolai.

Quae interpretatio optime concordat cum iis quae sequuntur et ab adversario invocantur in suam partem, nempe: « I proprietari di beni « posti sotto la nuova fabbrica pagano tutti le decime alla chiesa di « S. Nicola, il che pure accade per i terreni situati sulla parte di sotto « che riguarda il Carretti ecc. ». Porro, nonnisi improprie et falso dici posset - animadverterunt Domini - controversa praedia - riguardare - prospicere ad Ecclesiam S. Donati, seu *ad septentrionem,* nam ista sunt in decliviis citra viam Travalle et spectant ad ecclesiam S. Nicolai, seu *ad meridiem.* Quocirca illa praedia revera esse quae in questione sunt, valde probabiliter asserere licet. Quamobrem, haec probatio, ut minus dicamus, est aequivoca et non satis favet intentioni parochi ad S. Donati.

Inde concludere licet hunc parochum nullam dedisse probationem evincentem suam petitionem.

Modo Domini expenderunt adversa argumenta quae reduxerunt:

1) ad decimarum exactionem, et 2) ad plantas topographicas anni 1582-86.

De decimis, mandato Curiae parochus Biagiotti fecit inquisitionem anno 1892, ad acta exhibitam ad petitionem Turni, uti relatum est. Inquisitio versatur etiam circa opinionem incolarum controversi territorii, ad fines parochiales quod spectat.

An decimae solverentur et quinam essent fines parochiales, quaesitum est a colonis incolis utriusque parochiae: hi quasi testes inducti

sunt coram inquirente parocho, eosque testatos esse sub iuramento, visum est Dominis non posse in dubium vocari, quia hos testes fuisse legitime iuratos asserit idem parochus in relatione Curiae exhibita sub mense aprilis eiusdem anni, et idem admittit parochus ad S. Donati, in suis litteris die 26 martii 1892 et de attestationibus ita loquitur ut easdem legisse non dubitare liceat.

Quae notitia statim habita a dicto parocho de exceptis attestationibus eisdem maiorem auctoritatem et fidem confert et exceptionem quam ipse non movit, at hodie movit procurator paroeciae, videlicet, decimas non potuisse exigi a colono Alexandro Papi, quia per ordinationem Leopoldi magni ducis anno 1783 decimae exigendae erant non a parocho, sed ab officialibus (Camerlenghi) Municipii; eiusmodi exceptionem in facto nullum habere fundamentum patet, quippe ipse Becattini admittit in citatis litteris: « Egli (il Papi) ritirava le decime dei « popolani tutti di Calenzano quando era colono ecc. » et tantum dubitet exegisse a colonis Ciampi pro parte praedii controversa.

De valore harum attestationum in primis adverterunt Domini, has certe non esse iudiciales, quia non exceptae sunt citatis et auditis partibus, aliisque servatis de iure servandis. At non exinde eis omne pondus denegandum est. Sane De Luca, *De iudic,* disc. 32, n. 1 seq. disserens de eiusmodi probatione, notat adesse hanc speciem attestationum : « quae « dicitur per testes ad futuram rei memoriam, sive pro informatione, « coram notario publico, vel apud acta alicuius iudicis, etiam cum iura- « mento examinâtes, nemine tamen citato atque in forma voluntariae « potius quam contentiosae iurisdictionis », et infert regulam esse « quod « perfectam et concludentem probationem non faciunt, cum attestationes « potius quam testes dicantur ». Sed advertere non praetermittit, ibi n. 6: « Super his autem impossibile est certam regulam statuere generalem, « cum revera totum pendeat ex singulorum casuum particularibus cir- « cumstantiis, prudenti iudicis arbitrio ponderandis etc. ». Decis. 204, n. 11, part. 9, *Recent.*

Iamvero, parochus inquirens, a Curia deputatus, suffraganeus parochiae plebanalis S. Donati, visus est Dominis plane eiusmodi mandati dignus, in quem nullam exceptionem movit parochus ad S. Donati, quamvis hunc sciret suae intentioni non favorabilem. Personae autem interrogatae sunt simplices et rudes, et, ut plurimum, religiosis moribus instructae, quae in suis assertionibus, praesertim iuratis, fidem merentur.

Nihilominus parochiani S. Nicolai contradicunt omnes attestationibus parochianorum alterius ecclesiae. Quare viderentur omnes attestationes nihili faciendae esse.

Verum si uti par est ponderentur, videntur multo magis valere et potiores esse attestationes quae favent parocho ad S. Nicolai. In hoc examine prae oculis habenda est regula trita in foro, nempe « magis « creditur duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus » : quia affirmans aliquid scire vel cognoscere asserit, dum negans, dumtaxat se nescire ait. Reiff. *De fid. instrument.,* n. 298 et in decis. *Recent.* 272, n 2, part. 2; 141, n. 7; 54, n. 13, part. 4, tom. 2; 294, n. 11, part. 5, tom. 1, ecc.

Atqui testes Ciampi Augustinus eiusque pater a procuratore parochiae S. Donati producti, referunt: « Io non so nulla. Non ho ricordanza « che sieno state pagate ». Et Iulius Fabi : « Di questa questione non « posso dir nulla ». Positivam, seu non pure negantem reddidit attestationem iuratus coram notario Carolus Ciampi, filius aut nepos fratrum Ciampi de quibus antea: « Non sono mai state pagate dalla sua fami- « glia nè da lui le decime ad alcuna chiesa ». Verum ex adverso, multo antea, coram parocho Biagiotti, eius sorores, uti videntur, vel certe arcte coniunctae, Annuntiata et Carola Ciampi, testatae sunt: « Si, (i Ciampi) « ne hanno sempre pagati due quarti e veniva a prenderli il contadino « del pievano ». Hic est Alexander Papi, qui testatus est: « Si, per la « presa detta *Rozzo alle Masse,* ci sono andato sempre io a riscuoterle ». Praeterea narratur a Petro del Ciabatti, nepote, ex sorore fratrum Ciampi : « La mamma (Annuntiata Ciampi) anche prima che cominciasse questa « questione diceva sempre : " A casa mia si pagava la decima a Calen- « zano ecc. „. Di più la zia (Carola Ciampi) disse a casa mia che essendo « andata dai suoi fratelli, cioè dai Ciampi, volevano che tornasse a Pizzo- « dimonte per dire diversamente da quello che aveva deposto e che vole- « vano far passare la mamma da demente, ecc. ». Quare dubitare non licet attestationes redditas esse cum studio partium, sed multo magis affirmativae et concludentes sunt attestationes parocho ad S. Nicolai faventes.

Nam, praeter recensitos, Petrus Ciampi, nepos adversantium, et ipse, fatetur: « Mio padre diceva sempre che le decime della terra sotto la « strada . . . le avevano sempre pagate a Calenzano ». Rosa Bettarini, fassa est: « Le ho vedute pagare io (dai Ciampi) quando era ragazza « ed ho veduto che il Ciampi pagò il grano delle decime a Francesco « Papi ecc. ». Item, Ronconi Ioannes, et de facto proprio idem testatur Carolus Zacchini.

Huiusmodi attestationes favore parochi ad S. Nicolai, quantumvis per se non efficiant probationem' omni exceptione maiorem, tamen multum superexcedunt efficaciam exceptionum et vim habent probativam seu faciunt semiplenam probationem praecipue ob externa adminicula quibus sustentantur.

Siquidem ad acta deductus fuit liber quo ab anno 1565 ad annum 1692 excriptae sunt decimae et de his haec habet Curia Florentina in relatione diei 9 ianuarii 1913 a RR. PP. Dominis exquisita : « In questo « decimario si trova dal 1565 al 1692 addecimato due volte sotto il num. 61, « e una volta sotto il num. 60 un podere, luogo detto " al Pozzo alle « Masse „ dei Sommai, la casa oggi nel popolo di S. Donato era con decima « di mezzo staio e una mina di grano, la quale apparisce pagata puntual- « mente fino a tutto il 1692. Inoltre due volte sotto il n. 62, e una volta « sotto il n. 61 è addecimato anche il podere, luogo detto sul monte di « S. Donato ... per le terre che ha in Calenzano ... ora essendo il nome di « " Pozzo alle Masse „ quello del terreno controverso, e due terzi di « questo terreno appartenendo al podere di S. Donato che ha casa colo- « nica nel popolo omonimo fino ad oggi, è chiaro che la decima pagata « a S. Nicolò per quei terreni nel 1561 fino al 1691 è identica a quella « che negli ultimi tempi venne abolita ».

Praeterea quia ipse parochus Biagiotti fassus est, colonos Liei et Pelagatto, excolentes terras in controverso territorio positas, nunquam decimas solvisse, inde parochus Becattini et hodie procurator parochiae S. Donati exceptionem faciunt, advertentes, hoc factum destruere assertiones adversas testium, quia si hi coloni non solverunt, coniicere licet nec alios solvisse.

Sed, contra, animadvertit parochus Biagiotti adesse rationem non solutae decimae, quippe haec praedia olim pertinebant seu ante direptionem bonorum a Napoleone decretam, ecclesiae S. Donati; ecclesias autem non fuisse solitas ecclesiis decimare. Quam rationem undequaque solidam, confirmationem habet magnopere opportunam ad rem nostram a relatione iam citata periti Grassi, anni 1809, qui argumentum deducens a solutione decimarum, notat: « Il che pure accade per i terreni « situati dalla parte di sotto che riguarda il Castello, *se si eccettuino « alcuni effetti della Pieve di S. Donato, che non soffrono, come beni eccle- « siastici, questo aggravio* ». Proinde confirmatur etiam conclusio, iam posita, nempe controversum territorium etiam a perito Grassi fuisse attributum parochiae S. Nicolai.

Perpenderunt Domini attestationes recollectas a parocho Biagiotti, faventes parocho ad S. Nicolai, famam seu opinionem publicam penes illos populos referentes. Hi testes fatentur, hoc semper ab aliis audivisse, a maioribus recepisse : unde recolunt opinionem publicam et exstantem, asserentes: « Io ho sempre sentito dire e tutti i sottoscritti depongono « che hanno sempre sentito dire: " I miei vecchi dicevano sempre che « il Pozzo alle Masse era il confine „ ». Haec et similia testes deponunt.

Ad rem facit Mascard., *De probat, conclus.*, 394, n. 1 et ssq. « Con« fines probantur per istrumenta ... *primo* ampliabis, conclusionem pro« cedere, licet talia instrumenta, dummodo antiqua sint, non directe, sed « enunciative et assertive, mentionem de finibus faciant... In probatione « confinium non requiritur directa probatio, sed sufficit probatio admi« niculativa per verisimilia adminicula ».

Curia Fiorentina, quia argumentum decisivum censuit obtineri ex plantis topographicis quas modo expendemus, penitus examinare non curavit argumentum decimarum, et hinc sententia fassa est huic probationi posse inesse vim « quando venisse bene accertata la loro natura « ed il titolo vero della loro prestazione, mentre allo stato degli atti, « l'una e l'altra cause rimangono affatto indeterminate ». Hodie vero has decimas fuisse *praediales-sacramentales,* ex his quae Curia deduxit, non potest in quaestionem revocari, et pars adversa ne exceptionem quidem movit. Ceterum praesumptio est, decimas praediales sacramentales exigendas esse a parocho in cuius territorio sunt praedia, etsi agricolae alterius ecclesiae parochiani sint. De Luca, *de decimis,* disc. 32, num. 2 ; Reiff., *de decimis,* n. 94. Hoc ut axioma habendum esse dixerunt Domini: ex quo scatent necessaria corollaria, nempe:

1) quod si quaestio oriatur cuinam paroeciae dominus fundi pertineat, nullum potest ex harum decimarum solutione documentum absolute probatorium haberi, et questio altero ex capite solvenda erit. E contrario,

2) si quaestio sit cuinam paroeciae pertineat fundus e quo colliguntur decimae, tunc a solutione decimarum semper argumentum probatorium haberi potest, utpote quia fundus, ex quo colliguntur decimae, semper pertinet ad paroeciam cuius in finibus fundus ipse situs est.

Ante Bonifacium VIII res diversimode se habebat, quia fideles adstringebantur ad decimas solvendas, etiamsi fundos haberent in paroecia aliena (Cf. cc. 18, 20, 32, tit. XXX, lib. III, decret. Greg. IX). Attamen progressu temporis, cum litigatores magis magisque instarent in regula finium custodiendorum, Bonifacius VIII in cap. II, tit. V, lib. II, et in c. 2, tit. XIII, 1. III, in VI statuit, decimas reales solvendas esse parocho intra cuius ecclesiae fines reperiuntur fundi, ex quibus decimae praecipiuntur.

Fit exceptio, quando scilicet erigitur nova paroecia intra limites alterius: quo casu quandoque constituitur ut decimae, non novae paroeciae seu paroeciae filiali, sed matrici ecclesiae solvantur in recognitionem matricitatis, seu antiqui dominii, quod fit iure privilegiato et hoc aliis quoque in casibus concedi potest.

Attamen ut decimatio constituat argumentum probatorium ac litis decisorium, requiritur ut agatur de decimis sacramentalibus et realibus, minime vero de decimis personalibus aut dominicalibus, etiamsi decimae istae dominicales sint reales. Insuper attendi debet, utrum ius decimandi spectet parocho intra cuius fines paroeciae fundus situs est, ratione praescriptionis aut particularis privilegii; et in dubio semper praesumendum est pro ordinaria et consueta disciplina quae tenet decimas reales solvi semper titulo sacramentali, ut ita dicam, et non dominicali, et praescriptio aut privilegium opportunis et concludentibus probationibus semper erit demonstrandum. Iamvero in casu nostro, Domini dixerunt agi de decimis praedialibus, quae demonstrantur solutae parocho S. Nicolai.

Probationem deductam ex plantis topographicis an. 1582-1586 iudex florentinus opinatus est esse decisivam. Ad rem autem censuerunt Domini antea esse investigandum an ex hisce plantis eruatur controversum territorium uni potiusquam alii paroeciae pertinere; dein fiet quaestio an eisdem sit fides adhibenda. - Peritus qui mandato parochi Becattini primo examinavit has plantas, opinatus est hoc esse documentum vere « preziosissimo ed eloquente » quia inibi describebatur parochiae cum suis finibus, seu viis aut praediis confinibus, prouti patet inspicienti has figuras. Populus S. Donati describitur habens ad meridiem suos fines ad viam *A*, ita descriptam in notationibus : « La strada « segnata *A* che si parte di su a confini di Santo Niccolò fra beni dei « Sommai, larga b. 7 ... e finisce in un fiume della Marina fra beni del « Beccuti e del Ginori larga b. 6 e lunga b. 5,50 ».

Populus S. Nicolai ad septentrionem fines habet ad eamdem viam, qua ad *meridiem* terminat parochia S. Donati, sed haec via tantum signatur in suo principio et termino, quia uti iam adnotavimus, scopus erat Moderatorum Reipublicae, has vias assignare curandas populis ad quos pertinebant. Quare fines S. Nicolai ad meridiem non est via signata *A*, sed quaedam territorii pars signata in planta S. Donati, littera *Z* distincta, nullam domum continens. Dein delineatur via sub littera A 1 ita excripta in notis: « La strada segnata A 1 che si parte dalla « strada segnata *Z*, fra beni dei Sommai, larga b. 4 e mezzo... et finisce « su el fiume della Marina larga Ba 5 et lunga Ba 1515 ». Peritus florentinus perspiciens quod si admittatur viam signatam *A* in planta S. Donati esse viam *Travalle* iam finita erat eausa S. Donati quia in hac suos fines habuisset, uti contendit parochus adversarius, demonstrare nisus est viam signatam *A*. in pianta S. Donati esse viam *dei Berti*, eamdemque, in planta S. Nicolai, signatam esse littera A 1. Sed

eiusmodi conclusio contraria est evidentiae facti et notis plantae adnexis, quippe duarum viarum diversa est latitudo et longitudo; atque earum percursus, habita ratione fundorum confinium, respondet, respective, hodiernis viis *di Travalle* seu *delle Bertoline* et *Via del Berti.* Quamobrem hodie procurator paroeciae S. Donati reiicit uti assurdam conclusionem periti fiorentini, et admittit descriptionem topographicam paroe-r ciae S. Donati desinere in Viam *Travalle,* sed fecit suam conclusionem domini Del Badia, nempe quod huiusmodi plantae « non dimostrano « la misura, i confini del territorio appartenente a ciascuna parrocchia, « essendo state fatte unicamente per constatare la misura delle strade, « affinchè si potesse in seguito verificare se fossero ristrette, occu« paté, ecc. ».

Verum critica historica non destruit hoc factum, nempe territorium controversum contineri in territorio assignato « in pianta topografica » paroeciae S. Nicolai; ast haec critica vellet ut fides denegaretur huiusmodi descriptioni. Iamvero animadversiones factae a peritis historicis sunt nimis generales, et quamvis admittamus has plantas non esse ab erroribus immunes, tamen nemo non videt quantam lucem hae descriptiones, factae uti diximus tempore non suspecto, afferant in nostra controversia.

Nihilominus, quia iurisprudentia est « divinarum et humanarum « rerum notitia, iusti atque iniusti scientia » (Ulp. 1. X *de iust. et iur. Big.),* ita rationem habere volumus de critica historica, et admittere exinde extenúan valorem huius argumenti.

Si vero hoc argumentum iungatur alteri deducto ex decimarum exactione, ea conflatur probatio quae moralem certitudinem omnimode gignit.

Neque praetermittendae sunt regulae quae moderantur eiusmodi quaestiones per iurisprudentiam N. S. O.: siquidem uti asseritur in decis. 286, n. 1, part. VIII. *Recent,* ubi agitur de probandis confinibus in antiquis, admittuntur leviores probationes et coniecturae quae simul iunctae iudici moralem persuasionem pariunt. Quod si perseveret dubium, tunc suppetit certa regula, meliorem esse conditionem possidentis.

Ast in casu nostro possessio certa assistit parocho ad S. Nicolai, et hinc, quamvis labiles velint dici probationes ab eo productae, multum superexcedunt vim adversarum deductionum, quamobrem, nedum in pari causa, sed in longe meliore causa respondendum est pro reo, seu possessore.

Nullimode vere heic invocari posset praesumptio, seu assistentia iuris favore S. Donati, quia haec est ecclesia matrix a qua divisa est ecclesia

S. Nicolai; nam praesumptio, seu assistentia iuris, nullimode praevalere potest possessioni; uti firmatur in decis. 456, part. 18, tom. *% recent.*

Hisce igitur omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Iurisdictionem parochialem competere parocho S. Nicolai in controverso territorio, in casu.* Expensas vero iudiciales volumus inter partes haberi compensatas.

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim can. 3, sess. XXV, Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Roma© in sede tribunalis sacrae Romanae Rotae, die 5 maii 1913.

M. Lega, *Decanus Ponens.*
Guilelmus Sebastianeiii.
Iosephus Alberti.

Ex Cancellaria 4 iunii 1913.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREP ARATORI A.

Il giorno 26 agosto 1913, presso l'Emo e Rmo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. servo di Dio Giovanni Battista da Borgondia, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori, fu tenuta la Congregazione dei sacri Riti Antipreparatoria, nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima fu discusso l'eroismo delle virtù, esercitate dallo stesso Ven. servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO.

La Direzione dell'***Annuario Pontificio*** prega vivamente gli Illmi e Revmi Monsignori, Arcivescovi, Vescovi, Abati, Superiori degli Ordini Religiosi, Rettori dei Collegi Urbani e quanti possano avervi interesse, di voler inviare a questo ufficio (presso la Segreteria di Stato - Vaticano) le notizie e rettifiche riguardanti le rispettive Diocesi ed Instituti da inserirsi ***nell'Annuario Pontificio*** pel prossimo anno; in conformità delle Lettere ed istruzioni date da Sua Eminenza Revma il Sig. cardinale Merry del Val, Segretario di Stato di SUA SANTITÀ, in data del 15 giugno 1911 e 1912.

NOMINE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario Apostolico ad instar participantium:

2 agosto 1913. — Mons. Giuseppe Holder, vicario generale della diocesi di Dunkeld e prepósito del capitolo di quella cattedrale.

Prelato Domestico di S. S.:

30 luglio 1913. — Mons. Augusto Maria Taggiasco, di Roma.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 agosto 1913. —- Al sig. Marcello de la Bignè de Villeneuve, dell'archidiocesi di Rennes.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 agosto 1913. — Al sig. Pietro Darey, residente in Pietroburgo.
— Al sig. Paolo Lagier, direttore della Banca di Francia in Pietroburgo.
14 agosto. — Al sig. Giovanni Sutton, della diocesi di Lincoln.
17 agosto. — Al sig. Angelo Petit le Brun, della diocesi di Versailles.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

12 agosto 1913. — Al sig. Lorenzo Sympa, tenente sanitario del Corpo della Guardia Palatina d'onore.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 luglio 1913. — Al sig. Giuseppe Pierre, della diocesi di Bourges.
13 agosto. — Al sig. Carlo Kambo, di Roma.

Annus V. - Vol. V. Die 27 Septembris 1913. Num. 15.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

SOCIETAS « AB ORATIONE ASSIDUA PRO PONTIFICE », BARCINONE INSTITUTA, ERIGITUR IN ARCHISODALITATEM CUM FACULTATE AGGREGANDI UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Nostra plurimum interest, ut populus oret pro Nobis; in tot enim tantique momenti negotiis sustinendis, atque in Apostolico munere, Nobis divinitus commisso, fideliter obeundo, communione precum potissimum adiuvamur, atque ob pia fidelium ad Altissimum vota, novas divinitus vires acquirimus. Quare non sine spirituali laetitia comperimus Barcinone piam Sodalitatem vulgo appellatam « ab Oratione assidua pro Pontifice » canonice erectam exstare, frugiferum ad finem orandi sine intermissione pro conservatione ac triumpho Pontificis Romani. Barcinonensium autem Episcopus significat Nobis Sodalitatem eandem sociorum numero ac pietate florere; plures, societatis ipsius cura, sacras functiones maximo cum spirituali emolumento peragi; sodales ad eucharisticas dapes frequentia in exemplum adducenda accedere; plurimos etiam e religiosis familiis viros societati eidem nomen suum tradere; atque ita in dies huius sodalitii ope devotionem et amorem erga hanc divi Petri Sedem passim in populo percrebrescere. Cum vero et in aliis dioecesibus similia sodalitia erigi velint, addit super enunciatus Barcinonensium antistes in votis sibi admodum esse, ut Sodalitatem ipsam ad Archisodalitii dignitatem evehere dignemur, addita facultate cognomines societates sibi aggregandi. Nos autem votis his

piis benigne annuentes, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro Concilii Tridentini decretis interpretandis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, Societatem « ab oratione assidua pro Pontifice » Barcinone, uti supra diximus, conditam, in Archiconfraternitatem cum consuetis privilegiis perpetuum in modum erigimus atque instituimus. Archisodalitatis autem sic per Nos erectae moderatori atque officialibus praesentibus et futuris, Apostolica pariter Nostra auctoritate, potestatem largimur, ex qua ipsi, servatis tum- Clementis Pp. VIII praedecessoris Nostri rec. me. tum reliquis Apostolicis constitutionibus et ordinationibus desuper editis, alias eiusdem nominis atque instituti societates, ubique terrarum canonice erectas, sibi aggregare, et cum illis indulgentias omnes eidem Archisodalitati a Sede Apostolica concessas, quae cum aliis communicari queant, communicare licite possint ac valeant. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ipsique Archisodalitati nunc et in posterum plene suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri si secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die **XXIV** iulii **MCMxrii,** Pontificatus Nostri anno decimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,** .
ce Secretis Status.

L. |$i S. ,

IL

ARCHICONFRATERNITAS SANCTI CRISTOPHORr IN OPPIDO «SAINT-CHRISTOPHE LE JAJOLET » DIOECESIS SAGIENSIS ERECTA, INDULGENTIIS DITATUR.

PIUS PP. x,

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat in loco vulgo *St-Ghristophe le Jajolet* appellato dioecesis Sagiensis intra fines, pium Sodalitium in honorem sancti Christophori periclitantium patroni, iam inde ab anno MDcccLXXxxix canonice institutum, ac brevi, favente Domino, adeo diffusum, ut illud anno superiore dignum Nos Ipsi duxerimus, quod per similes Litteras Nostras die VIII februarii mensis piscatoris annulo obsignatas ad Archisodalitii gradum eveheremus, cum facultate cognomines societates in universo terrarum orbe sibi aggregandi. Nunc autem cum

Archisodalitii ipsius moderator Nos enixis precibus flagitet, ut tum enunciatae Archiconfraternitatis tum eidem aggregatarum rite confraternitatum sodalibus praesentibus et futuris peculiares nonnullas indulgentias largiri de Apostolica Nostra benignitate dignemur, Nos precibus his, quae in tam frugiferae consociationis bonum atque emolumentum cedunt, quantum in Domino possumus, annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Inquisitoribus generalibus, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus qui vel in Archisodalitatem memoratam, vel in unam e Societatibus ipsi archisodalitio rite aggregatis, nunc et in posterum ingredientur, die primo eorum inscriptionis, si vere poenitentes et confessi SS. Eucharistiam sumpserint, plenariam; ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis vel in dicta Archisodalitate, vel in qualibet e Societatibus ipsi aggregatis Sociis, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si admissorum confessione expiati ac viatico muniti, vel quatenus id agere nequiverint, nomen Iesu, ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, mortemque tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint, etiam plenariam ; denique iisdem pariter in Archisodalitatem primariam, vel in eidem aggregatas Societates nunc et in posterum relatis sodalibus, qui singulis annis die festo S. Christophori Mart., aut uno e septem diebus continuis immediate respective sequentibus, ad cuiusque eorum lubitum eligendo, sacramentali admissorum exomologesi expiati, atque eucharisticis dapibus recreati, propria Archisodalitatis vel respectivi Sodalitii ecclesiam aut oratorium, si exstet in locis ubi hi degunt, secus cuiusque curialem aedem visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, similiter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea eisdem sodalibus nunc et in posterum pariter supradicta in Archisodalitate, aut in aggregatis Societatibus rite inscriptis, qui quatuor per annum diebus, a respectivorum locorum Ordinariis semel tantum statuendis, contrito saltem corde, aut propria Sodalitii ecclesiam sive sacellum, aut in locis ubi ipsa non reperiantur, propriam cuiusque curialem aedem, preces, uti superius diximus, fundentes celebrent, de numero poenalium, in forma Ecclesiae solita, septem annos totidemque quadragenas; quoties autem iuxta Archisodalitii tabulas, aliquod pietatis, sive caritatis opus exercuerint, similiter de poenalium numero, centum illis dies, in forma Ecclesiae consueta, expungimus. Tandem largimur fidelibus iisdem, si

malint, liceat, excepta plenaria in mortis articulo lucranda indulgentia, reliquis omnibus sive plenariis sive partialibus indulgentiis ac peccatorum remissionibus, functorum vita labes poenasque piare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subcriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xvn augusti MCMXÍJI, Pontificatus Nostri anno undecimo.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**
a Secretis Status.

L. £g S.

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. ANTONIUM MENDES BELLO, PATRIARCHAM LISBONENSEM, RECENTIORA REIPUBLICAE LUSITANAE IN ECCLESIAM ACTA CONQUERITUR.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionen. — Ubi Reipublicae Lusitanae decretum exstitit de societate discindenda Civitatis et Ecclesiae, equidem non cunctati sumus id facere quod apostolici Officii Nos voce admonebamur; litterasque encyclicas « Iamdudum » ad universos catholici orbis Episcopos dedimus, quibus in litteris cum alia conquesti sumus detrimenta quae religioni populi Nobis carissimi iam importata essent, tum praecipue illam damnavimus nefariam legem quae inchoato in Ecclesiae perniciem promotoque operi tamquam fastidium imponeret. Qua in re Nobis non ea sane affulgebat spes, eos qui tum Rempublicam gubernarent, brevi mutaturos esse consilium, conversoque sapienter itinere, sese ex contemptu atque odio ad avitam reverentiam custodiamque revocaturos Religionis catholicae, quae veterem Lusitaniae et potentiam genuit et gloriam. Sed tamen opinabamur posse fieri, ut, cum improba lex deducenda esset in usum, primo animorum tumore paulatim defervescente, humanitatis aequitatisque ratio aliquid valeret ad immodicam ipsius legis molliendam severitatem. Iam vero hanc opinionem res fefellit vehementer: in bello enim contra Ecclesiam administrosque Ecclesiae suscepto tanta tamque acri contentione

perseveratimi est, ut Nos, venerabilis Frater, ducamus Nostrarum partium esse per hanc epistolam recentiora quaedam istorum Reipublicae gubernatorum acta expostulare graviter et conqueri.

Illud, primum omnium, dolendum Nobis fuit vos, qui Lusitanis praeestis Ecclesiis, teque ante alios - Episcoporum ex Lusitania, quorum his temporibus ubique est nobilitata virtus, merito principem - quamvis sedulos in obtemperatione publicis potestatibus debita et praecipienda et praestanda, in ius vocari violenterque e vestris exturbari sedibus, huius nimirum unius criminis reos, quod nullo pacto potueritis adduci ut, sacrosancta officia violantes, legum statuta probaretis, quae Nos, utpote Religioni perniciosa, improbassemus. Hanc eamdem ob causam complures e sacerdotum ordine gravissimus viros vel similiter expelli vel etiam coniici in vincula: utrisque vero omnem pervicaciter denegari iniustae remissionem poenae, contra atque ipse Reipublicae praeses, quodam sensu aequitatis impulsus, palam se cupere declarasset. Deinde, non satis habitum est Ecclesiam de possessione bonorum, quae sanctissimis maximeque legitimis nominibus ipsius essent, deiecisse: eo usque imperiosorum hominum procedit arbitrium, ut Ecclesiae ne licentiam quidem permittant corrogandae libere piorum stipis, unde aliqua ex parte cum divinum cultum tueatur, tum ministrorum Dei, quos ad summam egestatem redactos videt, necessitatibus occurrat. Huc accedunt illa non minus deploranda: quod consociationibus *schismaticis* consiliisque *laicorum,* ad legis praescripta conflatis, in disciplinam religiosi cultus, atque in templorum sacraeque suppellectilis usum amplior atque adeo absoluta iam datur auctoritas; quod, ut minaciter denuntiatum erat, iam nonnullis locis sacrae aedes per vim, quamvis acriter repugnante populo, sunt clausae; quod in sacra Seminaria, quae quidem nec multa et misera supersunt, quotidie ingravescit, eorum se gubernationi immiscendo, civilis potestas; quod in ipsis privatis studiorum domibus, nedum in publicis, nullam tradi licet de religione doctrinam; quod ipsae haud ita pridem interceptae sunt litterae huius Apostolicae Sedis, quibus Episcopi cum reliquo Lusitaniae clero edocebantur quemadmodum se difficili quadam in causa gerere deberent. Postremo, ab iniuria, insigniter in personam dignitatemque Nostram contumeliosa, non est nuper temperatum, cum factum est, ut in hac alma Urbe paene sub oculis Nostris lex a Nobis damnata vim suam exerceret. De Instituto loquimur sancti Antonii Lusitanorum, vetusto ac nobili religionis beneficentiaeque monumento, quod quidem, violatis, quae quisque politus humanitate populus habet sacra, testamentis piisque voluntatibus mortuorum, in Institutum alius naturae ac nominis converti vidimus.

Haec Nos, venerabilis Frater, pro Apostolici officii conscientia, ut diximus, facere non possumus, quin iterum detestando et conquerendo denuntiemus. Solliciti Nos quidem et anxii sumus Ecclesiae Lusitanae causa, quae fortasse numquam tam gravibus fuit obiecta periculis; sed dolemus quoque vehementerque dolemus vicem nationis istius et gentis, cui, cum ad emendandam fortunam disciplinamque civilem omnino munera pacis necessaria sint, domestici eiusque in primis exitiosi belli faces subiiciuntur. Quicumque enim praeiudicatis opinionibus partiumque studiis non serviunt, omnes consentiunt nullam populis capitaliorem esse pestem, quam intestina certamina dimicationesque religionis, ut quae maxime alienent animos inter se civium, viresque communis utilitatis effectrices elidant et dissipent. Verumtamen aegritudinem Nostram illud valde levat, quod certo scimus Dei providentis nutu omnia ad salutem Ecclesiae sanctae dirigi, divinamque opem ei tempestive non defore. Nec paulum solatii capimus etiam ex fide, obsequii virtutisque plena, Episcoporum et cleri et catholicorum Lusitaniae in Vicarium Iesu Christi, cuius fidei documenta habuimus iam et plurima et admirabilia. Supplices autem rogamus Deum, velit, hac depulsa tempestate, celeriter Lusitaniae catholicae serenos referre dies; atque interea, caelestium auspicem munerum, ac praecipuae caritatis benevolentiaeque Nostrae testem, tibi, Venerabilis Frater, tuis omnibus in episcopatu collegis, atque universo populo Lusitano apostolicam beneditionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i mensis martii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS **PP.** X.

II.

AD DOMINOS KINTZINGER, ERNEST, FEDERSPIL, PRAESIDES, ET CÜNY, SECRETARIUM CONSILII SEU COMMISSIONIS METENSI CONVENTUI CATHOLICORUM GERMANIAE CURANDO, OB LITTERAS OBSEQUII PLENAS BEATISSIMO PATRI AB EISDEM REVERENTER EXHIBITAS.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratias ex animo vobis agimus, dilecti Filii, qui de solemni catholicorum hominum e Germania conventu proxime habendo Meus ea quidem vestro et ceterorum omnium nomine ad Nos perscripsistis, quae Nos magno opere delectaren! Etsi enim iam Nobis erat probe cognitum quam vos divinae Religionis studiosi et quem ad modum erga Apostolicam hanc Sedem

essetis affecti, tamen accidit periucundum quod pollicemini vestra vos consilia illustri declaratione cum fidei in Christum Deum tum obsequii in Vicarium Christi auspicaturos esse. Perspecto autem vestro Ecclesiae matris amore, non est mirum si, cum saecularia sacra toto orbe terrarum celebrentur ad recolendam pacem libertatemque ipsi Ecclesiae divinitus a Constantino datam, immortalis facti vestris in contionibus ardens quaedam commemoratio fiet. Quae quidem commemoratio recte vos non vultis in vacuam quamdam gratulationem abeat, sed, cogitationes a praeteritis temporibus ad praesentia revocando, vestram elaborandi pro Ecclesia alacritatem exacuat. Itaque, cum molestissime feratis, sicut optimus quisque catholicorum, principem animarum vestrarum Pastorem in hac non sane digna conditione rerum etiamnunc versari, propositum habetis postulare denuo et vehementer, ut Pontifex Romanus tandem in possessionem plenae eius libertatis restituatur, quam suprema ipsius dignitas et communis catholicarum gentium Patris potestas requirit. Est praeterea consentaneum virtuti vestrae vos ad Ecclesiam quibus impeditur vinculis solvendam animos attendere. In quo illud Nobis praecipue placet, vos pro virili parte daturos operam ut Congregationibus Ordinibusque Religiosorum libera vivendi agendique facultas in utilitatem christiani populi lege tribuatur, et nativa ac sacrosancta Ecclesiae in scholis publicis iura ne violentur. Velle enim Religionem inde exulare, ubi tenerae finguntur mentes filiorum Ecclesiae, improbitatis genus est inhumanae et perniciosae, cui constanter est resistendum. Vos vero non in hoc solum genere, sed usque quaque videmus paratos pro Religione fortiter contendere, quibus quidem nedum est curae ne regnum Christi quidquam detrimenti domi capiat, sed etiam ut foris per sacras missiones ad barbaros magis ,ac magis dilatetur. - Ceterum fore ut conventus iste optimos fructus rei catholicae per Germaniam afferat, spem bonam Nobis facit, tum omnium vestrum amor Ecclesiae, tum usus rerum et prudentia gravissimorum virorum, quibus vos omnesque e Germania catholici utimini ducibus, tum etiam studium religiosissimae urbis quae conventus habendi sedes erit. Etenim istorum civium pietatem et fidem nemo ignorat, qui conventum Eucharisticum Metensem recordetur. Nos autem rogamus Deum, ut det vobis *sedium suarum assistricem sapientiam,* vosque gratiae suae muneribus adiuvet; quorum auspicem eandemque paternae Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedictionem vobis omnibus, dilecti Filii, amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxv mensis iulii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

III.

AD CAROLUM CARD. DE HORNIG, VESZPRIMIENSIUM EPISCOPUM, VIGESIMUM QUINTUM EPISCOPALIS MUNERIS ANNUM EXPLENTEM.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Iamdudum noveramus te nullam unquam officii partem deserere, quin etiam tam diligenter in pastorali munere versari, ut Dei cultum populique tui salutem mirifice curares; dignum propterea duximus, quem romanae purpurae honore augeremus. Hoc quidem Nostrum de te iudicium confirmavit exhibita Nobis non multo ante de statu dioecesis Veszprimiensis relatio; quam cum legeremus, tum gaudio cumulati sumus, tum laudes gratiasque egimus benignissimo Deo, qui te ad talem agendi sollertiam et ad tantum largiundi studium inflammarit. Laetabilia enim exponebas ac plena solacii: id est clerum istum doctrinis omnis generis rite instructum ; christiano populo supernaturalis vitae adiumenta abunde praebita; novas parochiales curias ad sacrorum canonum praescripta constitutas ; templa permulta tuis impensis a solo excitata ; ingentem praeterea pecuniae vim in id insumptam, ut christiana omnia instituta florerent quam maxime. Quae cum reputemus, videmur nullo pacto posse haec tanta tibi aptius gratulari, quam optantes, ut pro *diebus plenis* episcopalis officii tui, quo annos iam quinque et viginti es sancte perfunctus, praemium tibi Deus rependat amplissimum. Cuius auspicem et paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte Fili Noster, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i mensis augusti anno MCMXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

IV.

AD R. P. D. MICHAELEM C. VASQUEZ, EPISCOPUM TIT. LEGIONENSEM, PRAESIDEM VIRORUM COETUS REGENDO OPERI A LEONE XIII NUNCUPATO, OB LEGUM STATUTA, QUIBUS EADEM SOCIETAS REGITUR, BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITA.

Venerabilis Frater, salutem- et apostolicam benedictionem. — Levandis opificum angustiis fovendaeque in iisdem religioni opportune admodum factum ut perillustris civis Melchior Concha y Toro Societatem

instituere^ quam moderaris. Exhibita sunt Nobis superioribus diebus legum statuta quibus regitur; ex iisdem plane perspeximus quam amanti sapientique caritatis consilio Societas ista opificum complectatur causam. Placuit prae ceteris provida penes eamdem gratifieandi ratio, qua nimirum operariis ita consulitur, ut habeant sensim quo sibi ipsi auxilium ferant, sociisque dum aedes et cetera suppeditantur vitae, subsidia haud praetermittuntur quibus prospicitur animis ad sempiterna iuvandis. Cuiusmodi providendi genus congruit sane, ut optime nosti, christianae caritati et ad bonorum opinionem Societati demerendam haud exiguum arbitramur habere momentum. Hisce libenter addimus paternae hortationis Nostrae stimulos et confidimus salutare hoc institutum tanto eos prosequuturos benevolentia, ut florere in dies iisdem adiutoribus pergat. - Auspicem interea divinorum munerum Nostraeque testem benevolentiae tibi, venerabilis Frater, viris quorum consiliis operaque iuvaris, ceteris denique qui in sociorum numero recensentur, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i augusti MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

V.

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS QUIBUS UTITUR PATRONIS CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITAS ANDEGAVENSIS, OB LITTERAS VENERATIONIS ET OBSEQUII PLENAS, BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Officiosissimis litteris, quas, Andegavum more vestro coëuntes, die 1 mensis iulii ad Nos communi consilio dedistis, non modice recreati sumus: plures enim afferebatis solacii causas, quare assiduae, quibus angimur, curae aliquantulum quiescerent. Quod enim, uti scribitis, Athenaei Andegavensis doctores religiose aperiant, alunni diligenter percipiant puram et integram catholicae Ecclesiae doctrinam, singulari id Nos afficit laetitia; quod vero, Litteris Nostris *Pascendi* ex animo adhaerentes, *Modernismum* perinde habeant ac si ignorarent, id ita Nos erigit ac solatur, ut facere non possimus, quin et vobis vehementer gratulemur, et magistros auditoresque publico laudis testimonio honestemus: immo etiam placet mandare vobis, ut Nostris verbis eos certiores faciatis non tam a communi fidelium Patre laudari quam diligi.

Sed alia quoque occurrunt cur sedulam sollertemque operam vestram admiremur. Curastis enim ut disciplinae, quae ab Athenaei exordio tradi coeptae sunt, non modo constarent ac florerent, sed etiam numero augerentur earum accessione, quae tum ad rei rusticae et agricultionis scientiam, tum ad commercii iura legesque pertinent: quod quidem haud sane parvo verti debet vobis honori hoc tempore, cum cernimus disciplinas alibi non tradi novas sed iam institutas abrogari. Nec praeterire silentio possumus, quot quantaque in dioeceses vestras effiuxerint commoda ex isto illustri litterarum optimarumque artium domicilio. Siquidem christiano sensu doctrinaeque apparatissimi ex eo prodierunt tum ludimagistri, quibus collegia vestra omnia et nonnulla clericorum seminaria doctoribus utuntur; tum viri iuris periti qui passim in foro causas diligenter religioseque agunt; tum denique alii permulti, qui rem catholicam popularem fortiter magnoque animo apud vos provehunt. Factum ita est, ut ex Andegavensi studiorum Universitate vis et efficacia omnis eorum pendeat institutorum, quae ad tuendam iuvenum pietatem probitatemque excitata utilissime sunt in istis regionibus, quarum laus praecipua est, traditam a maioribus fidem et pietatis cultum, prae aliis, firmiter acriterque retinuisse.

Verum ex eadem vestra comperimus epistula, Athenaeo tam nobili tamque fructuoso reditus nec tantos esse qui sufficiant, nec pecuniam conferri satis, ut eius perpetuitati vitae provisum dici possit. Dolendum profecto est, eius inopiae, quantum velint, mederi non posse occidentalis Galliae catholicos, cum debeant tot aliis occurrere incommodis largitate sua. Quamquam, ecquis Andegavenses doctores non iure miretur? Ii enim, talem ne sinerent christianae sapientiae palaestram interire, tantuli se docere professi sunt quantuli vix credibile est, et, novo ad hunc diem exemplo, se praedes libenter obstrinxerunt suaque se pecunia respondere non dubitarunt.

Itaque cum Apostòlici officii conscientia moneamur Athenaei vestri firmitati quoquo modo prospicere, ne, maximo cum religionis detrimento, in extremum discrimen deveniat, volumus id tandem aliquando perficere, quod decessor Noster fel. rec. Leo XIII, Litteris ad Archiepiscopum Rhedonensem datis die XXX mensis septembris MDCCCXCIII, sibi proposuerat opportuniore tempore perficiendum. Iteratis igitur precibus vestris obsecundantes, eo quod vetat omnino necessitas rem ultra differri, vobis concedimus, dioeceses tres e Britannia minore, Venetensem, Corisopitensem et Briocensem, iam nunc vestris ita accenseri, ut immunes onerum, quae pro Athenaeo Catholico Parisiensi suscepta hactenus sustelerunt, in posterum, Metropolitanam Rhedonensem imitatae, vobiscum,

ad Andegavensem studiorum Universitatem sustentandam, opem operamque conferant. Qua in re, eo potissime spectamus, ut et in Instituto vobis carissimo nonnihil adiumenti impertiamus, et gratum animum Nostrum vobis iisque cunctis significemus, qui, eius causa, nullis laboribus sumptibusve pepercerunt.

Minime quidem diftitemur, futurum, ut ex hac rerum mutatione aliquid detrimenti Athenaeum Parisiense in praesentia capiat. Verum quidnam e catholicis Galliae sperare non liceat? Eos igitur impensissimo cohortamur, velint tam large liberaliterque Parisiensi Istituto subvenire, ut ne ullam quidem iacturam eidem obtigisse appareat. Quod si ecerint et rem Nobis pergratam facturos se sciant et, eo quoque' nomine, de Ecclesia ac de communi salute esse optime merituros.

Quod reliquum est, divinae remunerationis auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, Vobis, venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xv mensis augusti, anno MCMXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X.

VI.

AD R. P. D. IULIUM MAURITIUM ABBET, EPISCOPUM SEDUNENSEM, CETEROSQUE HELVETIORUM EPISCOPOS, DE QUINQUAGESIMO ANNO AB INITIS EORUM ANNUIS CONVENTIBUS, DE CONSTANTINIANIS SOLLEMNIBUS AC DE CONIUNCTIONE CUM APOSTOLICA SEDE.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Vobis nuperrime Sedunum coëuntibus sollemne fuit communem ad Nos dare epistulam, quae observantiam pietatemque in Nos vestram abunde redolet: cuius significationi pietatis maius quidem afferre pondus videntur ipsae causae, quae vos ad scribendum impulere. Coetus enim, quem egistis, quinquagesimus est, postquam decessores vestri consueverunt quotannis in unum aliquem convenire locum, ut gregis saluti collatis consiliis prospicerent. Quod si e tot procellis, quibus regionem vestram hoc temporis decursu agitari vidimus, ad certam quamdam tranquillitatem tolerabilemque rerum condicionem perventum est, id acceptum merito referendum putatis Apostolicae Sedi, quae vobis nulla unquam ratione defuit; at magnam partem est vestrae quoque decessorumque

vestrorum navitati tribuendum, quam eiusmodi congressiones summopere excitarunt. Hac igitur quiete utiliter fruamini, quam continenti vobis labore peperistis; sed nolimus vos eius generis malaciae plus aequo confidere, cum neque adversarii, uti scribitis, desinant Ecclesiae conflare invidiam, neque a magnis tuti sint periculis fideles, quorum procurationem sanctissime geritis. - Gradum deinde facitis, ob rerum contextum, ad Gonstantiniana tempora commemoranda, quibus, vulgato Mediolani edicto, in eam Ecclesia libertatem est restituta, unde a rerum publicarum rectoribus passim hodie deturbatur. Quod vero, praeclarissimam hanc nacti occasionem, sacrum Iubilaeum extra ordinem indiximus, magnas agitis gratias; at maiores Nos vobis habituri sumus, si Helvetios, quibus praeestis, geminatis notationibus sollicita verius, ut, culpis expiatis, ardentiorem caritatis ignem concipiant et bonorum omnium Auctori humiles pro Ecclesia preces continuo adhibeant. - Extrema autem epistula scribitis, trepidis animis universos supplicasse vos Deo pro Nobis, cum, non multo ante, affecta usi sumus valetudine; hoc sane amoris vestri officium grata complexi sumus voluntate, et sciatis velimus omnes, in eo semper Nos permanere consilio, ut, quantulamcumque posthac benignissimus Deus lucis viriumque usuram erit Nobis daturas, in provehenda apud Helvetios catholica re assidui elaboremus vobiscum. - Caelestium interea munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xvi mensis augusti anno MCMXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

DECRETUM.

UNIFORMES DECERNUNTUR INDULGENTIAE CRUCIBUS QUAE « A MISSIONIBUS » NUNCUPANTUR.

Ut piarum missionum, quas ad populum verbi Dei praecones habuerint, memoria perseveret ac fructus, passim usu receptum est, ut Crux aliqua, sive in templis, sive apud illa, sive etiam penitus in aprico, rite benedicta erigatur. Vivificum Redemptionis signum aptum est nimirum ad Religionis reclamanda praecepta, ad poenitentiae insinuanda proposita, ad spem futurorum erigendam. Ordinaria Episcoporum auctoritas et Apostolicae Sedis liberalitas censuerunt iampridem, munere Indulgentiarum esse ditandos qui pie se ad haec Signa converterint. Placuit porro Ssmo D. N. D. Pio Pp. X, de Emorum Patrum Cardinalium Inquisitorum generalium consulto, variam in re tollere mensuram, et conformes ubique concedere Indulgentias. In audientia igitur R. P. D. Adsessori S. Officii, feria IV, loco V, die 13 augusti 1913, impertita, apostolica Sua utens auctoritate, abrogavit beatissimus Pater omnes hucusque, etiam a Se Suisve praedecessoribus, Crucibus missionum adnexas Indulgentias, quacumque id factum fuerit vel solemniori forma, quolibet, etiam peculiari et specifica mentione digno, Personarum vel Religiosorum Institutorum privilegio, et sequentes novas, sub enunciandis conditionibus, tribuere dignatus est:

I. Plenariam, defunctis quoque adplicabilem:

1) die erectionis seu benedictionis ipsius Crucis memorialis;

2) die anniversario eiusdem erectionis seu benedictionis;

3) die festo Inventionis S. Crucis (3 maii);

4) die festo Exaltationis S. Crucis (14 septembris), vel uno ex septem respective sequentibus diebus.

Ad has Indulgentias assequendas, oportet ut fideles Ssmam Eucharistiam, rite expiati, suscipiant, Crucem praedictam et aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitent, atque ad mentem Summi Pontificis preces fundant.

II. Partialem, quinque annorum totidemque quadragenarum, similiter adplicabilem, semel in die ab iis fidelibus lucrandam, qui corde

saltem contrito supradictam Crucem aliquo devotionis signo exteri ori salutaverint, ac *Pater, Ave* et *Gloria* in memoriam Dominicae Passionis recitaverint.

Esto autem Crux erigenda ex solida decoraque materia confecta; determinato loco adhaereat, vel basi firmiter sustentetur; benedicatur per sacerdotem qui in S. Missione conciones habuerit; accedat insuper, pro his peragendis, consensus Ordinarii loci.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

M. **CARD. RAMPOLLA.**

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ERECTIO DIOECESUM.

Ssmus D. N. Pius papa X successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis novas, quae sequuntur, dioeceses erexit, scilicet:

21 aprilis 1913. — In ditione Canadensi dioecesim *Montis Laurei,* quae ad orientem, occidentem et septentrionem iisdem finibus circumscribitur, quibus antea ipsa Ottaviensis dioecesis, a qua est seiuncta; ad austrum vero limitibus meridionalibus tractuum seu vulgo *cantons Wright, Northfield, Blake, Bigelow, Wells, Bidwell, Preston, Addington, Amherst, Arundel, Montcalm et Howard* nuncupatorum.

26 iulii 1913. — In republica Mexicana dioecesim *Tacambarensem,* quae constat septem paroeciis archidioecesis Mechoacanae vulgo *Tacámbaro, Ario, Caracuaro, Huetamo, Tiquicheo, Turicato* et *Tuzantla;* itemque sexdecim paroeciis Zamorensis dioecesis vocatis *Aguililla, Acahualo, Apatzingan, Aquila, Arteaga, Goáhuayana, Goalcoman, Goyre, Chinicuila, Churumuco, Huacana, Nuero-Urecho, Paracuaro, Tepalcatepec, Tomatlam* et *Tumbiscatio,* cum suis limitibus, quibus memoratae paroeciae in praesens gaudent.

25 augusti 1913. — In Brasilia dioecesim *Arassuahiensem,* cui ad meridiem, ad solis ortum et. ad aquilonem iidem sunt fines, quibus circumscribebatur dioecesis Adamantina, a qua dismembrata est; ad solis vero occasum limites municipiorum vulgo *Theophilo Ottoni* et *Minas Novas,* quae novae dioecesi attributa sunt.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

DE ABSOLUTIONE SACRAMENTALI RELIGIOSIS SODALIBUS IMPERTIENDA.

In audientia habita ab infrascripto Cardinali Pro-Praefecto S. Congregationis de Religiosis, die 5 augusti 1913, sanctissimus Dominus noster Pius Papa decimus, ob peculiares conscientiae rationes, facultatem, quam mense februarii huius anni omnibus Confessariis ab Ordinario Urbis approbatis concesserat quoad absolutionem Religiosis impertiendam, extendere dignatus est ad omnes totius Orbis Confessarios a locorum Ordinariis approbatos. Hi proinde Confessarii, auctoritate Ssmi Domini nostri Pii Papae decimi, omnium Sodalium cuiuscumque Ordinis, Congregationis aut Instituti sacramentales confessiones excipere, quin de licentia a Superiore obtenta inquirere vel petere teneantur, atque valide et licite absolutionem a peccatis in Ordine vel Instituto etiam sub censura reservatis, impertire queant.

Omnibus igitur cuiusque Ordinis, Congregationis aut Instituti superioribus'et praesidibus, huius decreti praescripta fideliter Sanctitas Sua in virtute sanctae obedientiae observare mandavit, constitutionibus, ordinationibus apostolicis, privilegiis qualibet efncaciori forma concessis, aliisque contrariis quibuscumque, etiam speciali atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die, mense et anno quibus supra.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Pro-Praefectus.*

L. $ S.

-j- Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

L

DECRETUM.

PRAEFECTURAE APOSTOLICAE KAFFENSIS IN AFRICA SEPTENTRIONALI LIMITES INNOVANTUR.

Recens erecta de Kafta meridionali Apostolica Praefectura ut ad septentrionem versus latius pateret, novisque adsignatis limitibus opportunius ad orientem definiretur, Emi Patres S. huius Consilii Fidei Propagandae, plenariis in comitiis, die 25 proxime elapsi mensis augusti, consilium inierunt territoria aethiopicae ditionis ea lege distribuendi, ut praedicta Praefectura Apostolica, deinceps de Kaffa simpliciter nuncupanda, regionem Walagga inter *Baro* et *Goggéb* flumina atque Nilum coeruleum iacenfem a Vicariatu Apostolico inter populos *Galla* acciperet, eidemque redderet territoria ad orientem sita 38' gradus longitudinis orientalis (Greenwich), quae ipsi, per Decretum erectionis ab hac S. Congregatione die 28 superioris ianuarii datum, huc usque spectarunt. Quapropter, re mature perpensa, praehabitoque consensu omnium ad id interesse habentium, Kaffensis Praefecturae confinia innovanda esse censuerunt sequentibus noviter statutis: Ad boream Nilo coeruleo et *Mùgher* flumine. Ad orientem gradu 38° longitudinis orientalis (Greenwich). Ad meridiem 4° latitudinis borealis gradu lacuque *Rodolfo.* Ad occidentem limitibus civilibus anglo-aethiopicis inter lacum *Rodolfo* et Nilum coeruleum interiectis. Quam sententiam Ssmo D. N. Pio, div. prov., Pp. X, per infrascriptum eiusdem S. Congregationis Secretarium, in audientia praefati diei relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, ac praesens ea de re Decretum fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 8 septembris, anno 1913.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

IL

DECRETUM.

INSULARUM SUNDAE MINORUM PRAEFECTURA APOSTOLICA ERIGITUR.

Ut io insulis Sundae minoribus, quae ad Vicariatum Apostolicum Bataviensem iam pertinebant, nova promoveantur christianae fidei incrementa, haec sacra Congregatio christiano Nomini Propagando easdem insulas, duobus fere abhinc annis, alumnis Societatis Verbi Divini de Steyl committendas curavit, novaeque Apostolicae Praefecturae in eisdem erigendae consilium inivit. Nunc autem, novis ibidem apostolicis operibus auctis atque solidatis, sacra eadem Congregatio, accedente Summi Pontificis auctoritate, per praesens Decretum, praedictam Praefecturam, in insulis Sundae minoribus, ea tantum excepta cui nomen *Flores,* erectam declarat.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, •die 16 septembris, anno 1913.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. ^ S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

III.

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

1 septembris 1913. — *Episcopus titularis ecclesiae Gharrensis et vicarius apostolicus Zanzibariensis,* R. P. Ioannes Geraldus Neville, alumnus Congregationis sancti Spiritus.

IV.

NOMINATIONES PRAEFECTORUM APOSTOLICORUM.

Decretis S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

19 augusti 1913. — *Praefectus Apostolicus novae Praefecturae Terrae Gulielmi occidentalis, R.* P. Canisius Theodorus Geltings, e Societate sacrorum Cordium *de Picpus.*

2 septembris. — *Praefectus Apostolicus novae Praefecturae insulae Formosae,* R. P. Clemens Fernandez, ex Ordine Fratrum Praedicatorum.

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

DECRETUM

ADPROBATIONIS NOVAE EDITIONIS TYPICAE RITUALIS ROMANI.

De mandato sanctissimi Domini nostri Pii Papae X, praesens Rituale Romanum novissime recognitum, auctum et diligenter revisum a sacra Rituum Congregatione; Sanctitas Sua, referente infrascripto Cardinali ipsius sacri Consilii Praefecto, ratum habere ac probare dignatus est, atque huic editioni, tanquam typicae, futuras eiusdem Ritualis Romani editiones conformes esse debere edixit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 iunii 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Caryst., *Secretarius.*

IL

NÍVERNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS MARIAE BERNARDAE SOUBIROUS E SOCIETATE SORORUM CARITATIS ET INSTITUTIONIS CHRISTIANAE « DE NE VERS ».

Bernardetta Soubirous, cuius nomen latet neminem, ortum duxit die 7 ianuarii 1844 in oppido *Lourdes,* Tarbiensis dioeceseos, ex honestis christianisque parentibus Francisco et Aloisia Gasterot. Sive domi sive penes nutricem degens, tenui quamvis atque infirma valetudine laborare!, modestia tamen, obedientia et vitae integritate omnium amorem sibi conciliasse fertur. Ineunte anno 1858, quum ad *sipecum Massabielle* prope ipsum oppidum *Lourdes* Deiparae Immaculatae ingeminitatis apparitionibus et locutionibus se recreari et Ssmi Rosarii mysteria edoceri

significasset, atque ob eam causam frequens populus ad specum accurreret, plura incommoda ac molestias perferre debuit tum a civili magistratu tum ab ecclesiasticis superioribus, qui, ad veritatem eruendam circa apparitiones et locutiones B. Mariae Virginis a puella relatas, eam iterum iterumque exquisierunt, quin nec levis quidem mendacii vel contradictionis eam arguere potuerint. Inde aucta ita visitatorum utriusque sexus frequentia, ut parochus Peyramale aequum esse duxerit puellam subducere visitantium curiositati. Itaque eodem anno 1858, cura parochi a sororibus *de Nevers* in Hospitium uti d scipula et alumna excepta, sacram synaxim, die 3 iunii, cum pietate ac laetitia primum recepit; et religionis ac litterarum studio atque exercitio sedulo incumbens, aegris quoque opem ac solatium attulit. Volvente anno 1866, consilio et auctoritate Episcopi Nivernensis, specu *Massabielle* atque institutionis Hospitio, aeque dilectis, ut divinae vocationi obtemperaret, consalutatis atque relictis, praedictarum sororum novitiatum Nivernensem ingreditur die 7 mensis iulii. Suscepto habitu et tyrocinio peracto, die trigesima octobris anni 1867 professionem emittit, sub nomine Sororis Mariae Bernardae, atque, elapso decennio, die vigesima secunda septembris anni 1878 vota perpetua nuncupat. Regulae atque silentii custos, sicut ab illa, etsi aegrotans, relaxationem nunquam postulasse, ita ad colloquutorium ex obedientia tantum et per breve tempus accessisse perhibetur. Ssmae Eucharistiae et Passionis Dominicae mysteria mente revolvere atque Virginem Immaculatam filiali pietatis affectu prosequi in deliciis habebat. Tandem inter diuturnas infirmitates et suorum officiorum exercitium transiens, ex astmatico morbo, quo iam diu affllgebatur, ad extrema deducta et ecclesiae sacramentis munita, Niverni, in domo sui Instituti, pie obiit, die 16 aprilis anni 1879, aetatis suae trigesimoquinto. Sanctimoniae fama quam Dei Famula vivens sibi comparaverat, post obitum clarior et n dies aucta proximam aperuit viam Inquisitionibus Informativis, Ordinaria auctoritate, conficiendis. Quibus adornatis et ad sacram Rituum Congregationem transmissis, servato iuris ordine, ad instantiam Rmi P. Ludovici Copéré, Societatis Mariae, et huius Causae postulatoris, attentisque obsequentibus litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum, necnon Capitulorum, Ordinum, Congregationum ac perillustrium virorum, Emus ac Revmus Dnus cardinalis Dominicus Ferrata, loco et vice Emi et Rmi Dñi cardinalis Iosephi Calasanctii Vives y Tuto eiusdem Causae Ponentis, in Ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanum coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo*

agitur? Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Proponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei promotore, omnibus diligenter perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu Commissionem signandam esse, si Sanctissimo placuerit,* die 5 augusti 1913.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Sororis Maria Bernardae Soubirous e Societate Sororum caritatis et institutionis christianae *de Nevers,* die 13, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

III.

DECRETUM

DE ALIQUORUM LOCORUM DISCIPLINA IN INITIO CAUSARUM SERVORUM DEI EMENDANDA, ET DE HISTORICIS DOCUMENTIS AD IPSAS CAUSAS RECTE ADHIBENDIS.

De Servis Dei, quorum sanctitudo vitae legitime examinanda curatur, nonnullis maxime locis usu venit, ut, cum admovetur manus ordinariis processibus instruendis super eorum virtutibus vel martyrio, sacra quaedam solemnia in ecclesiis indicantur, ac signata *Commissione* ad causam pertractandam apud S. Rituum Congregationem, vulgo diffundatur nuntius, non aequo prorsus loquendi modo, Dei Servum, cuius causa introducta sit, *Venerabilem ab Apostolica Sede esse declaratum,* atque inter eá solemnia pro gratiarum actione panegyricae etiam orationes habeantur eaeque saepius adeo immoderatae, ut facile in errorem inducantur fideles, debitam putantes eisdem Dei Servis venerationem, quae solis beatificatis et canonizatis debetur. Haec animadvertens Ssmus D. N. Pius Pp. X, ne quid Ecclesiae disciplina detrimenti capiat, primum omnium solemnia, quae contra pristinam consuetudinem celebrantur cum agitur de inchoandis processibus ordinariis, reprobavit et prohibuit: deinde recolendam mandavit declarationem additam die 19 februarii 1658 Decretis f. r. Ur-

bani VIII, *Ne, scilicet, per Commissiones introductionis vel reassumptionis seu ulterius progressus causarum tum signalas tum signandas ullum beatitatis vel sanctitatis, aut indultae venerationis et cultus argumentum vel minimum desumi, nec aliud quodcumque ius, quantumvis modici aut fere nullius momenti, in eiusdem causis quaesitum dici vel praetendi possit:* denique, adhibito consilio gravium virorum et exquisito peculiari voto nonnullorum S. R. E. Cardinalium, vetuit Servos Dei quorum causae posthac introducentur, *Venerabiles* appellari, item solemnia peragi occasione decreti editi super causae introductione. Inhaerens autem sententiae f. r. Benedicti XIV, qui tutius fore censuit a panegyricis orationibus penitus abstinere in honorem Servorum Dei nondum beatificatorum, eas haberi orationes edixit in posterum non licere. Permisit vero ut Servi Dei tantummodo post editum decretum super heroicitate virtutum vel super martyrio *Venerabilis* titulo ornentur, ita tamen ut ex hac permissione nullum argumentum indultae venerationis item argui vel praetendi possit. Praeterea consulens pietati fidelium, qui facile hisce in casibus sacrae occasione solemnitatis decipi possent, putantes fas esse ut beatum colere eum de cuius beatificatione iudicium adhuc apud S. R. C. pendeat, solemnia ad gratias Deo agendas etiam post editum decretum super heroicitate virtutum vel martyrio pariter prohibuit, qua tamen prohibitione impedire non intendit quominus in missis addatur, prout decet, cqllecta pro gratiarum actione.

y i v Idem Ssmus D. N. ad rectam tractationem Causarum beatificationis et canonizationis, earum praesertim quae partim historicis monumentis nituntur, vel earum quae subsidiariae probationis privilegio gaudent, illis ipsis in consilium adhibitis quos supra diximus, et exquisita sententia Rmi Patris Promotoris sanctae Fidei haec constituit:

" I. In omnibus causis, praesertim recentioribus, Rmi Ordinarii in condendo informativo processu praeter testes qui causae favent, eos etiam universos omnes qui causae adversantur excutiant, nemine excepto, idque sub poena nullitatis, onerata conscientia tum Ordinariorum tum Promotorum fiscalium.

IL In omnibus causis, praesertim antiquis, cum processu ordinario sive informativo compulsentur omnia et singula historica documenta sive manuscripta, sive typis edita, quae quocumque modo causam respiciant quae agitatur. Ad hoc non modo monendi sunt detinentes iura compulsanda, ut ea Ordinario exhibeant; sed, si res postulaverit, examini subiiciendi erunt sub religione sacramenti custodes cuiusvis archivi vel tabularii sive publici sive privati; summa quoque diligentia et industria curandum est ut cuiuslibet generis documenta ad causam

conferentia conquirantur, quae omnia et singula cognoscenda sunt ad normas traditas a fel. rec. Benedicti XIV, lib. II, c. LII.

III. Antequam in Congregatione ordinaria discutiatur dubium super introductione Causae, sacrorum Rituum Congregationis erit exquirere, pro re nata, documenta apud Curias, uti vocant, generalitias Ordinum et Institutorum religiosorum tum virorum tum foeminarum, necnon in tabulariis sacrarum Romanarum Congregationum, et ubicumque iure praesumitur ea posse reperiri.

TV. Omnia et singula documenta, sive compulsata cum processu ordinario, sive a S. R. C. collecta, subiiciantur iudicio peritorum a S. R. C. eligendorum, qui scriptis doceant de eorum auctoritate et vi.

Promotori vero Fidei, antequam indicetur Congregatio ordinaria pro introductione causae, omnia documenta exhibeantur una cum sententia peritorum.

V. Documenta potiora praecipue ex integro typis edantur, praenotatis nomine auctoris, tempore, loco et ceteris id genus adiunctis, atque inserantur Positionibus super virtutibus vel martyrio, una cum relatione peritorum, quos supra memoravimus, de auctoritate et vi documentorum.

VI. In Positionibus pro Congregationibus Ordinaria, Antipraeparar toria et Praeparatoria, animadversionibus Promotoris Fidei praemittatur synopsis vitae Servi Dei cuius causa tractatur, breviter et lucide ex officio conscripta, desumpta tum ex testibus tum ex documentis.

VII. In singulis vero Causis beatificationis, quarum iudicium in praesens apud S. R. Congregationem quocumque modo pendeat, sacra ipsa Congregatio non procedat ad ulteriora, nisi exhibitis, ab interesse habentibus, et exquisitis ex officio documentis iisque omnibus examinatis quo modo supra dictum est.

• Quae omnia et singula Sanctitas Sua decrevit et servari mandavit, curaeque et vigilantiae commisit praesertim Secretarii S. R. C. et Promotoris S. Fidei pro tempore, atque in Acta Apostolicae Sedis referri iussit hac die 26 augusti 1913.

Ex Secretaria S. R. C.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

SACRI ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MARGUERITE DUPRE-SCAPARONNE).

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 22 mensis aprilis 1913, RR. PP. DD. Antonius Perathoner, Ponens, *Iosephus Alberti et Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis Matrimonii, *inter* Lucianum Ernestum Marguerith Dupré, *appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem ex officio deputatum, H. Benvignati advocatum, et* Carolam Nemeam Scaparonne, *contumacem, interveniente et disceptante in Causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Anno 1881 et quidem die 8 octobris Parisiis in parochiali ecclesia S. Francisci Xaverii Lucianus Ernestus Marguerith Dupré et Carola Nemea Scaparonne, matrimonium contraxerunt.

Infelicem tamen hoc coniugale foedus habuit exitum, et iam post duos annos scissum fuit. Vir praeterea haud multo post obtinuit a iudice laico sententiam divortii sibi favorabilem. Sed nonnisi anno 1897 etiam iudicium Ecclesiae,, in hac causa pronuntiatum est. Die enim 21 februarii anni 1896 instituit actor apud Curiam Parisiensem pro declaranda nullitate sui matrimonii, affirmans neque seipsum neque sponsam tempore nuptiarum intra limites parochiae S. Francisci Xaverii domicilium vel quasi domicilium habuisse, proindeque nullum esse matrimonium propter defectum formae Tridentinae seu ex capite clandestinitatis.

Et revera iudex Parisiensis die 4 decembris 1897 sententiam pro nullitate matrimonii in casu tulit. Vinculi Defensor, prout de iure, S. Sedem appellavit et quidem rem detulit ad S. C. S. Officii, ut videret imprimis de quaestione praeiudiciali, an ageretur in themate de casu excepto per Decretum ipsius S. Officii diei 5 iunii 1889, in quo appellatio et secunda sententia necessaria non esset, et in casu negativo quaestionem in merito solveret. S. Officium, cum acta viderentur insufficientia, iussit fieri novas instructiones, at, cum Curia Parisiensis parum novi afferre potuisset, S. Officium rem non definivit, et quidem ideo, ut videtur, quia partes ulteriori tractationi causae renuntiarunt. Nunc vero Ernestus Dupré definitivam sententiam desiderat. Unde petita et obtenta a Summo Pontifice sanatione actorum in Curia Bituricensi confectorum, quae absque

interventu Defensoris vinculi concinnata fuerunt proindeque nullitate laborant, quaestio resolvenda proponitur H. S. O. sub consueta dubii forma: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

Ius quod attinet, Domini Auditores haec observarunt.

Ad matrimonium valide ineundum ex iure positivo in locis, ubi promulgatum est Decretum Concilii Tridentini (Sess. XXIV, c. 1 *De reform, matrimonii),* usque ad diem 19 aprilis 1908, quo vigere coepit Decretum *Ne temere,* requirebatur ut consensus matrimonialis praestaretur coram parocho proprio alterutrius contrahentium vel coram Ordinario vel coram sacerdote qui ab eodem parocho vel dioecesis Ordinario delegationem acceperat. 0uae quidem forma erat de essentia matrimonii eiusque defectus peculiare induxit matrimonii impedimentum, quod dicitur clandestinitatis. Parochus autem proprius ille dicebatur, in cuius parochia vel uterque vel saltem unus contrahentium aut verum aut quasi domicilium habuit. Quoad valorem nempe nil referebat, utrum parochus assistens matrimonio sponsi vel sponsae erat proprius, si diversae erant parochiae. Vagorum autem seu eorum qui neque verum neque quasi domicilium habent, parochus proprius communiter censebatur is, in cuius parochia com moraban tur. Si una tantum pars erat vaga, matrimonium tum coram parocho vagi tum coram parocho alterius partis domicilium vel quasi domicilium habentis contrahi poterat. Magna autem controversia erat, an vagi coram quocumque parocho de mundo seu coram quovis parocho quem elegerint sponsi, valide contrahere potuerint. ^Quae controversia quidem nondum authentice definita est, sed procul dubio menti Concilii Tridentini magis conformis est doctrina quae sustinet, vagum posse solummodo nuptias celebrare aut coram parocho loci in quo actu habitat, aut coram parocho proprio alterius partis. Quam sententiam plures iique validi auctores tenuerunt ac tenent, licet alia sententia, vagos posse contrahere coram quocumque parocho, etiam sit probabilis (Cfr. Wernz, t. IV, n. 178). Praeter parochum valide matrimonio assistere valebat quivis alius sacerdos de ipsius parochi proprii seu Ordinarii licentia, quae tamen debebat (uti etiam in iure novo) esse expressa i. e., ante copulationem reapse data sive oretenus sive in scriptis; licentia mere praesumpta non sufficit. Praeterea in matrimonio contracto coram extraneo sacerdote supponi non potest facultatem eidem delegatam fuisse, sed id per testes aut documenta aut saltem per facta concludentia ostendi debet. Denique iuvat adnotare matrimonia clandestina invalida per diuturnam cohabitationem non convalescere (Cfr. ad rem Aichner, *Compendium iuris eccl.,* ed. 11, p. 682 sqq. Cfr. etiam Alberti, *De domicilio ecclesiastico acquirendo et amittendo).*

Hisce in iure stabilitis, *factum quod attinet,* Patres praeprimis animadverterunt plene probatum esse, matrimonium in casu contractum fuisse in ecclesia parochiali S. Francisci Xaverii sine delegatione, quia nupturientes indicati fuerunt tamquam habitantes in territorio praedictae parochiae. Neuter scilicet nupturientium personaliter parochum S. Francisci adiit ad tractandum de futuro matrimonio; coniugii enim praeambula coram dicto parocho persoluta fuerunt a sponsi matre et familia Scaparonne, quae tamen nec sponsi nec sponsae verum domicilium indicarunt. In libro nempe matrimoniorum paroeciae S. Francisci Xaverii, sponsus habitasse dicitur *Rue Vaneau 82,* ubi de facto habitabat sponsi frater, sponsa vero domicilium habuisse dicitur *Avenue Lowendal 5,* ubi eiusdem soror habitabat. Ambae dictae viae in parochia S. Francisci Xaverii sitae sunt.

Iam vero ex actis plene probari potest, sponsam Carolam Nemeam Scaparonne tempore matrimonii una cum matre domicilium habuisse in via *Gier 53-bis,* quae sita est in parochia *S. Pierre du Gros-Caillou,* et quidem iam inde ab anno 1879. Id praeter actorem plures asserunt testes. Ita domina Deletry Fridam: « Mlle Scaparonne habitait avec sa « mère rue Cler 53-bis. Je crois que Mlle Scaparonne a toujours habité « avec elle. Elle était certainement avec elle pendant les deux ou trois « années qui précédèrent le mariage et pendant lesquelles je les ai con- « nues ».

Quod confirmant testis Bonnier dicens: « La famille Scaparonne « habitait rue Cler je ne sais pas depuis combien de temps. Mademoiselle « Scaparonne habitait avec ses parents » et testis Adulphus Marguerith Dupré: « Madame Scaparonne et sa fille habitaient rue Cler, mais je ne « sais pas depuis combien de temps ». Tempus commorationis matris Nemeae in via Cler accuratius indicat F. Bisson, ianitor: « Je reconnais « avoir eu pour locataire au 53-bis de la rue Cler Mme Scaparonne de « 1879 à 1882 ». Idem fere asserit dicti ianitoris uxor Anna G-uilbert Bisson, dicens: « Je sais seulement qu'elle (la famille Scaparonne) est restée à « cette adresse (rue Cler) environ deux ans et demi ». Quae testimonia rem quoad domicilium Nemeae tempore matrimonii extra quamlibet dubitationem ponunt. Unde nullam meretur considerationem hypothesis Nemeam tempore matrimonii forte habuisse domicilium apud sororem, quae, prout ex actis constat, habitabat intra limites paroeciae S. Francisci Xaverii. Ad fulciendam hanc hypothesim sequens adducitur argumentum : mater Nemeae contraria fuit matrimonio et proinde improbabile non videtur, Nemeam, ad matris vincendam resistentiam, ad sororem coniugatam se recepisse, ibique diem matrimonii exspectasse. Ast nul-

lum afferri potest documentum, quod huiusmodi hypothesim vel probabilem reddat.

E contra adsunt argumenta quae hanc hypothesim fere excludunt. Una enim voce testes affirmant, Nemeam semper una cum matre habitasse, et ne unus quidem ex eis unquam est suspicatus, eam domicilium habere potuisse penes suam sororem. Addatur quod Nemea petita fuit in matrimonium non apud sororem sed apud parentes in via Cler 53-bis degentes, et ibidem aliquot dies post matrimonium una cum viro est commorata.

Nec quoad domicilium familiae Scaparonne tempore matrimonii dubitari eo potest quod proprietarius domus in via Cler 53-bis vagam tantum fecit attestationem scribens: « Je certifie que madame Scaparonne a habité chez moi rue Cler 53-bis », coram iudice vero dicens: « Je crois que la famille Scaparonne a habité chez moi depuis la fin « de 1879 jusqu'en 1881 ». Haec attestatio, quamtumvis vaga, praeprimis non excludit familiam Scaparonne usque ad diem matrimonii, i. e. usque ad diem 8 octobris 1881, in via Cler 53-bis habitasse, quod praeter actorem asserit etiam ianitor. Praeterea sponsi, ut dictum est, etiam post matrimonium aliquot dies ibidem commorati sunt. Proprietarium vero dictae domus, tempus commorationis familiae Scaparonne non bene recordatum esse eo explicatur, quod vir erat fere octogenarius.

Ut Nemea Scaparonne, ita etiam Marguerith Dupré in parochia S. Francisci Xaverii nec verum nec quasi domicilium habebat. Imo cum sub finem mensis septembris 1881 matrimonii ineundi causa Parisios venerit, in dicta parochia ne commoratus quidem est. Ipse enim affirmat: « J'ai habité alors à l'hôtel de Chartres, rue de Borgogne, et de la rue « de Farenne. J'étais descendu là seulement en passant. Immédiatement « après le mariage, j'ai habité chez ma belle-mère 53-bis, rue Cler. Mes « parents habitaient Bourges. Pour moi, je n'avais pas encore de domi- « cile fixé à Paris à mon retour de Laon ». Dictum autem diversorium « de Chartres » situm erat extra limites parochiae S. Francisci Xaverii. Quod si assertio actoris ad probandum defectum domicilii non sufficiat, alia adsunt argumenta, quibus omnino excluditur Ernestum tempore matrimonii habuisse quasi domicilium in parochia S. Francisci vel in alia parochia Parisiensi.

Praeprimis enim assertionem actoris saltem indirecte confirmant testes Berriaux et Adulphus Marguerith Dupré, ex quorum depositionibus constat virum post matrimonium aliquantulum apud socrum habitasse, quod non fecisset si aliud domicilium Parisiis sibi iam comparavisse!. Quoad habitationem in *rue Vaneau 82*, optime iam animadvertit

Officialis Parisiensis dicens: « Quoad virum inutile est quaerere, num « revera habitaverit *rue Vanean 82,* nam certum est, ipsum paucis ante « diebus Parisios petiisse; certum est, domum *82 rue Vaneau* fuisse et « esse diversorium; certum est, ipsum post matrimonium ibi non habi- « tasse, unde quoad parochias Parisianas vagus erat ».

Nunc autem subintrat quaestio, utrum Ernestus omnino vagus fuerit, an alicubi extra Parisios verum vel quasi domicilium habuerit. Si primum valor matrimonii penderet a quaestione iuris, an vago necessarium sit contrahere coram parocho actualis commorationis vel an sufficiat contrahere coram quocumque parocho de mundo; si alterum certum iam est, nullitate laborare matrimonium in casu, quia nullo iuris fundamento nititur competentia parochi S. Francisci Xaverii. Soluta hac quaestione, quae facti est, sensu affirmativo, prima iam inutilis evadit; illa igitur primum est perpendenda.

Actor Biturici natus erat ibique ipsum apud parentes usque ad tempus matrimonii suum domicilium retinuisse, satis patet ex depositione trium testium, quos Ordinarius Bituricensis omnino fide dignos dicit. En depositio testis Duand: « Mr Marguerith Dupré était dans sa « famille, excepté quand il allait faire les interim qui lui étaient confiés. « Son domicile était toujours Bourges dans sa famille. Il habitait dans « sa famille; lors de ses missions, il était en garni où à l'hôtel. À Laon « où à Paris, il n'était qu'en passant et n'était pas chez lui. Dès qu'il « avait fini sa mission il revenait à Bourges. Il avait une chambre « meublée avec ses économies dans la maison de ses parents. Après « son mariage il a quitté sa famille. Avant, il n'avait pas l'intention d'avoir « une maison ». Idem confirmat testis Hervet: « Il était toujours dans « sa famille. Revenu à Bourges toutes les fois que ses missions étaient « terminées, il était reçu chez ses parents comme l'enfant de la maison ». Eodem fere modo deposuit testis Lacoste: « Il revenait toujours à Bourges « après sa mission terminée. Il avait une chambre dans la maison de « ses parentes, comme enfant de la maison. Il n'a jamais quitté sa famille « si ce n'est après son mariage. Il ne savait pas alors où il irait. Donc « pas d'appartement à lui ».

Ex eorumdem testium depositionibus etiam colligitur Ernestum qua officialem *des télégraphes,* a superioribus suis quidem modo hic modo illuc missum fuisse, in locis autem ubi officii causa morabatur, domum propriam numquam habuisse, sed semper vel in diversorio vel in aliquo cubiculo locato habitasse. Quod demonstrat, Ernesto numquam mentem fuisse acquirendi aliquo in loco domicilium, relinquendo illud quod Biturici habebat. Hoc autem domicilium Bituricense Ernestum non ami-

sisse per frequentes et etiam longas absentias in comperto est, quia domicilium non amittitur etiam per absentiam plurium annorum, quousque maneat animus revertendi.

Notandum porro est, ad quasi domicilium acquirendum duo simul, requiri scilicet habitationem actualem in aliquo loco et animum ibidem permanendi per maiorem anni partem. Ast Ernestus Parisios veniens ad summum animum habuit domicilium suum constituendi extra parochiam S. Francisci Xaverii, scilicet in domo uxoris, quo etiam immediate post nuptias se contulit.

Ernestum demum suum domicilium retinuisse Biturici apud parentes, confirmatur ex eo, quod ibi sua bona, in specie cubiculum sibi paratum conservabat, ibi inter electores recensebatur, ibi sua tributa solvebat. In eadem urbe etiam peractae fuerunt proclamationes civiles et proinde probabiliter etiam ecclesiasticae, quamvis de his non constet. In litteris enim a Curia Bituricensi die 4 octobris 1897 Curiae Parisiensi datis haec leguntur. « Quant à la publication à l'église il nous a été impos« sible d'en trouver trace. Le cahier des publications de 1881 n'existe « plus à la paroisse de la Cathédrale ».

Cum igitur certum sit, Ernestum suum domicilium habuisse Biturici, videndum est, an ipse, quando Parisios matrimonii ineundi causa petiit, habuerit intentionem derelinquendi hoc suum domicilium Bituricense et aliud acquirendi, seu an ipse ante matrimonium suum domicilium revera dereliquerit et factus sit momentanee vagus.

Actor interrogatus a delegato Bituricensi « Vouliez-vous, au moment « de votre mariage avoir votre maison, votre appartement à vous? », respondit: « Lors du mariage son intention était de se faire un domicile « à Paris quittant alors celui de Bourges ». Statim autem adjungit: Le « domicile que voulait prendre le demandeur après son mariage, devait « être à Paris ou ailleurs ; rien n'était encore décidé » : Ex quibus verbis minime deduci potest, Ernestum patriam suam dereliquisse animo non amplius revertendi et proinde in ipso momento matrimonii ibi amisisse domicilium. Nam indubitati iuris est, domicilii iam habiti mutationem non praesumi, nec domicilium censeri mutatum, nisi per expressam animi voluntatem. Iam vero in casu nullum afferri potest argumentum positivum Ernestum, qui matrimonii ineundi causa expetiit obtinuitque Lauduno transferri Parisios, firmam habuisse voluntatem dereliquendi domicilium suum Bituricense. Imo e contrario testes iurati deponunt, Ernestum ante matrimonium domicilium Bituricense non mutasse, omnes quoque circumstantiae suadent, ipsum ante matrimonium dictum domicilium non dereliquisse. Ernestus, ut ex rei natura sequitur, cogitabat quidem

de paranda sibi habitatione, at cum certus non esset quamdiu Parisiis remanere posset, nullam determinationem ceperat, ideo etiam immediate post matrimonium una cum uxore apud socrum habitavit.

Verissimum quidem est, posse quemdam amittere domicilium priusquam alterum de facto acquirat, si nempe a primo discessit cum expressa intentione non amplius revertendi. Ast haec intentio in casu nostro concludenter probari nequit. Potius intentio Ernesti ita est interpretanda, ut voluerit vetus domicilium retinere, usque ad illud momentum, quo novum acquisivisse!, aliis verbis usquedum adesset ratio, quae ante matrimonium non exstabat, derelinquendi domicilium ßituricense.

Cum igitur concludenter probari non possit, Ernestum suum domicilium paternum ante matrimonium dimisisse, ipse vagus dici nequit ideoque supervacaneum est quaerere, an in casu necessaria fuerit assistentia parochi actualis commorationis, quamvis ut supradictum est, iuxta comuniorem sententiam vagorum parochus proprius ante Decretum *Ne temere* censeretur ille, in cuius parochia comm oraban tur.

Domini Auditores admiserunt quidem aliquod dubium, an Ernestus ante matrimonium domicilium paternum dereliquerit, minime deesse, existimarunt tamen agi de dubio levi ideoque non posse applicari principium in iure notum « In dubio standum est pro valore, matrimonii ». Hoc sane valet, quando agitur de dubio probabili in favorem matrimonii, minime vero, quando agitur de dubio levi, imo levissimo, ut in casu; tale enim dubium spernendum est, prout docet Card. D'Annibale (Cfr. p. **III,** n. 478, edit. III).

Quibus omnibus in iure et facto perpensis, Christi nomine invocato, JN'os infrascripti Auditores de turno pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative, seu constare de matrimonii nullitate in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sunt.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 22 aprilis 1913.

Antonius Perathoner, *Ponens.*
Iosephus Alberti.
Petrus Rossetti.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

AD R. P. D. ALGIMUM **G0URAUD,** EPISCOPUM VENETENSEM, QUI LIBRUM, « POUR L'ACTION CATHOLIQUE » INSCRIPTUM, TAMQUAM VERERATIONIS OBSEQUIUM, BEATISSIMO PATRI REVERENTER OBTULIT.

Monseigneur,

Le Saint-Père, Pie X, a eu pour très agréable le filial hommage du livre que Votre Grandeur vient de publier sous ce titre: *Pour l'action catholique.*

Dans cet ouvrage plein d'intérêt et d'actualité, Votre Grandeur, s'inspirant des Directions du Saint-Siège, insiste avec raison sur la nécessité de l'Action Catholique, en rappelle les conditions et indique le vaste champ où elle est appellée à s'exercer. Ces pages vivantes et vécues, qui racontent vos efforts et aussi vos succès, sont éminemment propres à ranimer dans les cœurs de tous les catholiques, prêtres et fidèles, la flamme de l'apostolat et à rendre leurs travaux féconds, en les conviant à l'union et l'organisation sur le terrain religieux.

Sa Sainteté se plaît à vous féliciter de cette œuvre opportune et de votre sollicitude pour vo chers diocésains, ainsi que de votre zèle à coopérer au mouvement et au progrès religieux dans votre cher pays.

Comme gage de sa bienveillance paternelle et des faveurs célestes, Sa Sainteté vous accorde de tout cœur, pour Votre Grandeur et pour son œuvre, la Bénédiction Apostolique.

J'ai reçu moi-même, avec une particulière satisfaction, l'exemplaire que Votre Grandeur a bien voulu m'offrir, et, avec mes félicitations et mes remercîments personnels, je vous prie d'agréer, Monseigneur, l'assurance de mon entier dévouement en Notre-Seigneur.

Rome, le 24 août 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

La Direzione dell' ***Annuario Pontificio*** prega vivamente gli Illmi e Revmi Monsignori, Arcivescovi, Vescovi, Abati, Superiori degli Ordini Religiosi, Rettori dei Collegi Urbani e quanti possono avervi interesse, di voler inviare a questo ufficio (presso la Segreteria di Stato - Vaticano) le notizie e rettifiche riguardanti le rispettive Diocesi ed Instituti da inserirsi ***nell'Annuario Pontificio*** pel prossimo anno; in conformità delle Lettere ed istruzioni date da Sua Eminenza Revma il sig. cardinale Merry del Val, Segretario di Stato di SUA SANTITÀ, in data del 15 giugno 1911 e 1912.

NOMINE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

10 agosto 1913. — Mons. Augusto Benvenuti, già parroco di S. Salvatore in Lauro a Roma.

25 agosto. — Mons. Luigi Cicerchia, vicario generale della diocesi di Palestrina.

26 agosto. — Mons. Luigi Giovanni Klein, vicario generale della diocesi di Lincoln.

3 settembre. — Mons. Pio Antonelli, canonico della cattedrale di Treviso.

6 settembre. — Mons. Antonio Paleólogo, vicario generale della diocesi di Sira.

6 settembre 1913. — Mons. Francesco Marengo, vicario generale onorario della predetta diocesi.

13 settembre. — Mons. Salvatore Dellaira, vicario generale della diocesi di Caltanissetta. %

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 agosto 1913. — Al sig. Guglielmo Hamm, della diocesi di Breslavia.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

19 agosto 1913. — Al sig. Emilio Wychodil de Hannaburg, dell'archidiocesi di Olmütz.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

27 agosto 1913. — Al sig. Elia Domenico Brunelle, della dioc. di S. Germano di Rimouski.

II Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 agosto 1913. — Al sig. Gualtiero von Mayrhauser, I. e R. viceconsole A. U. a Seutari.

— Al sig. Rodolfo Kohlruss, I. e R. viceconsole A. U. nella stessa città.

— Al sig. Pietro Selem, addetto dell'I. Riconsolato A. U. nella predetta città.

12 settembre. — Al sig. conte Antonio *d' Estienne de Prunières della diocesi di Gap.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

3 settembre 1913. — Al sig. Giuseppe Vincent, già zuavo pontificio, della archidiocesi di Ottawa.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 agosto 1913. — Ai signori Nassuf bei Disdari e Giuseppe Hagia, dragomanni nell'I, e R. consolato A. U. a Seutari.

29 agosto. — Al sig. rag. Cesare Pagliari, di Cremona.

NECROLOGIO.

7 settembre 1913. — L'Emo signor cardinale Giuseppe Calasanzio Vives y Tuto, prefetto della sacra Congregazione dei Religiosi.

12 settembre. — Mons. Giovanni Fedele Battaglia, arciv. tit. di Cizico.

20 settembre. — Mons. Gaspare Feliciano Cyrtowt, vescovo di Samogizia.

Annus V. - Vol. V. Die 28 Octobris 1913. Num. 16.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM «OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO.

DE OFFICIIS DIVINIS NOVO ALIQUA EX PARTE MODO ORDINANDIS.

PIUS PP. x.

Abhinc duos annos, cum Constitutionem Apostolicam ederemus *Divino afflatu,* qua id proprie spectavimus, ut, quoad fieri posset, et recitatio Psalterii absolveretur intra hebdomadam, et vetera Dominicarum Officia restituerentur, Nobis quidem alia multa versabantur in animo, partim meditata, partim etiam inchoata consilia quae ad Breviarii Romani, susceptam a Nobis, emendationem pertinerent; sed ea tamen, cum ob multiplices difficultates tunc exsequi non liceret, differre in tempus magis commodum compulsi sumus. Etenim ad compositionem Breviarii sic corrigendam ut talis exsistat, qualem volumus, id est numeris omnibus absoluta, illa opus sunt: Kalendarium Ecclesiae universalis ad pristinam revocare descriptionem et formam, salvis tamen pulcris accessionibus, quas ei mira semper Ecclesiae, Sanctorum matris, fecunditas attulerit; Scripturarum et Patrum Doctorumque idoneos locos, ad genuinam lectionem redactos, adhibere; sobrie Sanctorum vitas ex monumentis retractare; Liturgiae plures tractus, supervacanea rebus expeditos, aptius disponere. Iam vero haec omnia, doctorum ac prudentum iudicio, labores desiderant cum magnos, tum diuturnos; ob eamque causam longa annorum series intercedat necesse est, antequam hoc quasi aedificium liturgicum, quod mystica Christi

Sponsa, ad suam declarandam pietatem et fidem, intelligenti studio conformavit, rursus, dignitate splendidum et concinnitate, tamquam deterso squalore venustatis, appareat.

Interea ex litteris et sermone multorum Venerabilium Fratrum cognovimus ipsis et permultis sacerdotibus esse optatissimum, ut in Breviario una cum Psalterio nova ratione disposito suisque rubricis adsint mutationes omnes, quae ipsum novum Psalterium vel iam secutae sunt vel sequi possunt. Quod cum instanter a Nobis peterent, simul significarunt se vehementer cupere, ut et Psalterium novum usurpetur frequentius, et Officia Dominicarum serventur eo studiosius, et incommodis Officiorum translationibus occurratur, et alia quaedam quae bonum videatur mutari, mutentur. Huiusmodi Nos vota, utpote iterum veritati innixa Nostraeque admodum consentanea voluntati, grate equidem accepimus : iis autem obsecundandi nunc esse tempus arbitramur. Certiores enim facti sumus officinatores librarios, qui sacrorum Rituum Congregationi inserviunt, exspectantes dum Breviarium Romanum decretorio modo ac definitivo corrigatur, in eo esse ut novam interim ipsius Breviarii editionem adornent. Hac uti occasione visum Nobis est; propterea, implorato divinae Sapientiae lumine, consultatione habita cum aliquot S. R. E. Cardinalibus, rogataque proprii cuiusdam Consilii sententia, haec Motu Proprio statuimus, edicimus :

I. Secundum priscam Ecclesiae consuetudinem, ne facile Officia Dominicarum praetermittantur. — Itaque nullum festum, ne Domini quidem, statuatur posthac Dominicis celebrandum; ex his tamen excipiatur, ob peculiarem ipsius naturam, ea quae a die prima ad quintam Ianuarii occurrat : quam recolendo sanctissimo Nomini Iesu, propter coniunctionem quam habet cum mysterio Circumcisionis, assignamus. — Festa vero, quibus usque adhuc dies Dominica attributa erat, omnia, praeter festum sanctissimae Trinitatis, in aliam diem perpetuo transferantur. — Ne forte autem per Quadragesimam aliquod omittatur ex Dominicarum Officiis, quae mire facta sunt ad excitandam in animis christianam paenitentiam, eius temporis secundam, tertiam et quartam Dominicam ad gradum I Classis promovemus.

II. Cum recitationi Psalterii celebratio Octavarum sit impedimento, id ut rarius contingat, in posterum sola duplicia I Classis, quae Octavas integras habent, eas conservent : verum in hisce ipsis Octavis, exceptis privilegiatis, Psalmi de Feria

currenti usurpentur. — Octavae autem duplicium II Classis solo Octavo die celebrentur et quidem ritu simplici.

III. Lectionibus de Scriptura occurrenti semper adhaereant Responsoria de Tempore.

IV. Nulla, ne perpetua quidem, Festorum, quae in Ecclesia universali celebrantur, translatio fiat, nisi duplicium I et II Classis.

Iam, quae hic a Nobis praescripta sunt, ea quemadmodum adduci ad effectum debeant, et quid praeterea novi non modo in Breviarium, sed etiam in Missale, quod cum illo congruat oportet, indidem emanet, sacra Rituum Congregatio, peculiaris *Commissionis* a Nobis institutae consulta sequens, propriis decretis constituet, eademque tum Breviarii tum Missalis novam editionem typicam faciendam curabit.

Has ipsas quidem praescriptiones volumus, statim ut hoc Motu Proprio promulgatae sint, valere. Sed tamen, ratione habita vel Kalendariorum quae iam sunt confecta in annum proximum, vel temporis quod typographi requirunt, sinimus eos, qui ad officium persolvendum Romano utuntur Breviario, tum e Clero saeculari tum e regulari utriusque sexus, his praescriptionibus non teneri nisi a Kalendis anni mcmxv. Qui vero aliud legitime usurpant Breviarium a Romano diversum, iis sacra Rituum Congregatio definiet intra quos terminos ad easdem praescriptiones accommodare sese debeant.

Cuilibet autem liceat comparare sibi atque ad horas canonicas recitandas etiam nunc adhibere Breviaria quae sunt in usu, dummodo tamen peculiari in libello habeat, unde Constitutioni *Divino afflatu* ac decretis quae illam subsecuta sunt, obtemperare possit, ac simul quae hoc Motu Proprio Nos statuimus et quidquid eandem in rem sacra Rituum Congregatio decreverit, diligenter observet.

Atque haec omnia constituimus, edicimus, contrariis quibusvis, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxin mensis Octobris MCMxiii, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

EPISTOLAE.

I.

AD RR. PP. DD. IOANNEM ARCHIEPISCOPUM S. IACOBI DE CHILE CETEROSQUE EPISCOPOS REIPUBLICAE CHILENSIS, QUI, COMMUNIBUS AD BEATISSIMUM PATREM DATIS LITTERIS INIURIAS INTERNUNTIO APOSTOLICO APUD SB ILLATAS CONQUESTI, SUUM ET SUORUM POPULORUM IN SEDEM APOSTOLICAM OBSEQUIUM STUDIUMQUE CONFIRMARANT.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Indignitates rerum, quas vos in urbe istius Reipublicae principe nuper factas communibus ad Nos litteris deploratis, cum optimum quemque affecerunt aegritudine, tum maxime Nos ut facile intelligitis; eo etiam quia praeter omnem exspectationem Nostram illa acciderunt. Magna erat et est Nobis opinio de religione et pietate chilensium civium, magna de civili eorumdem cultu atque humanitate ; quam ob rem venire Nobis non poterat in suspicionem fore ex eis ullos, qui et religionem et humanitatem in viro honestissimo tam atrociter violarent. Etsi enim iniuriae et contumeliae, quas Internuntius Noster pertulit, iactae in ipsum sunt per eam causam, quod non recte aut fideliter suas partes egisset, re tam vera ad Pontificem Romanum, cuius ille personam gereret, atque ad hanc Apostolicam Sedem, cuius interpres esset, easdem spectasse, nemini iam licet infitiari. Aperte id infesti clamores loquebantur concitatae plebis, cum illa quidem res christiano cuivis summe venerandas improbissime ludificaret. Sed enim tantum aberat, ut Internuntius quicquam admisisset reprehensione dignum, ut qui rebus chilensibus praesunt, eum sibi valde probari testati essent, quod bonam atque utilem operam navasset Reipublicae. Quod si non sua eum innocentia, certe tueri dignitas debuit: sancta enim iure gentium est legatorum auctoritas, neque impune laedi solet, nisi ubi silent iura, solaque ratio habetur opum ac virium. Ita chilensi nomini, quod in omni genere urbanitatis et culturae praeclarum semper fuit, paucorum protervitas non exiguam dedecoris maculam aspersit. Ac Nos eo gravius tulimus indigna facinora, quod eorum actores fere fuerunt adolescentes incauti, qui publica lycea etiamtum celebrarent, auctores autem suasoresque homines fidei catholicae penitus infensi, qui ad exterminandum e chilensi solo legatum apostolicum advocatam haberent iuvenilem temeritatem. Atqui illuc demum pertinet huiusmodi legatio, ut quae inter istam Rempublicam et Apostolicam Sedem auspicato intercedit

necessitudo, ingenti quidem cum salutis communis fructu, ea sit usque coniunctior; ac veritatis, iustitiae caritatisque principia, quibus pax et prosperitas civitatis nititur, incolumi religione, salva consistant. — Iamvero tempestivum Nobis solatium vestrae illae litterae attulerunt, quae et animos vestros aegritudinis huius participes Nostrique studiosissimos declarabant, et civium ex omnibus ordinibus indignationem de illa immanitate et iniuria, itemque publicae in Nos observantiae significationes confirmabant. In quo praesertim gaudemus, Reipublicae istius tum excellentissimum Praesidem tum perillustrem Administrum a Negotiis Exteris adeo se generose in hac causa gessisse, ut aequitati simul et honori patriae optime inservierint; quibus etiam per vos maxime cupimus testari gratiam quam habemus. Quod autem addebatis velle vos ad chilenses cives universos communem epistolam dare, non modo omnem turpitudinem atque impietatem rei, quam querimur, ostendendi, sed etiam arcana adversariorum consilia patefaciendi causa, vehementer tale propositum probamus, quamquam non est dubium, quin triste factum iam multos bonorum, ecclesiae chilensi periculo indormientium, excitant. Nos vero vestrarum rerum cursum singulari studio curaque prosequi non' cessabimus: interea, divinorum munerum auspicem ac Nostrae paternae caritatis testem, apostolicam benedictionem vobis, venerabiles Fratres, atque omni populo chilensi amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxn mensis augusti MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

II.

AD R. P. D. ALEXIUM LÉPICIER, ORDINIS SERVORUM MARIAE PRIOREM GENERALEM; GRATULANDI CAUSA SCRIBIT OB SACRARUM DISCIPLINARUM MAGISTERIA IN URBANO ORDINIS COLLEGIO INSTITUTA.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. - Quinto ac vicesimo anno iam exeunte postquam fel. rec. decessor Noster Leo XIII Septem beatos Ordinis vestri Conditores in sanctorum numerum retulit, libet palam atque aperte profiteri quo studio et honore Ordinem istum prosequamur, qui divinitus est ad perdolentem Virginem colendam excitatus. Is profecto tam utiliter in provehenda apud christianum populum eiusdem B. Virginis veneratione elaboravit, tot alumnos sanctitate conspicuos caelo inseruit, tot diligentibus administris Ecclesiam praeclarisque viris civitatem auxit, ut religiosas inter familias honestis-

simum merito locum obtineat. Est praeterea in vestra laude ponendum ex ea vos condicione et loco, quantacumque fuit temporum rerumque. acerbitas, nunquam decidisse; quin immo honores caelitum augustis Parentibus decreti tantam videntur adiecisse vobis alacritatem, ut iam tum coeperitis fructus in vinea Domini ferre multo uberiores.

Incrementa eiusmodi vestra non modo Ordini gratulamur universo, sed etiam uberiora posthac fore confidimus. Cur enim spem Nostram fallat eventus, quandoquidem vobis iuvenes succrescunt et pietate et doctrina rite instructi ? Novimus proximos praepositos Ordinis omni mente in ea cura et cogitatione esse versatos, ut, ad praescripta Nostra, tirones sui puris de fontibus christianam sapientiam imbibèrent et traditam a patribus religiosae vitae formam induerent. In quo recte tu quidem, dilecte fili, ut perfectius quiddam attingeres, in sancti Alexii Falconérii collegio, quod Romae patet alumnis vestris ex omni natione educendis, instituisti, ut accepimus, sacrarum disciplinarum magisteria, et cogitas de eadem studiorum ratione in ceteras tironum domos deinceps inducenda. Etenim huius consilii tui is futurus est salutaris exitus, ut non modo scholasticae doctrinae thesaurus apud vos integer consistat eandemque una mente unoque animo sodales profiteantur omnes, sed etiam ut quae permulta olim de christiana veritate scripserunt illustres ex Ordine doctores, ad pristinum ea splendorem revocentur. Atque inde alterum, nec minoris momenti, oritur commodum: id est posse lectos iuvenes in tam nobili studiorum palaestra ita ingenii exercere vires, ut ad docendum quandoque prodeant apparatissimi.

Sed alia accedit causa quamobrem de diligenti opera tua vehementer laetemur. Decessores enim in officio tuos imitatus, omni contentione eniteris atque efficis, ut qui, emenso studiorum curriculo, sacerdotes effecti sint, sensim negligendo ne dediscant quae tamen accurate didicerunt, quin etiam naviter in libris haereant, ut copiam sibi doctrinae sacrae largiorem comparent. Nam si sacrorum administri ea carent interdum divinarum humanarumque rerum scientia, qua eos florere oportet, non idcirco plerumque fit, quod vel in seminariis vel in coenobiis inepte instituti sint, sed potius quod parta sibi doctrinae adiumenta per desidiam extenuari siverint atque evanescere.

Perge igitur, dilecte Fili, pro alumnis a sacerdotio recentibus ita vigilare, ut, aetate progrediente et praesertim in sacri ministerii primordiis, quo animorum ardore curandae hominum saluti dant operam, eodem et Instituti sui leges sancte exsequantur et ecclesiasticas perpetuo excolant disciplinas. Quod si feceris remque totam perdolentis Virginis Septemque sanctorum Patrum tutelae credideris, pro certo

habemus, Ordinem, Nobis aeque ac tibi earum, esse ad maiora gradatim adscensurum, cum explorata omnium vestrum Ecclesiaeque utilitate. Idque ut secundum vota eveniat, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte Fili, et quibus praees sodalibus universis apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis octobris anno MCMXIH, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

LITTERAE CIRCULARES

AD REVMOS ORDINARIOS ITALIAE, DE LIBRIS AB ALUMNIS SEMINARIORUM VEL IN SCHOLIS VEL PRIVATIM ADHIBENDIS.

Roma, 17 ottobre 1913.

Illmo e Rmo Signore,

Con circolare del 16 luglio 1912 in seguito alle relazioni dei Visitatori Apostolici dei seminari d'Italia, questa S. G. Concistoriale raccomandava ai Revmi Ordinari che avessero somma cura di scegliere *i testi scolastici pié,adatti e di sicura dottrina,* ed escludessero quelli che potessero riuscire pericolosi alla formazione ecclesiastica dei giovani alunni dei santuario.

La grande importanza di questa disposizione non sfuggì ai Revmi Ordinari; e questa S. C. ha potuto constatare con soddisfazione che molti testi scolastici precedentemente adottati, non rispondendo alle direttive della Santa Sede, sono stati con fermezza eliminati dai nostri istituti.

Ciò non ostante, l'inconveniente già rilevato 4ai Visitatori Apostolici non è cessato del tutto, e da varie persone attendibilissime per virtù e dottrina sono stati nel corso di quest'anno segnalati a questa sacra Congregazione alcuni manuali scolastici, tuttora in uso nei seminari, meritevoli di censura o per gli errori storici e dottrinali che contengono, o per i principi pericolosi a cui s'ispirano, e in genere per lo spirito scientifico non orientato verso il sentire cristiano e cattolico e gli" insegnamenti di quella suprema cattedra di verità che è la Sede di Pietro.

Se tali manuali si lasciassero ancora correre per le mani dei giovani, si potrebbe sin dai primi loro passi nella via del sapere compromettere la formazione di quell'equilibrio e di quel criterio intellettuale eminentemente cattolico, che valga a tutelare lo spirito sacerdotale dalle debolezze e dai traviamenti, che purtroppo con frequenza vediamo oggi succedersi.

Per tali considerazioni all'avvicinarsi del nuovo anno scolastico questa S. G. si crede in dovere di ritornare sul grave argomento ed interessarne a nome del Santo Padre la pastorale vigilanza dei *Revmi Ordinari.*

La S. G. raccomanda anzitutto che si escludano dalle scuole ginnasiali e liceali dei seminari quelle antologie letterarie di prosa o di poesia e quei manuali di storia civile, che offendono la purezza e la santità della fede o anche la profonda venerazione dovuta alla Chiesa e al Pontificato Romano.

Egualmente sono da escludersi quei testi di filosofia che sono contrari al sentire cattolico od anche semplicemente difformi dalle note direttive della S. Sede per l'insegnamento di questa disciplina, quale fra essi è p. es. *Il primo passo alla filosofia,* di Luigi Ambrosi. Nè per ammetterli vale il pretesto che si adottano per segnalarne gli errori e combàtterli: giacché è un rovesciare ogni retto principio pedagogico mettere i discepoli per una falsa via onde poi farli tornare addietro ed avviarli per la vera, ammaestrarli nell'errore onde poi istituirli nella verità.

Quanto poi alle scuole teologiche, la S. C. intende che siano esclusi dai seminari quei testi di storia ecclesiastica che « trascurano od « omettono la parte soprannaturale, che è vero, essenziale, indispensa- « bile elemento nei fasti della Chiesa, senza di cui la Chiesa stessa « riesce incomprensibile » (Circ. *Le Visite apostoliche).* B siccome a queste esigenze non soddisfano i manuali di storia ecclesiastica di F. S. Funk e di F. S. Kraus, questa S. G. non permette che si adoperino nei Seminari.

La S. C. raccomanda inoltre che si usi molta diligenza nella scelta dei testi di patrologia. Nessuno ignora con quanti sforzi la critica razionalista abbia tentato di distruggere o almeno indebolire l'autorevole e veneranda testimonianza, che portano alla fede cattolica i Padri della Chiesa, torturandone gli scritti con un'esegesi cavillosa, o peggio ancora estenuandone l'altezza dell'ingegno e il valore della dottrina. È necessario quindi precludere l'adito del seminario a quelle opere di patrologia, che possono offuscare nelle vergini menti giovanili la grande

idea che la Chiesa ha dei suoi Padri, e scegliere soltanto quelle che, tenendo calcolo della cultura moderna, non si allontanano dai canoni sicuri della teologia cattolica. Tale non è il manuale di patrologia del Rauschen, in cui la dottrina dei Padri anche sui dogmi fondamentali del Cristianesimo è frequentemente esposta in modo difforme dalla verità oggettiva e dal senso della Chiesa; onde i Revmi Ordinari avranno cura di eliminarlo affatto dai loro seminari.

Richiama infine alla loro memoria quanto dispose in proposito la S. C. dei Vescovi e Regolari nel *Programma generale degli Studi* dei 10 maggio 1907, cioè che « il testo di filosofia e di teologia sia proposto « dal Consiglio dei professori e sottomesso all'approvazione del Vescovo ». Questa norma per disposizione del S. Padre deve estendersi a tutti i testi scolastici dei seminari e quindi anche delle scuole ginnasiali e liceali, avvertendo inoltre che i testi interdetti nella scuola s'intendono vietati nell'uso privato dei seminaristi, da cui resteranno pure escluse le opere di consultazione e di erudizione non conformi ai criteri già esposti, come sarebbero fra le altre le *Leggende agiografici*™ del Delehaye, e simili.

Applicando queste cautele, il S. Padre confida che nel sacro recinto del seminario non si trovino altre opere se non quelle che armonizzino con la dottrina e lo spirito della Chiesa, ciò che è assolutamente necessario, onde l'istituzione letteraria e scientifica anziché ostacolare concorra alla formazione spirituale piena e perfetta dei futuri ministri del santuario.

G. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM GENERALE

SUPER MOTU PROPRIO « ABHINC DUOS ANNOS ».

Cum Ssmus Dnus noster Pius Papa X, mandaverit, ut quae Motu Proprio *Abhinc duos annos,* die 23 praesentis mensis octobris decrevit, ab hac sacra Rituum Congregatione, iuxta votum specialis Commissionis liturgicae, opportune apteque applicarentur, haec eadem S. R. C, voluntati Sanctitatis^uae, qua par est observantia, obsequens, haec declaranda et statuenda censuit:

I - DE DOMINICIS
ET FESTIS HUCUSQUE DOMINICIS DIEBUS AFFIXIS

1. Dominicae quaevis assignationem perpetuam cuiuslibet Festi excludunt: idcirco Festa tam universalis Ecclesiae quam alicuius loci propria, quae hucusque Dominicis assignata fuerunt, celebrentur die fixa mensis qua in Martyrologio inscribuntur, si haec habeatur; secus prima die qua occurrere potest Dominica in qua hucusque celebrata sunt. Excipiuntur tamen:

a) Festum Ssmae Trinitatis, quod Dominicae I post Pentecostem assignatum manet.

b) Festum Ssmi Nominis Iesu, quod ab omnibus celebrabitur in Dominica quae occurrat a die 2 ad 5 ianuarii, et, si ea non occurrerit vel impedita fuerit ab Officio nobiliori, die 2 eiusdem mensis.

c) Solemnitas S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf. et Ecclesiae universalis Patroni, quae assignabitur Feriae IV ante Dominicam III post Pascha occurrente et in ea cum sua integra Octava recoletur, redacto ad ritum Duplicem II. classis alio Festo S. Ioseph diei 19 martii.

d) Festum S. Ioachim, fixe celebrandum die 16 augusti, inde in sequentem diem 17 translato Festo S. Hyacinthi.

e) Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quod, seorsim ab Anniversario Dedicationis aliarum Ecclesiarum Dioecesis, in tota Dioecesi die ipsa anniversaria celebrabitur, si ea innotescat: secus alia die fixa arbitrio Episcopi, audito tamen Capitulo Cathedrali, semel pro semper designanda.

/) Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae, quod pariter, si hucusque sua propria die a singulis Dioecesis Ecclesiis celebratum est, ipsa die celebrari pergat: si vero in tota Dioecesi vel Instituto unica die recoli consuevit Dedicatio omnium Ecclesiarum Dioeceseos, haec, extra Ecclesiam Cathedralem, in Ecclesiis consecratis tantum, non vero in aliis recoli poterit, die ab Ordinario, ut supra, designanda, quae tamen alia sit a die Dedicationi Ecclesiae Cathedralis recolendae assignata. Quae item observentur de Anniversario Dedicationis omnium Ecclesiarum alicuius Ordinis seu Congregationis, quod hucusque in Dominica celebrari consueverit,

g) Festa Sanctorum vel Beatorum, quorum mentio non fit in Martyrologio, quae tamen celebranda sunt, iuxta Rubricas, die eorum natali, si agnoscatur, dummodo per Litteras Apostolicas alius dies non fuerit assignatus.

h) Festa quae certis Dominicis post Pascha vel post Pentecosten affixa sunt, quae semel ab Ordinario, ut supra, assignanda erunt congruentiori Feriae infra Hebdomadam immediate praecedentem.

2. Ubi Solemnitas externa Festorum quae hucusque alicui Dominicae perpetuo affixa erant, in ipsa Dominica celebratur, de Solemnitate Festi Duplicis I classis permittuntur Missae omnes, praeter Conventualem et Parochialem, semper de Officio diei dicendas; de Solemnitate vero Festi Duplicis II classis permittitur tantum unica Missa solemnis vel lecta. Excipitur Solemnitas externa Ssmi Rosarii, quae Dominica I Octobris celebrari poterit cum omnibus Missis, praeter Conventualem et Parochialem, de Ssmo Rosario, ut supra dictum est de Duplicibus I classis.

Omnes Missae de his Solemnitatibus in Dominica celebratis semper dicantur ut in ipso Festo de quo agitur Solemnitas, addita Oratione de Officio diei et aliis omnibus quae dicendae essent, si Festum ipsa Dominica incidisset. Prohibentur tamen in omnibus Dominicis maioribus, et in aliis Dominicis in quibus fiat Officium nobilius ipso Festo cuius Solemnitas externa peragitur; sed in casu, praeterquam in Duplicibus I classis Domini Ecclesiae universalis, in omnibus Missis quae alioquin de Solemnitate externe celebrata permitterentur, addatur eius Oratio sub unica conclusione cum prima. Ubi tamen adest obligatio Missae conventualis, non permittitur in casu alia Missa solemnis, sed Oratio de Festo externe tantum celebrato addi poterit, uti supra, in ipsa Missa Conventuali.

3. Dominicae II, III et IV Quadragesimae, ad gradum Dominicarum I classis-evectae, nulli in posterum cedent Festo, neque etiam Duplici I classis.

Dominica autem quae occurrat die % 3 vel 4 Januarii, si in ea celebrandum non sit, iuxta Rubricas, Festum Ssmi Nominis Iesu aut aliud\ Festum Domini, et dummodo de ipso Domino nulla fiat Commemoratio neque occurrens neque concurrens, commemoretur in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, per Antiphonas, Versus et Orationes Dominicae infra Octavam Nativitatis, sed de ea non dicitur IX Lectio Homiliae nec legitur Evangelium in fine Missae.

Officium vero Dominicae quae post Epiphaniam, superveniente Septuagésima, vel post Pentecosten, superveniente Dominica XXIV, anticipari debet, celebretur in Sabbato praecedenti ritu Semiduplici, cum omnibus privilegiis Dominicae tam in occursu quam in concursu ad I Vesperas. Omnia dicentur de Sabbato, et in I Vesperis, de Feria VI praecedenti, praeter Orationem, Lectiones, Antiphonam ad *Benedictus* et Missam propriam; et post Nonam nil fit amplius de Dominica anticipata.

II - DE OCTAVIS

1. Octavae Paschatis, Pentecostes, Epiphaniae, Ssmi Corporis Christi, Nativitatis Domini et Ascensionis sunt privilegiatae, et de eis, si quando integrum faciendum non sit Officium, semper tamen fit Commemoratio in Laudibus, Missa et Vesperis. Eorum Officium integre recitatur ut in die Festo praeter ea quae suis locis adsignantur.

% In Officio autem tum de die infra Octavam, tum de die Octava aliorum quorumlibet Duplicium I classis, etiam Domini, Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum dicantur de occurrenti hebdomadae die, et Lectiones I Nocturni, nisi habeantur propriae, vel, Lectionibus de Scriptura deficientibus, sumi debeant de Festo aut de Communi, dicuntur cum suis Responsoriis de Tempore, ut infra dicetur. Dies autem Octava huiusmodi, etiam Domini, tam in occursu, quam in concursu, cedit cuilibet Dominicae.

3. De Octavis vero Duplicium II classis universalis Ecclesiae nihil fit nisi in die Octava, et quidem sub ritu Simplici: ita ut si occurrat in eo aliquod Officium Duplex vel Semiduplex, etiam repositum vel translatum, aut Feria maior vel Vigilia, de die Octava huiusmodi fiat tantum Commemoratio iuxta Rubricas. Festa vero Simplicia occurrentia commemorantur in Officio de die Octava: cui cedit etiam Officium S. Mariae in Sabbato, in casu omittendum.

Idem servatur de Octavis Duplicium II classis alicuius Dioecesis vel particularis Ecclesiae, quae pariter, nisi penitus omitti velint, tantum in die Octava, et sub ritu Simplici celebrandae erunt.

4. Octavae Festorum particularium post diem Nativitatis Domini non amplius impediuntur.

5. Lectiones II et III Nocturni singulis diebus per Octavas Festorum Duplicium II classis Ecclesiae universalis hucusque assignatae, inserantur in Octavario Romano : non vero Lectiones I Nocturni, etiam si habeantur propriae.

III - DE RESPONSORIIS DE TEMPORE, DE LECTIONIBUS E SCRIPTURA OCCURRENTI, ET DE ALIIS PARTIBUS OFFICIORUM PROPRIIS

1. In Officiis tam novem quam trium Lectionum, quandocumque sumuntur Lectiones de Scriptura occurrenti, cum eis adhibeantur Responsoria de Tempore: ita tamen ut Lectiones Dominicae cuiuslibet, etiam si reponantur infra hebdomadam et simul cum Lectionibus de

Feria dicantur, sumant semper Responsoria de I Nocturno ipsius Dominicae; Lectiones vero de Feria, si transferantur vel anticipentur, dummodo tamen simul cum Lectionibus Dominicae non dicantur, sumant Responsoria de Feria currenti, in Feriis Temporis Paschalis noviter disponenda. Excipiuntur tamen:

a) Lectiones de Scriptura occurrenti infra Octavas privilegiatas Ecclesiae universalis recitandae, quae semper dicuntur cum Responsoriis de Octava.

b) Lectiones de aliquo Initio Scripturae occurrentis, quae necessario ponendae sint, iuxta Rubricas, in Officiis Lectiones proprias vel de Communi assignatas habentibus, quaeque dicuntur cum Responsoriis propriis de huiusmodi Officiis, si habeantur, secus cum Responsoriis de Tempore, numquam vero de Communi.

c) Lectiones de Scriptura in Dominicis post Epiphaniam positae, quae si infra hebdomadam transferantur, dicuntur cum Responsoriis de Feria currenti.

d) Responsoria Feria II infra Hebdomadam I post Epiphaniam et Feriae II infra Hebdomadam I post Octavam Pentecostes, quae, si sua die impediantur, ulterius transferuntur, iuxta proprias Rubricas.

2. Responsoria quae in Festis S. Luciae Virg. et Mart., Ss. Ioannis et Pauli Mm., et S. Clementis Papae et Mart. in I Nocturno habentur propria, ponantur in II Nocturno, loco Responsoriorum de Communi, et in I Nocturno dicantur Lectiones de Scriptura occurrenti cum Responsoriis de Tempore.

3. Similiter omnia quae in Festo S. Elisabeth Reginae et Viduae, habentur propria, praeter Invitatorium, Hymnos, Lectiones II Nocturni, Versus ad utrasque Vesperas et Laudes, Antiphonas ad *Magnificat* et ad *Benedictus,* et Orationem, expungantur, et in I Nocturno item dicantur Lectiones de Scriptura occurrenti cum Responsoriis de Tempore.

4. In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, Psalmi ad Completorium et alias Horas minores, non amplius sumantur de occurrenti hebdomadae die, sed proprii assignentur.

IV - DE OCCURRENTIA ET TRANSLATIONE FESTORUM, EORUMQUE CONCURRENTIA

1. Festa Duplicia I et II classis, tam Ecclesiae universalis quam alicuius loci propria, impedita etiam perpetuo, quocumque sublato privilegio hucusque certis Festis concesso, transferantur in primam sequentem diem non impeditam a Dominica quavis vel Vigilia Epiphaniae, ab

alio Festo Duplici I vel IL classis, vel ab Officiis eiusmodi Festa respective excludentibus. Eadem Festa, tam I quam II classis, in II Vesperis non admittunt Commemorationem sequentis diei infra Octavam, neque cuiusvis Officii Simplicis, etiam si postera die integrum de eis celebrandum sit Officium.

2. Festa vero Duplicia maiora vel minora aut Semiduplicia, quae in universa Ecclesia celebrantur, si accidentaliter vel perpetuo impedita fuerint, non transferuntur, sed de eis fit Commemoratio iuxta Rubricas, et legitur IX Lectio historica. Si tamen Festum impediens fuerit Duplex I classis Domini universalis Ecclesiae, nil fit de Festo ut supra impedito: si vero fuerit aliud Duplex I classis, de Officio impedito fit Commemoratio tantum in Laudibus et in Missis privatis, et non legitur IX Lectio. Idem servatur de Festis propriis alicuius Nationis, Dioecesis, Ordinis vel Instituti, quae pariter, si in aliqua particulari Ecclesia suo die fuerint impedita, commemorantur vel omittuntur, ut supra. Festa autem propria alicuius Nationis, Dioecesis, Ordinis, Instituti vel particularis Ecclesiae, quae in tota Natione, Dioecesi, Ordine, Instituto vel in sua particulari Ecclesia impediantur, si impedimentum sit accidentale, pariter commemorentur vel omittantur ut supra: si impedimentum sit perpetuum, reponantur in proximiorem diem, ab Officio Duplici, a Festo Semiduplici, a Vigiliis privilegiatis et ab Octavis II ordinis non impeditam.

De huiusmodi vero Festis Duplicibus maioribus seu minoribus vel Semiduplicibus, quae perpetuo vel etiam accidentaliter impediantur, dici poterunt Missae privatae ad libitum sacerdotis, dummodo Officium impediens non fuerit Duplex I vel II classis, Dominica quaevis, Octava I et II ordinis, dies Octava III ordinis, Feria aut Vigilia privilegiata. Haec Missa dicitur ritu festivo, cum 2ª Oratione de Officio diei et aliis de Commemorationibus forte occurrentibus.

3. Festa quae hucusque tam in Ecclesia universali, quam in particularibus locis sub ritu Semiduplici ad libitum sunt celebrata,' reducantur ad ritum Simplicem, de eisque fiat Commemoratio quoties impediantur, ut fit de aliis Simplicibus iuxta Rubricas. Festum tamen S. Canuti cedit Festo Ss. Marii, etc. Mm., ideoque in eius Officio commemoratur.

4. Si Patronus loci secundarius, vel alius Sanctus proprius, descriptus sit in Kalendario cum aliis Sanctis, ab eis non separetur, sed de omnibus simul celebretur Festum sub ritu Duplici maiori vel minori, aut Semiduplici, iuxta Rubricas, nisi sub altiori ritu in Kalendario sit descriptum.

5. Quando Festum aliquod Duplex maius aut minus, vel Semiduplex occurrat in die Octava Duplici maiori non privilegiata eiusdem

Personae, Officium fiat de Festo, sub ritu diei Octavae convenienti, omissa vel addita Commemoratione eiusdem Octavae, iuxta Rubricas.

V - DE REFORMATIONE KALENDARIORUM PARTICULARIUM

1. Ut vero omnia quae hoc decreto praescribuntur rite exsecutioni mandentur, singuli Ordinarii, etiam Ordinum Regularium, et Moderatores generales Institutorum cuiusvis generis quae Kalendario proprio utuntur, supplicem libellum, iuxta Instructionem huius S. R. C. diei i2 decembris 1912, in *Actis Apostolicae Sedis* die 1 martii praesentis anni editam, ad eamdem S. C. infra proximum mensem martium anni 1914 transmittant. Qui tamen post editam Constitutionem *Divino afflatu,* proprii Kalendarii iam obtinuerint reformationem, ex officio novam ab eadem S. Congregatione sine ullis expensis récipient.

2. In hac Kalendariorum reformatione, praeter ea quae superius disposita sunt de Festis quae hucusque Dominicis affixa erant, sequentes serventur normae:

a) Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, etiam ubi hucusque die fixa celebrari consuevit una cum Dedicatione aliarum Ecclesiarum, seorsim celebretur, iuxta superius decreta de eisdem Anniversariis hucusque diei Dominicae affixis.

b) Festa propria, nisi aliter per Apostolicas Litteras dispositum fuerit, celebranda erunt ipsa die natali, si agnoscatur; secus, ponantur in aliqua die quae libera sit in Kalendario.

c) Duo vel tres Sancti qui sub eodem Communi comprehendantur, sicubi occurrant eadem die et sub eodem ritu sint celebrandi, unico Festo recolantur, adhibitis iis singulorum Communium partibus, quae pro pluribus Sanctis qualitatis eiusdem assignantur, et contractis Lectionibus historicis III Nocturni, quae tamen huic S. R. C. adprobandae submittentur. Eadem norma servetur pro Festis eiusdem Communis, quae ab anterioribus diebus sint reponenda.

d) Festa S. Bartholomaei Ap. et S. Ludovici Regis Conf., in omnibus et singulis Kalendariis, Romano non excluso, fixe diebus 24 et 25 augusti respective assignentur, nonobstante quacumque consuetudine aut privilegio. Ubi vero solemnitas externa die 25 et 26 respective celebretur, his diebus permittitur unica Missa cantata vel lecta de ea Solemnitate, ut supra statutum est pro Festis diei Dominicae hucusque affixis.

e) Privilegium quibus nonnullae Dioeceses vel Instituta gaudent, sese scilicet conformandi Kalendario Cleri Romani, aut alicuius Ordinis seu Congregationis, et alia huiusmodi, penitus aboletur.

Quae omnia, per infrascriptum huius S. Rituum Congregationis Secretarium, sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X in audientia diei 26 praesentis mensis octobris relata, Sanctitas Sua dignatus est approbare, et ab omnibus servari mandavit. Consulens autem eadem Sanctitas Sua pauperum praesertim clericorum indemnitati, Apostolica benignitate permittit, ut hi, pro prudenti arbitrio Episcopi, Breviaria quibus in praesenti utuntur, sine novi libelli additione, adhibere adhuc valeant, dummodo, iuxta Rubricarum praescriptum, novum ordinem Psalterialem omnino servent. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 28 octobris 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ® S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

VICARIATUS APOSTOLICI NOVAE POMERANIAE.

NULLITATIS MATRIMONII (TO BAI-JA MÁMALE).

Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo; die 30 aprilis 1913, BR. PP. DD. Seraphinus Many, Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de turno, in causa* Vicariatus apostolici Novae Pomeraniae - Nullitatis matrimonii, *instante pro appellatione Defensore vinculi eiusdem vicariatus adversus sententiam vicariatus, agentibus simul pro nullitate matrimonii ambobus coniugibus* To Bai *et* Ja Marnale, *repraesentatis per procuratorem ex officio rev. Carmelum Conte, advocatum, interveniente et disceptante in causa Substituto Defensoris vinculi ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Die 24 septembris anni 1906, Eugenius To Bai et Rosa Ja Marnale matrimonium contraxerunt in ecclesia missionis coram Rev. patre Van Berkel, missionario, et duobus testibus. Secundum morem regionis, Rosa empta fuerat a cognatis Eugenii, interveniente iudice indigena To Kaaga. A die emptionis usque ad diem celebrati matrimonii, id est per quatuor menses, Rosa pluries interrogata, nec sine reprehensionibus et obiurgationibus, de suo consensu in matrimonium cum Eugenio, siluerat. Pridie tamen matrimonii, et in ipsa celebratione matrimonii, satis consentire

visa est. Verum hoc matrimonium infaustos exitus habuit. Haud enim multo post, Rosa a loco domicilii Eugenii aufugit; imo adhaesit alii viro, quem tamen postea dereliquit. Hinc Rmus Vicarius apostolicus litteras misit, tum die 4 iulii 1907, tum die 8 aprilis 1909, ad S. Congregationem de Propaganda Fide, petens vel declarationem nullitatis matrimonii, vel dispensationem in matrimonio rato et non consummato; quae S. Congregatio negotium remisit ad S. Congregationem de Sacramentis, nuper erectam a S. S. Pio X feliciter regnante; Rmus autem Secretarius huius Congregationis iussit fieri a Vicario apostolico processum canonicum super nullitate praedicti matrimonii. Revera factus est processus a Rmo Ioanne Dicks, provicario, rite delegato a Vicario apostolico; et, die 12 augusti anni 1911, prodiit sententia in haec verba: « Attentis omnibus circumstantiis, certo constat Ja Marnale numquam «matrimonium contrahere voluisse. Consensus internus omnino defuit; « vel, si adfuit, invalidus est propter impedimentum metus. Matrimonium « autem postea numquam per amoris coniugalis signa vel aliam con- « sensus expressionem sanatum fuit. Ad propositam ergo quaestionem « utrum certo constet matrimonium To Bai et Ja Marnale nullum esse « propter defectum consensus ex parte mulieris, respondetur *Affirmative* ». A qua sententia Defensor vinculi appellavit ad S. Sedem.

Hinc acta processus missa fuerunt ad S. Congregationem de Sacramentis, quae causam remisit ad S. Rotam. Igitur in H. S. O., prout de more, concordatum est dubium *An constet de nullitate matrimonii in casu ?*

Notandum est iudicem primae instantiae, in praefata sententia tria defìnivisse: « 1) consensum internum in matrimonium, ex parte sponsae, « omnino defuisse; 2) si adfuerit, invalidum fuisse propter impedimen- « tum metus; 3) matrimonium sic invalide contractum numquam postea « sanatum fuisse per amoris coniugalis signa, aut aliam consensus « expressionem ». Revera his tribus punctis causa praesens exhauritur; quae nunc discutienda sunt.

Quod ad ius attinet. Notissima sunt principia iuris in re praesenti.

1. Ad matrimonium contrahendum, requiritur omnino consensus internus utriusque partis. Dicitur enim, cap. *Cum locum,* 14, *de sponsalibus* « Matrimonium solo consensu contrahitur » : et cap. *Cum apud Sedem,* 23, eiusdem tituli: « Sufficiat ad*matrimonium solus consensus « illorum, de quorum quarumque coniunctionibus agitur »; et cap. *Tuae fraternitati,* 25, eiusdem tituli: « Matrimonium in veritate contrahitur per « legitimum viri et mulieris consensum. Qui consensus adeo est neces-

« sarius, ut, si solus desit, etiamsi omnia cetera et ipse coitus adsint,
« matrimonium non exsistat ». Sic enim ait Innocentius III, in cap. *Tuas dudum,* 5, *de Sponsa duorum:* « Postquam inter legitimas personas con-
« sensus legitime intervenerit de praesenti, qui sufficit in talibus iuxta
« canonicas sanctiones, et si solus defuerit, cetera etiam cum ipso coitu
«celebrata frustrantur, si personae iunctae legitime cum aliis postea
« de facto contrahant, quod prius de iure factum fuerat, non poterit
« irritari ». Qui consensus internus, uti per se patet, sufficienter per signa aut verba manifestari debet; in contractibus enim humanis, intentio mente retenta nihil operari potest.

2. Licet adfuerit aliqualis consensus etiam internus in matrimonium, attamen, si processerit ex metu gravi, matrimonium nullum est.

Notissima sunt, hac in re, capita *Cum locum,* 14; *Veniens,* 15; *Consultationi tuae,* 28, *de Sponsalibus,* ex quibus deducitur theoria canonica,' ab omnibus recepta, quae docet, saltem de iure ecclesiastico, metum esse impedimentum dirimens matrimonium, si sit gravis etiam relative tantum, iniustus, et in ordine ad extorquendum matrimonialem consensum incussus. Quod extendendum est ad metum reverentialem, id est, ad metum quo reformidamus indignationem eius in cuius potestate constituti sumus, modo tamen accedat aliquid aliud, v. g., preces importunae et instantissimae, iurgia, vexationes, etc., ita ut metus sit revera gravis. Revera, in his adiunctis, H. S. O. tum annis antiquis, tum a tempore eius restitutionis anno 1908, pluries matrimonium nullum declaravit, v. g. in Parisien. *Nullitatis Matrimonii,* die 26 februarii 1910; in altera Parisien. *Nullitatis Matrimonii,* die 13 martii 1911, etc. etc.

3. Notandum tandem est defectum consensus, sive omnino defuerit consensus internus, sive ex metu vitiatus fuerit, postea sanari posse et sic matrimonium revalidan, per expressionem veri consensus, vel etiam per consensum tacitum aut implicitum. Adest autem consensus tacitus vel implicitus, duobus praesertim modis, in iure praevisis, scilicet per cohabitationem longam et pacificam, vel per copulam libere acceptatam. De cohabitatione agitur in cap. *Ad id,* 21, *de Sponsalibus,* in quo legimus:
« Quamvis ab initio invita fuisset ei tradita et renitens, tamen, quia
« postmodum per annum et dimidium sibi cohabitans, consensisse videtur,
« ad ipsum est cogenda redire; nec de cetero recipiendi sunt testes, si
« quos memorata mulier ad probandum quod non consenserit in cura-
re dem, nominaverit producendos; cum mora tanti temporis huiusmodi
« probationem excludit >; agitur autem de cohabitatione pacifica, ut per se patet, et uti communiter deducunt Doctores. De copula autem libere acceptata agitur in cap. *Insuper,* 4, *Qui matrimonium accusare possunt,*

in quo haec leguntur: « Sicut ante legitimum consensum (qui in duo« decim annis speetatur) potuit dissentire, sic postquam, legitimo tem« pore accedente, semel etiam carnali copulae consensit, ex ratihabitione « sibi super hoc silentium non ambigitur indixisse ». Verum quidem est, in locis, ubi promulgatum erat decretum Tridentinum *Tametsi,* hanc cohabitationem pacificam aut copulam liberam non satis fuisse ad sanandum consensum, sed necesse fuisse ut consensus de novo emitteretur in forma Tridentina (saltem ubi agebatur- de defectu consensus, v. g. de metu, publico); sed in locis ubi publicatum non erat decretum *Tametsi,* ad sanandum consensum vitiatum, satis semper fuit, secundum ius Decretalium, vel cohabitatio longa et pacifica, vel copula libera, etiam non renovato publice consensu.

Quod ad factum attinet. Ex actis processus, haec deduci possunt:

I. Difficile est asserere prorsus defuisse, ex parte sponsae Rosae Ja Marnale, consensum internum in matrimonium cum Eugenio To Bai.

Verum quidem est, per quatuor circiter menses qui a die emptionis ad diem celebrati matrimonii elapsi sunt, Rosam, interrogatami de suo consensu, siluisse. Sed pridie matrimonii, ut refert iudex indigena, cum hic et pater missionarius Van Berkel simul essent, et Rosa cum eis, actum est de matrimonio proximo, et Rosa pluries interrogata a missionario, cum primum siluisset, tandem signum affirmativum fecit, quin vocem emitteret. Pariter, die matrimonii in ipsamet ecclesia, signum affirmativum dedit; sic enim ait pater Van Berkel: « In ipsa celebratione « matrimonii iterum a me interrogata, responsum non dedit. Cum autem « ei dixissem: " Si non respondes, matrimonium inire non potes „, ali« quem vocis sonum non articulatum emisit, quem tamen ut consensum « in matrimonium haberi posse credidi ». Revera ipsa Rosa hunc sonum inarticulatum, in sua depositione, interpretata est de consensu in matrimonium; dixit enim: « In ecclesia interrogata, prius silui; dein ex metu « reverentiali, ne missionarium offenderem, consensum dedi... Nolebam « To Bai, sed metu reverentiali ad consensum inducta sum ». Cum ergo Rosa ipsa fateatur se in matrimonium consensisse, quantumcumque tardus fuerit iste consensus, et licet emissus fuerit cum magna repugnantia, et sub influxu timoris, ut infra dicemus, attamen consensus est.

IL Verum hic aliqualis consensus vitiatus fuit ex metu sufficienti ad dirimendum matrimonium. Notanda est ante omnia deploranda ratio qua conclusum est hoc matrimonium, nempe per emptionem puellae; cognati enim Eugenii emerunt puellam ab huius parentibus, et quidem, quod gravius est, inseia puella; unde omnes testes exhibent hoc adiun-

ctum, scilicet, quod Rosa inscia vendita fuit a parentibus, tamquam rem quae speciale gravamen intulerit puellae.

Ex quo statim exsurgit praesumptio coactionis in puellam exercitae; omnino enim verisimile est, illos qui eam emerunt et vendiderunt sine eius consensu, omni modo institisse, etiam puella repugnante, ut scopus emptionis attingeretur. Quod re ipsa contigit. Conclusa emptione, Rosa adducta est ad cognatos Eugenii, et apud eos permansit usque ad diem matrimonii, dum interea Eugenius apud missionarium morabatur. Per hoc temporis spatium, cognati Eugenii Rosam interrogaverunt de suo consensu in matrimonium; verum, cum nihil proñcerent, invitaverunt magistratum et iudicem indigenam loci, nomine To Kaaga, ut Rosam induceret ad consentiendum; quod hic diserte explicat: « Saepe saepius « invitatus fui, ut... Ja Marnale, post emptionem, sed ante matrimonium « in ecclesia contractum, ad consentiendum adducerem. Saepius eamdem « obiurgavi, eique verbera minatus sum, eo fine ut matrimonium con- « traheret. Pridie matrimonii in ecclesia celebrati, ego et pater Van Berkel « et Ja Marnale, in hoc cubiculo de matrimonio locuti sumus. Praedictus « missionarius pluries eam interrogavit; quae silebat; sed, in fine, signum « affirmativum dedit; locuta non est. Patet Ja Marnale timore ad consen- « tiendum adductam fuisse ». Ex parte sua, pater Van Berkel haec deponit: « A die emptionis ad diem celebrationis matrimonii in ecclesia, « circiter quatuor interfuere menses. Pluries a me interrogata utrum « To **Baiali** coniugem vellet, nullum responsum dedit. In ipsa celebra- « tione matrimonii, iterum a me interrogata, responsum non dedit. Cum « autem ei dixissem : " Si non respondes, matrimonium inire non potes „ , « aliquem vocis sonum non articulatum emisit, quem tamen ut consen- **te** sum in matrimonium haberi posse credidi ».

Unde per quatuor menses, Rosa de consensu suo in matrimonio interrogatur a cognatis Eugenii, a iudice loci, a missionario; imo ad consentiendum positive et expresse inducitur a praedicto iudice, qui eam silentem saepius obiurgat, eique verbera minatur; quae minae utique nimis seriae erant, utpote consentaneae moribus ethnicis huius regionis. His autem non obstantibus, Rosa nullum responsum dat, sed continuum servat silentium; quod mox vicini et incolae loci didicerunt, unde notorium evasit Rosam Ja Marnale non consentire in matrimonium cum Eugenio To Bai; quod unanimiter deponunt tredecim testes, ex quibus unus, scilicet praefatus iudex, testatur de notorietate facti: « Notorietatis « publicae est, inquit, Ja Marnale virum suum noluisse, nec commercium « carnale cum eo habuisse ».

Et haec repugnantia Rosae perduravit usque ad finem, scilicet usque

ad matrimonium. Verum quidem est, pridie matrimonii Rosam, tantis oppressam interrogationibus et obiurgationibus, signum affirmativum dedisse, ut audivimus a iudice indigena et a patre missionario; sed quid valeret hoc signum, mox patuit; nam in ipsa celebratione matrimonii Rosa, iterum interrogata a Patre, siluit, et non nisi post relata verba missionarii: « Si non respondes, matrimonium inire non potes », sonum aliquem inarticulatum et dubium emisit, quem tamen missionarius intelligi posse putavit de signo affirmativo. Quod manifeste ostendit Rosam in sua repugnantia permansisse usque ad.horam matrimonii, et vix emisisse sonum inarticulatum, ut se tandem a tot interrogationibus et vexationibus liberareis

Unde dicendum est Rosam hunc aliqualem consensum non dedisse nisi ex metu saltem reverentiali. Omnes enim sentiebat aut saltem putabat sibi esse infensos, scilicet proprios parentes, qui eam insciam vendiderant, et, uti par erat, matrimonium volebant; et cognatos Eugenii, qui eam emerant, et saepe saepius invitaverant loci iudicem ad cogendam illam ; et hunc ipsum iudicem, qui eam tot obiurgationibus et minis lacessebat; et etiam, ut opinabatur, ipsum missionarium, qui tot interrogationibus eam exercebat. Insuper Rosa nullum alium ex his malis exitum sibi superesse putabat, nisi consensum in matrimonium; credebat enim, semel facta praedicta emptione, se non esse liberam ad consentiendum vel non consentiendum; nemo enim ei dixerat ipsam esse liberam, ne missionarius quidem, ut ipsa diserte ait: « Numquam ante matrimonium « initum missionarius mihi dixit: " Libera prorsus es, si nubere non vis, « nemo te cogere potest, si autem consensum dederis, ligata erisH^Num- « quam tali sensu mecum locutus est. Noìebam To Bai ; sed metu rève- « rentiali ad consensum adducta sum ». Unde Rosa, timens verbera quae iudex incautus ei comminatus fuerat, timens parenturri suorum, cognatorum Eugenii, praedicti iudicis, et ipsius patris missionarii, gravem indignationem, et ex hac indignatione nescio quae mala forsan oritura, nullumque alium exitum sibi relictum putans, nec quemquam habens ad quem recurrere posset, cum et ipsum missionarium sibi infensum putaret, Rosa, inquam, tot angustiis pressa, sonum illum inarticulatum et dubium emisit, de quo supra dictum est. De metu ergo saltem reverentiali, huiusque gravitate, nullum dubium esse potest.

Quae conclusio certior et manifestior fit, si attendatur hic agi de puella timida, sibi soli relicta, et quasi in statu silvestri constituta, id est, sine arte, sine industria, sine studiis, et quae merito comparari possit puellae 11 aut 12 annorum; cum, in his regionibus, quod ad indígenas attinet, adeo eorum mens est parum exculta, ut neque magistratus

civiles, neque superiores ecclesiastici, illis opportunum esse putent deferre iuramentum; quod testantur pariter Revmus Dicks, provicarius apostolicus, et Revmus Vicarius apostolicus: « Notandum est, ait ille, « quod indigenae huius regionis ad iuramentum faciendum non videntur « idonei, nec ad illud praeslandum a magistratu civili admittuntur ». Et Vicarius apostolicus: «Vu l'état d'infériorité intellectuelle et morale de « nos indigènes, nous n'avons pas cru prudent de faire prêter serment « aux témoins indigènes dans ce procès ». Unde merito, ut dictum est, Rosa Ja Marnale comparari potest puellae 11 aut 12 annorum, ideoque praefatus metus, licet pro aliis regionibus forsan non haberetur ut gravis, certo certius pro Rosa erat gravis.

Et haec omnia, quae dicta sunt, de metu, sufficienter probata sunt ex Actis processus. Habentur enim hac in re, praeter ipsam Rosam, duo testes omni exceptione maiores, scilicet iudex ille indigena, qui partem habuit in ipsa emptione, et in omnibus tentaminibus quae adhibita sunt ad extorquendum consensum Rosae; porro hic dicit aperte: « Saepius « eamdem obiurgavi, eique verbera minatus sum, eo fine ut matrimo- « nium contraheret... Patet Jà Marnale timore ad consentiendum addu- « ctam fuisse ». Alter est pater Van Berkel missionarius, qui apprime noverat totum hoc negotium, sponsos et ambas familias, et qui, colligens in sua memoria quidquid viderat, audierat, et ipse fecerat, et quidquid post matrimonium secutum est, dixit, sub fide iuramenti: « Ex eis quae postea evenerunt, mihi persuasum est ipsam Ja, Marnale « consensum reapse non dedisse, quia noluit To Bai in coniugem habere, «et etiamsi externum consensum dedisset, eumdem consensum nullum «fuisse propter metum gravem parentum et cognatorum ». Quorum duorum testium attestationes confirmantur a duobus aliis testibus, To Dit et Ja Virna, qui audierunt de ira et minis iudicis indigenae; imo confirmantur a novem aut decem reliquis testibus, qui unanimiter deponunt Rosam virum suum noluisse; ex hoc enim recte concluditur eam, si aliquo modo consensit in matrimonium, non consensisse nisi ex metu.

Quod si, quod attinet ad processum in hac causa factum et ad probationes ibi deductas, aliquid desit illius rigoris qui in hoc sacro Tribunali, praesertim ubi agatur de causis matrimonialibus, exigi solet, tribuendum est his plurimis obstaculis, ratione personarum et locorum, quae in regionibus missionum de quibus agitur, impediunt iudices ecclesiasticos ne procedant secundum omnes leges et normas a S. Sede praescriptas. Unde etiam his defectibus sapienter providerunt Regulae H. S. O., par. 113, ubi dicitur: « In cognoscendis causis matrimonialibus quae in «locis missionum instructae sunt, etsi non observatae fuerint normae

« et regulae praescriptae in Instructionibus a S. Sede ad hoc datis, dum-
« modo satis constet de factis controversis et observatae sint formae « substantiales iudicii, nec opera defuerit defensoris vinculi, deveniri « potest ad sententiam definitivam ». Porro, ut supra visum est, hic satis constat de factis controversis, et insuper non defuit opera defensoris vinculi, qui, quantum potuit, interfuit sessionibus iudicialibus, et a sententia pro nullitate matrimonii lata appellationem interposuit ad Sanctam Sedem.

III. Tandem defectus ille consensus ex metu vitiati sanatus non fuit post matrimonium. Ut enim dictum est in expositione iuris, defectus ille sanari non potuit nisi per consensum de novo expressum, aut per consensum tacitum vel implicitum, qui scilicet praesumatur ex longa et pacifica cohabitatione aut copula libere peracta. Porro in nostro casu agi non potest de novo consensu expresso, cuius ne vestigium quidem exstat in Actis. Nec etiam de libera copula aut de longa et pacifica cohabitatione agi potest.

Quantum enim ad copulam, ambo sponsi affirmant matrimonium non fuisse consummatum. To Bai ait: « Adducta tunc fuit mulier. Num-« quam eam adducere potui ut copulam haberemus. Pluries, cum in « aliquo domus angulo humi dormiret, eam adivi, sed cum iam in eo « essem ut copulam perficerem, evigilavit Ja Marnale meque repulit; « sic numquam nec libere nec coacte copula locum habuit. Pluries « aufugit Ja Marnale. To Miera et Ja Pipit coniuges in loco Bai rem « ita esse norunt ».

Item Rosa ait: « Aliquot hebdomadibus post initum matrimonium, « cum domus habitationis exstructa esset in loco Bai, in eadem domo « simul cum To Bai dormivi; sed numquam matrimonium consummavi, « semper debitum negavi. Pluries tempore nocturno, cum in aliquo « domus angulo dormiebam, To Bai copulam perficere conatus est, sed « eumdem expergefacta semper a me repuli. Postea autem a To Bai « penitus separata fui, et a cognatis alii viro, Tabu nomine, in matri-« monium tradita sum, cum eo etiam copulam habui, sed nunc separata « sum. Ante copulam cum Tabu virgo corpore adhuc eram ». Hanc autem coniugum assertionem plerique testes confirmant, qui dicunt Rosam virum suum noluisse, eique debitum negasse, et pluries a domo coniugali aufugisse; sed praesertim dictam assertionem confirmant tum iudex indigena To Kaaga, qui ait : « Notorietatis publicae est Ja Marnale « virum suum noluisse, nec commercium carnale cum eo habuisse », tum pater Van Berkel, missionarius loci, qui testatur: « Postea (scilicet «post matrimonium celebratum) To Bai et Ja Marnale numquam, in

« quantum scio, signa amoris coniugalis sibi invicem dederunt. To Bai «autem pluries de Ja Marnale apud me conquestus est, utpote quae « semper debitum renueret. Quae res a vicinis eorumdem mihi confir« mata est ».

Quantum ad cohabitationem, nec pacifica fuit, nec longa: non pacifica, quia, cum Rosa semper debitum recusaret, virumque repellerei, non erat inter eos animorum consensio; non longa, quippe quae vix aliquot menses duraverit. Cum enim matrimonium celebratum fuerit die 24 septembris anni 1906, et cohabitatio non inceperit nisi post aliquot hebdomadas, donec domus habitationis exstructa fuerit, iam Rosa separata erat, et quidem a longo tempore, die 4 iulii anni 1907, quando scilicet Rmus Vicarius apostolicus primam epistolam hac de re scripsit ad S. Sedem.

Nec contra supradicta de copula et de cohabitatione difficultatem facit ille « rumor publicus » de peracta copula, de quo rumore loquitur Vicarius apostolicus in suis epistolis diei 8 aprilis 1909 et 11 iulii 1912. Hic enim rumor non erat publicus nec ullo modo fundatus, uti ostendit idem Vicarius apostolicus in citata epistola diei 11 iulii 1912, et ut apertius demonstrant Acta processus supra relata, praesertim testimonia iudicis indigenae, missionarii, et vicinorum, qui totum negotium optime noverant.

Tenendum ergo est Rosam defectum sui consensus in matrimonium cum Eugenio non sanasse per copulam aut cohabitationem. Ceterum, quod omnem difficultatem hac in re trunca!, ut sponsus consensum suum sanare possit et matrimonium revalidare, necesse omnino est ut hic sponsus probe sciat matrimonium suum fuisse nullum ; secus quidquid facit, vel cohabitando, vel etiam copulam habendo, praesumitur factum vi prioris consensus invalidi, et ita nequaquam haberi potest uti signum novi et validi consensus ; quod clarissimum est ; et ita docent, inter alios, Reiffenstuel, in tit. *de Sponsalibus,* n. 337; Sánchez, *de Matrimonio,* libro II, disput. 34; libro IV, disput. 18, n. 15; Gonzalez, in cap. *Ad id, de Sponsalibus;* S. Alphonsus, libro VI, n. 1114; Wernz, *Ius matrimoniale,* n. 268 (edit. 1904), etc. Porro certissimum est Rosam, toto tempore cohabitationis suae cum Eugenio, non dubitasse de valore sui matrimonii; haec enim puella, in statu quasi silvèstri constituta, theologiam non noverat, et semel dato in ecclesia consensu, se putabat ligatam cum Eugenio; unde et quamdam cohabitationem cum illo instituere non dubitavit.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et

solum Deum prae oculis habentes, confirmata sententia vicariatus apostolici Novae Pomeraniae, declaramus, decernimus et definitive sententiamus: *Constare de nullitate matrimonii inter Eugenium To Bai et Rosam Ja Marnale,* et sic proposito dubio respondemus: *Affirmative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut executioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 30 aprilis 1913.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Franciscus Heiner.
Ioannes Prior.

Ex Cancellaria, die 16 maii 1913.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. IULIANUM G. CONAN ARCHIEPISCOPUM PORTUS PRINCIPIS, OB FILIALIS VENERATIONIS OBSEQUIUM, OCCASIONE EXERCITIORUM SPIRITUALIUM CLERI EIUSDEM ARCHIDIOECESEOS ET DIOECESEOS GONAYVESENSIS, BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS EXHIBITUM.

Monseigneur,

Le Souverain Pontife a été très touché de la belle et pieuse adresse, que Votre Grandeur Lui a envoyée, au nom du clergé de l'archidiocèse de Port-au-Prince et du diocèse des Gonaïves, réuni pour les exercices de le retraite ecclésiastique. Le Saint-Père connaît de longue date les sentiments de foi profonde, de fidélité au Saint-Siège, et le zèle éprouvé, qui animent le clergé d'Haïti. Il a été heureux d'en trouver l'expression dans cette noble adresse, et Vous accorde de tout

cœur, ainsi qu'à votre vénérable Collègue du Cap-Haïtien, à tous vos prêtres et à tous vos diocésains une affectueuse bénédiction apostolique.

Je saisis avec empressement cette occasion, pour Vous renouveler, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments très dévoués en N.-S.

Le 23 septembre 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD ILLUSTREM VIRUM GERLIER, PRAESIDEM ASSOCIATIONIS CATHOLICAE IUVENTUTIS GALLICAE, CETEROSQUE VIROS COMITATUS GENERALIS EIUSDEM ASSOCIATIONIS, OB GRATIARUM ACTIONEM DE LITTERIS OBSEQUENTISSIMIS AUGUSTO PONTIFICI EXHIBITIS OCCASIONE PEREGRINATIONIS FOEDERALIS IUVENTUTIS CATHOLICAE GALLÍAE.

Messieurs,

Notre Saint-Père, le Pape Pie X, qui a daigné vous admettre en son auguste présence, s'est complu à étendre sur vos rangs pressés sa main bénissante. Il me confie le mandat très doux de Vous dire la joie profonde qu'il a ressentie, en contemplant si nombreux à ses pieds les membres de l'Association Catholique de la Jeunesse Française et en accueillant avec une paternelle bienveillance l'expression de vos hommages de filiale vénération, d'obéissance absolue et de dévouement sans réserve.

Déjà, il y a deux ans, lors du vingt-cinquième anniversaire de la fondation de votre Association, Sa Sainteté décernait des encouragements et des éloges à votre admirable mouvement de Jeunesse Catholique Française. Aujourd'hui, devant la fécondité de votre action et le chevaleresque entrain qui la distingue, le Souverain Pontife salue votre Association comme une grande espérance pour l'Église et pour votre patrie. Il vous félicite de marcher intrépidement en avant, fidèles à votre programme, qui est de travailler à la régénération de la société chrétienne par la piété, par l'étude et par l'action.

Vos œuvres, faites dans la discipline et dans l'obéissance affectueuse aux Évêques et aux aumôniers qui agissent en leur nom auprès de vous, seront à la fois des réponses et des remèdes: des réponses à l'erreur et à la passion antireligieuse, des remèdes au mal qui envahit

de toutes parts. Vous luttez efficacement contre les sacrilèges entreprises, qui tendent de plus en plus à substituer les droits de l'homme aux droits de Dieu, à violer notamment le droit sacré qui donne pour base à l'enseignement de tous les degrés les préceptes de la Religion. Vous luttez contre les décevantes utopies sociales et contre le souffle perfide du libéralisme qui insinue le mensonge sous mille formes variées.

La sainte Eucharistie met dans vos veines le Sang divin du Christ: vous ne pouviez choisir un moyen plus efficace pour vous maintenir à la hauteur de vos nobles ambitions. Par elle vous serez des apôtres dans vos familles, dans vos paroisses, dans vos cercles d'études, dans vos patronages, dans vos ateliers; des apôtres dans vos universités et vos collèges catholiques, comme dans toute la floraison de vos œuvres charitables.

Le Saint-Père sait combien sont nombreux parmi vous ceux qui exercent dans leur sphère un apostolat voisin du sacerdoce. Il félicite particulièrement ceux de vos membres, qui pour faire à Dieu et à l'Église un sacrifice plus complet d'eux-mêmes, prennent place dans les rangs du clergé, entrent dans les ordres religieux ou s'enrôlent dans les phalanges de vos vaillants missionnaires.

Unis dans les efforts qui vous rassemblent sous les plis de l'étendard de la Croix, vous ne voulez avoir qu'un seul cœur et qu'une seule âme. Agissez dans une foi vigoureuse et éclatante, sans mêler à votre travail de restauration chrétienne des préoccupations étrangères à votre apostolat chrétien. Marchez avec courage sous votre auguste bannière, en poussant le cri unanime de vos ancêtres: « Dieu le veut! Dieu le veut! ».

Comme gage de sa tendresse paternelle, le Saint-Père vous accorde à tous, présents et absents, la bénédiction apostolique. Il vous bénit, vous et vos familles. Il bénit vos Évêques vos premiers chefs, et les aumôniers que les Évêques chargent de vous conduire et de vous éclairer. Il bénit le Président de votre Association arrivé à la fin de son mandat, et le nouveau Président élu par vos suffrages. Que l'un et l'autre soient assurés de la particulière bienveillance de Sa Sainteté.

Je suis heureux de saisir cette nouvelle occasion pour vous donner personnellement à Vous, Messieurs, ainsi qu'à tous les membres de l'Association de la Jeunesse Catholique Française, l'assurance de ma juste admiration et de mon entier dévouement en Notre-Seigneur.

Rome, le 24 septembre 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD R. P. C0RB1L!,É, OB NUMISMA « BENEMERENTI » DNO HENRICO GERLIER, PRAESIDI SOCIETATIS CATHOLICAE IUVENTUTIS GALLICAE, A BEATISSIMO PATRE COLLATUM.

Mon révérend Père,

11 m'est très agréable de porter à votre connaissance que le Souverain Pontife, voulant donner au sympathique Président de l'Association Catholique de la Jeunesse Française une attestation de sa haute bienveillance pour le zèle déployé dans l'exercice de ses délicates fonctions et pour le succès du magnifique pèlerinage de l'Association à l'occasion du Jubilé Constantinien, s'est plu à décerner à monsieur Henri Gerlier la médaille *Benemerenti.*

En vous chargeant, mon révérend Père, de remettre à votre cher Président ce précieux témoignage de l'estime et de l'affection du Saint-Père, je vous prie de lui offrir mes félicitations personnelles et de recevoir l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 25 septembre **1913.**

R. **C**ARD. **M**ERRY DEL **V**AL.

IV.

AD R. P. D. VICTORIANUM GUISASOLA Y **M.ENENDEZ, ARCHIEPISCOPUM VALENTIUM, QUI BEATISSIMO PATRI LITTERARUM PASTORALIUM, DEVOTIONIS ERGO, EXEMPLAR MISIT.**

Secondo il desiderio espressomi da **V.** S. Illma e Revma con la lettera del **16** settembre u. s., mi sono recato a gradita premura di rimettere nelle auguste mani del Santo Padre una copia della Lettera Pastorale, che ella in quest'anno, in occasione del xvi centenario costantiniano, ha diretto al clero ed ai fedeli della sua archidiocesi, trattandovi molto opportunamente della « libertà della Chiesa », ai nostri giorni più che mai conculcata.

Sua Santità, accogliendo benevolmente tale attestato di venerazione e di affetto, si è compiaciuta del lodevole zelo che la S. **V.** spiega nel rivendicare e difendere i diritti più sacrosanti della Chiesa e del Papato ; ed invocandole, insieme alle celesti ricompense, la grazia di un apo-

stolato efficacemente fecondo, le imparte di cuore l'implorata benedizione apostolica, che estende volentieri all'intera archidiocesi.

Mentre le aggiungo i miei personali ringraziamenti per l'altra copia della medesima Lettera Pastorale cortesemente destinatami, approfitto dell'occasione per raffermarmi con sensi di sincera stima

di **V.** S. Illma e Revma

Roma, 1 ottobre 1913.

Servitor vero

R. CARD. MERRY DEL VAL.

V.

AD R. P. D. FRANCISCUM M. GIEURE, EPISCOPUM BAIONENSEM, OCCASIONE CONGRESSUS MUSICAE SACRAE PROXIME HABENDI.

Monseigneur,

Le Souverain Pontife s'est grandement réjoui en apprenant que Votre Grandeur se proposait de tenir, pendant le mois de novembre prochain, un Congrès de Musique Religieuse, au cours duquel des conférences et des auditions seraient données pour rappeler les enseignements du Saint-Siège et les illustrer par des exemples.

Rien n'est plus propre assurément à seconder lé mouvement de restauration du chant liturgique et de la musique religieuse, qui a reçu du Saint-Père, dès le début de son Pontificat, une si vive impulsion, et qui, notamment en France, va se propageant de plus en plus avec des succès si remarquables.

Aussi est-ce de tout cœur que Sa Sainteté bénit par avance les travaux du Congrès et tous ceux qui y prendront part, ne doutant point que sous la haute et sage direction de Votre Grandeur, le but si louable que vous vous proposez sera obtenu au grand avantage de la véritable splendeur du culte divin et de l'édification du peuple chrétien.

Avec mes vœux personnels pour le plein succès de votre Congrès, je vous prie, Monseigneur, d'agréer l'assurance de mes sentiments très dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 4 octobre 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

VI.

AD IOACHIMUM CARD. ARCO VERDE DE ALBUQUERQUE CAVALCANTI, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, OB LITTERAS OBSEQUENTISSIMAS BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS OCCASIONE PEREGRINATIONIS CATHOLICORUM BRASILIAE.

Ho il gradito ed onorifico incarico di significare a Vostra Eminenza che il Santo Padre si è vivamente compiaciuto del nobile Indirizzo che, in occasione del recente pellegrinaggio Brasiliano a Ronïa, l'Eminenza Vostra Gli ha presentato a nome dell'episcopato, del clero e di tutti i cattolici del Brasile.

I sentimenti di venerazione e di affetto espressi nel suddetto Indirizzo, l'evocazione fattavi da Vostra Eminenza dei gloriosi ricordi secolari che in quest'anno si commemorano solennemente in tutto l'orbe cattolico, sono riusciti di gradimento e di conforto al cuore dell'augusto Pontefice, il Quale ha appreso con piacere come il popolo Brasiliano abbia corrisposto con fedeltà e con entusiasmo, anche in questa circo^ stanza, all'invito del Padre comune dei credenti, dimostrando apertamente che a buon diritto reputa sua precipua gloria l'essere il popolo di *Santa Croce.*

Le copiose offerte, poi, fatte al nobile scopo che il Nunzio Apostolico del Brasile vi abbia una sede propria e decorosa, degna e del Vicario di Gesù Cristo, che rappresenta, e della Nazione cattolica, che lo accoglie devota, sono davvero, in quest'anno costantiniano, un monumento perenne della pietà che altamente onora il popolo Brasiliano.

Con particolare benevolenza, pertanto, Sua Santità ringrazia di tale omaggio devoto e filiale, e mentre si compiace dei voti e delle preghiere che costì si fanno continuamente, affinchè la pace e la giustizia risplendano presto in mezzo ai popoli, imparte di cuore a Vostra Eminenza, agli arcivescovi, ai vescovi, a tutti i sacerdoti e fedeli del Brasile la benedizione apostolica, auspice delle grazie più copiose ed elette del Cielo.

Sono lieto di poter usufruire di questo incontro per rinnovare a Vostra Eminenza l'attestato della profonda venerazione con cui, baciandole umilissimamente le mani, ho l'onore di professarmi

dell'Eminenza Vostra

Roma, 11 ottobre 1913.

umilino devmo Servitor vero

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

11 ottobre 1913. — L' Eino signor cardinale Ludovico Billot, ***Protettore delle Religiose della Congregazione di Gesù-Maria.***

20 ottobre. — il medesimo Emo signor cardinale Billot, ***Protettore del Collegio Pio Latino Americano.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

13 settembre 1913. — Mons. Gioacchino Mamede da Silva Leite, della diocesi di Campinas.

4 ottobre. — Mons. Giona Cueco de Araujo Batinga, vicario generale della diocesi di Alagôas.

— Mons. Giovanni Gonçalvez da Cruz, presidente del consiglio municipale di Bahia.

7 ***ottobre.*** — Mons. Gustavo Müller, canonico custode della chiesa metropolitana di Vienna.

— Mons. Ferdinando Vimmer, canonico scolastico della medesima chiesa.

Prelato Domestico di S. S.:

7 ottobre 1913. — Mons. Ferdinando Vockenhuber, consigliere spirituale e assessore del concistoro vescovile di Secovia.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerarii di S. S.:

8 agosto 1913. — Mons. Enrico Giuseppe Taskin, presidente del gran seminario della diocesi di Harlem.

15 settembre. — Mons. Domenico Maggio, della diocesi di Vicenza.

16 settembre. — Mons. Lorenzo Conforti, della diocesi di Brescia.

17 settembre. — Mons. Giovanni Grippel, dell'archidiocesi di Vienna.

21 settembre. — Mons. Marco Asctich, dell'archidiocesi di Antivari.

26 settembre. — Mons. Ferdinando Ferrari, della diocesi di Guastalla.

— Mons. Giuseppe Bertazzoni, della medesima diocesi.

5 ottobre. — Mons. Giuseppe Maurizio da Rocha, della diocesi di Alagôas.

Camerieri ä'onore in abito paonazzo di S. S.:

***28 luglio 1913.* —** Mons. Emilio Mazzari, dell'archidiocesi di Brindisi.
17 settembre. — Mons. Francesco Hiessberger, dell'archid, di Vienna.
19 settembre. — Mons. Martino Köllen, dell'archidiocesi di Colonia.
— Mons. Riccardo Bertram, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Dram mer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Floriano Rittig, dell'archidiocesi di Zagabria.
— Mons. Giovanni Barle, della medesima archidiocesi.
25 settembre. — Mons. Ambrogio Scholtz, della diocesi di Ancud.
— Mons. Gabriele Flores, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore extra Urbem:

9 agosto 1913. — Mons. Carlo Pauczek, dell'archidiocesi di Vienna.
25 settembre. — Mons. Francesco Bohle, della diocesi di Ancud.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 settembre 1913. — Al sig. don Hilarión Moreno, primo segretario della Legazione Argentina presso la S. Sede.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 ottobre 1913. — Al sig. Giuseppe Krings, dell'archidiocesi di Colonia, publico notaio e consigliere reale di giustizia.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

16 settembre 1913. — Al sig. Tibor de PözeL viceconsole austro-ungarico e reggente il consolato di Prinzren.

Il Cavalierato dell'Ordine *di* ***S. Gregorio Magno, classe civile:***

26 settembre 1913. — Al sig. Giuseppe Lacroix, della diocesi di Nîmes.

NECROLOGIO.

5 ottobre 1913. — Mons. Giuseppe Foschiani, vescovo di Belluno.
9 ottobre. — L'Emo signor cardinale Gregorio Maria Aguirre y Garcia, arcivescovo di Toledo, patriarca delle Indie occidentali.
22 ottobre. — Mons. Ernesto Kutrovatz, vescovo tit. di Marciana.
24 ottobre. — Mons. Carlo Montagnini, arcivescovo tit. di Larissa, delegato apostolico di Colombia.

Annus V. - Voi. V. Die 17 Novembris 1913, Num, 17.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE.

ERECTIO NOVAE DIOECESIS INSULENSIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Consistoriali decreto, cuius initium «Ut consideret»., die quinta proxime lapsi mensis februarii edito, Nos, quo aptiori regimini dioecesis Cameracensis in Gallia, finium amplitudine ac civium frequentia potissimae, quantum tunc temporis fas erat prospieeremus atque ad novam ibidem dioecesim constituendam res melius disponeremus, vicariatum generalem statutis sub legibus instituimus cum ordinaria iurisdictione in eam dioecesis Cameracensis partem, quae complectitur districtus Insulensem, Hazebrouckiensem et Dunkerquensem seu vulgo *arrondissements Lille, Hazebrouck et Dunkerque* nuneupatos.

Quum vero nuperrime sedis archiepiscopalis vaeavisset, a pluribus diversi ordinis et oppositae sententiae viris quaesitum est ut denuo de hac re videretur. Öuibus satisfacere volentes Nos sententiam petivimus omnium Episcoporum, qui Cameràcensi dioecesi proximiores sunt. Habito autem horum suffragio, de consulto sacrae Congregationis Consistorialis,

abrogato vicariatu Insulensi, ad divisionem dioecesis Cameracensis deveniendum: censuimus et decrevimus.

Itaque auditis interesse habentibus atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine dioecesim Cameracensem in duas partes dividimus ac seiungimus, in cuius parte septentrionali propriam ac distinctam dioecesim « Insulensem » denominandam, perpetuo erigimus et instituimus in eum qui sequitur modum.

Imprimis civiles districtus Insulensem, Hazebrouckiensem et Dunkerquensem, seu vulgo *arrondissements Lille, Hasébrouck et Dunkerque* vocatos, qui vicariatui generali Insulensi tributi iam fuerant, a reliquo dioecesis Cameracensis territorio separamus et dividimus, eosque cum propriis nunc exstantibus finibus perpetuo assignamus et attribuimus in novae dioecesis Insulensis territorium.

Huius autem dioecesis, ita limitibus definitae, sedem et cathedram episcopalem in civitate Insulensi, seu vulgo *Lille,* quippe quae ceteris sit praestantior ac frequentior, Nos perpetuum in modum erigimus et constituimus.

Ecclesiam praeterea in eadem urbe exstantem atque beatae Mariae Virgini vulgo *Notre-Dame de la 'Treille* dicatam, quae amplissima et singulari opere ac artificio ditata perhibetur, sub iisdem invocatione et titulo ad Cathedralis gradum et dignitatem evehimus ac extollimus, in eaque Cathedrale Capitulum iuxta sacros Canones moremque in Gallia legitime inductum erigimus et instituimus.

Volumus pariter ut Episcopi pro tempore Insulenses, Cathedralis ecclesia eiusque Capitulum iisdem prorsus fruantur honoribus, iuribus, privilegiis ac praerogativis, quae ipsis de iure competunt, vel quibus caeteri Sacrorum Antistites, Cathedrales ecclesiae earumque Capitula in Gallia ex legitima consuetudine potiuntur et gaudent.

Suum quoque proprium ac distinctum seminarium tum maius, tum minus habere debebit nova dioecesis Insulensis, secundum Concilii Tridentini praescripta, ad clericos eiusdem dioecesis rite sancteque instituendos.

Speciatim vero ad clerum quod attinet, decernimus ut statim ac Cameracensis dioecesis dismembratio novaeque dioecesis Insulensis erectio effecta sit, eo ipso presbyteri iure adscripti censeantur et sint dioecesi in cuius territorio, vel curae animarum, vel alio ecclesiastico officio legitime addicti exstant.

Quo vero rectae administrationi novae dioecesis prospiciatur, praecipimus ut documenta et acta omnia, quae clerum et populum Insulensis

dioecesis attingunt, ex archivo Cameracensis dioecesis extrahantur atque quamprimum—tradantur novae dioecesi in eius archivio religiose asservanda.

Praeterea dioecesim Insulensem, sicut iam altera Atrebatensis, suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Cameracensis, cuius Archiepiscopi metropolitico iuri idcirco Episcopum novae dioecesis Insulensis subiicimus. Firmis in reliquo communis iuris praescriptis aliisque pro temporis conditione opportune hac de re edendis.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel defectu, aut quavis ex causa, quamtumvis iuridica, legitima, pia et privilegiata, etiam ex eo quod causae propter quas praemissa emanarunt, adductae, verificatae, seu iustificatae non fuerint de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut quopiam alio substantiali, substantialissimo, inexcogitato et inexcogitabili ac specialem et individuam mentionem et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in praemissis eorumque aliquo, solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, colore, vel praetextu, aliave ratione aut causa, etiam tali quae ad effectum validitatis earumdem praesentium necessario forent exprimenda, notari, impugnari, invalidari, in ius vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos iuris reduci, seu adversus illos quodcumque iuris vel facti, aut gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, vel etiam Motu, scientiae et potestatis plenitudine paribus concesso et impetrato, quempiam uti, seu iuvari posse in iudicio et extra illud atque eas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum re vocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque Litteras et Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariae Apostolicae regulas editas, vel edendas minime comprehendi, sed semper ab illis excipi et quoties illae emanabunt toties in pristinum et validissimum statutum restituías, repositas ac plenarie reintegratas ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et ita ab omnibus censeri, ac firmiter et inviolabiliter observari, sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, vel dignitate fulgentes, etiam causarum Palatii apostolici Auditores ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice Legatos, dictaeque Sedis Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi potestate, et facultate, iudicari et definiri debere, ac irritum quoque et

inane decernimus si secus super his a quoquam, quavis ^uctor^alje--scienter aut ignoranter contigerit attentari.

Haec autem ad exsequenda Nos deputamus dilectum filium Nostrum Ludovieum Henricum tituli S. Mariae Novae S. R. E. presbyterum cardinalem Luçon nuncupatum et Rhemensium Archiepiscopum, eidem tributis omnibus facultatibus necessariis et opportunis etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet ecclesiastica dignitate ornatum, atque definitive pronuntiandi super quavis difficultate, seu oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, facto tamen ei onere intra sex menses mittendi ad sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariae Apostolicae Regula « De iure quaesito non tollendo » ac Lateranensis Concilii novissime celebrati, dismembrationes perpetuas, nisi in casibus a iure permissis, fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque indultis ac Litteris Apostolicis quibusvis superioribus et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nil penitus omissa et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes (illis alias in suo robore permansuris) latissime et plenissime ac specialiter et expresse ad effectum praesentium et validitatis omnium et singulorum praemissorum, pro hac vice dumtaxat, Motu, scientia et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod praesentium Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio et extra illud, quae eisdem praesentibus adhiberetur si Originaliter forent exhibitae, vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae dismembrationis, evectionis, erectionis, declarationis, subiectionis, constitutionis, concessionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere^ vel

ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Domini millesimo nongentesimo decimo tertio, die vigesima quinta mensis octobris, Pontificatus Nostri anno decimo primo.

A. CARDINALIS AGLIARDI
S. B. E. Cancellarius.

C. CARDINALIS DE LAI, Ep. Sabinen.
Secretarius S. Congr. Consistorialis.

VISA

Loco *ifa* Plumbi

M: RIGGI, **C A ,** ***Not.***

Reg. in Cane. Ap., N. 85113.

LITTERAE APOSTOLICAE.

SODALITAS « MARIAE REGINAE CORDIUM », ROMAE ERECTA IN SACELLO SOCIETATIS MARIAE A B. MONTFORT, IN ARCHICONFRATERNITATEM EVEHITUR CUM FACULTATE AGGREGANDI UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Refert ad Nos dilectus filius Hubertus Maria Gebhard, procurator generalis Societatis Mariae a B. Ludovico Maria Grignon de Montfort, nec non Filiarum a Sapientia, Sodalitium « Mariae reginae cordium » frugiferum ad finem constituendi in animabus fidelium immaculatae Virginis regnum, die xxv mensis martii anno MDCCCLXXXXIX in archidioecesi Ottawiensi inchoatum, brevi, eadem auspice Deipara Virgine, mirandum in modum percrebuisse. Significat enim Nobis idem orator Sodalitium ipsum non modo in Americae regionibus, sed etiam in Europa reperiri, in Hispania, Gallia, et praesertim in Italia; Societates huius tituli ab episcopis compluribus fuisse canonice fundatas, ideoque in praesens centum fere quinquaginta millia sodalium enumerari, qui in universum terrarum orbem hoc spirituale Mariae Virginis regnum provehere student. Verum cum Missionariis Societatis Mariae a B. Montfort, qui Sodalitium enunciatum moderantur, in votis admodum sit, ut illi centrum constituatur, quod Archisodalitatis titulo ac privilegiis polleat, idem generalis procurator, « universae suae reli-

giosae familiae optata exprimens, Nos enixis precibus rogat, ut Societatem in honorem Virginis « reginae cordium », Romae per decretum a bo: me: Petro S. R. E. presbytero cardinali Respighi Nostro in Urbe vicario in spiritualibus generali, die x vi mensis iunii anni MDCCCCVI editum canonice erectam, ad Archisodalitii gradum pro universo terrarum orbe evehere dignemur. Nos autem peropportunum consilium esse rati, quod in alma Urbe, catholici orbis centro, praecipua etiam sedes constituatur piae huius Sodalitatis, precibus his annuendum quantum in Domino possumus censemus. Quae cum ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Congregationi praepositis a Concilii Tridentini decretis interpretandis, Sodalitatem sub titulo « Mariae reginae cordium » canonice institutam Romae penes publicum sacellum, quod adiacet conlegio Societatis Mariae a B. Montfort, in vico urbano cui a Sardinia nomen, iam per similes Literas Nostras die i mensis februarii anni MDCCCCX piscatoris annulo obsignatas peculiaribus indulgentiis ac spiritualibus gratiis ornatam, his Literis auctoritate Nostra, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis, perpetuum in modum erigimus atque constituimus. Societatis autem sic in Archisodalitatem a Nobis erectae, moderatori atque officialibus praesentibus et futuris, Apostolica pariter Nostra auctoritate, praesentium vi concedimus, in perpetuum, ut ipsi alias eiusdem tituli atque instituti Societates, nunc et in posterum in universo terrarum orbe erectas sive erigendas, servatis forma Constitutionis Clementis: Papae VITI praedecessoris Nostri rec: me: aliisque Apostolicis ordinationibus desuper editis, sibi aggregare, et cum illis indulgentias omnesj peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes eidem Archisodalitati a Sede Apostolica concessas sive in posterum concedendas, quae cum aliis communicari queant, similiter communicare licite possint ac valeant. Haec concedimus largimur decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, plenissime nunc et in posterum suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvni aprilis MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. % S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. EDUARDUM HUGOX, SACERDOTEM EX ORDINE PRAEDICATORUM, IN PONTIFICIO COLLEGIO ANGELICO DOCTOREM DEC. THEOLOGIAE TRADENDAE; EIUS « CURSUM PHILOSOPHIAE THOMISTICAE » LAUDIBUS PROSEQUITUR.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Aquinatis disciplinam sicubi summo in honore studioque esse decet, profecto decet apud eam Religiosorum familiam, cuius ille proprium lumen atque ornamentum fuit. Et vere inter sodales ex inclyto Ordine Dominiciano nostra quoque memoria nec pauci neque obscuri numerantur, qui tantum Doctorem, nunquam senescentem, secuti, christiana dogmata et instituta splendide illustrare pergant invicteque defendere. In hoc numero te, dilecte Fili, non postremum haberi tuus postulat *Cursus Philosophiae Thomisticae;* quem Nos nuper a te, pie oblatum muneri, accepimus. Nota sunt enim hominum in philosophia prudentissimorum de te iudicia, efterentium in tuis voluminibus et sinceram sancti Thomae doctrinam et copiam compositionemque rerum et scribendi perspicuitatem; qui tibi hoc praesertim dant laudi, quod vetera principia Scholae ad novos philosophiae vel illuminandos progressus vel refutandos errores sapienter adhibeas. Quare Nos tibi quidem ob exhibitos, observantiae causa, laborum tuorum fructus gratias agimus; sed multo magis ob salutarem operam quam ipse navas sacrae iuventuti. Nam, quod pluries iam affirmavimus, nihil ad utilitatem Ecclesiae tam interest, quam ut gravioribus adolescentis Cleri studiis Angelici Doctoris sapientia praesideat; idque in sacrorum alumnis, qui te sive magistro sive auctore utuntur, feliciter fieri gaudemus. Auspicem vero divinorum munerum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte Fili, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvi mensis iulii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

IL

AD R. P. IOSEPHUM CHIAÜDANO, SACERDOTEM E SOCIETATE IESU; EUM COMMENTARIO PERIODICO « LA CIVILTÀ CATTOLICA » DATUM MODERATOREM GRATULATUR, QUEM COMMENTARIUM VALDE SIBI PROBARI CONFIRMAT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Operam sane doetam plenamque studii, quam delecti sodales e Societate Iesu dederunt usque ad hunc diem commentario *periodico* conficiendo *La Civiltci cattolica* tanti apud Nos, quanti apud decessores Nostros, semper fuisse, utpote vehementer utilem Ecclesiae sanctae, nemini certe potest, dilecte Fili, nedum tibi, esse obscurum. Nam vel proxime, cum sexagesimum annum initae scriptionis eius completum celebrarent, litteras ad eos dedimus gratulandi causa, quod tam longo spatio propositum illustrandi per occasionem catholica instituta et dogmata, eaque contra erumpentes errores defendendi, strenue tenuissent ac porro tenere pergerent, devoti penitus, religioseque dicto audientes Vicario Iesu Christi; quas quidem laudes de eisdem libenter hic etiam iteramus. Iam vero eam habemus merito opinionem doctrinae, pietatis sapientiaeque tuae, ut apprime te iudicemus dignum, qui tam claro scriptorum collegio praesideas: quare eorum te moderatorem factum esse gratulamur. Nobis profecto non est dubium, quin plane tu sis exspectationem Nostram expleturus. Illi igitur, te moderante, Ecclesiae et Romani Pontificis causam sancte, ut consueverunt, tueri perseverabunt, atque - in tanta tamque pervulgata remissione fidei atque officii - suam conservantes in praescriptionum Pontificalium obsequio constantiam, semper. efficient, ut in hoc suo Commentario quotquot sunt ephemeridum sincere et integre catholicarum scriptores et exemplum sibi propositum habeant et suffragium atque hortamentum tempestive inveniant. Nos autem divinorum auspicem munerum, ac singularis benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte Fili, et omnibus qui eumdem Commentarium conscribunt, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv mensis septembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

III. •

AD EUGENIUM O' KEEFE EX ARCHIDIOECESI TORUNTINA IN AMERICA ;. CUIUS RELIGIOSAM MUNIFICENTIAM LAUDAT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Inter egregios viros qui professionem catholicam in Toruntina archidioecesi consentaneis moribus exornant, te cum primis numerari, dilecte Fili, ipse Archiepiscopus Nos certiores magna - facile intelligis - cum voluptate Nostra nuper fecit. Qui quidem cum tuam in omni beneficentiae genere largitatem apud Nos laudavit, tum maxime munificentiam extulit, quam in opus novi Seminarii contulisses, et qua locos aliquot ibidem egentibus alumnis Sacrorum suppeditasses. Tu vero nec utilius de Ecclesia mereri poteras, nec ita ut maiorem a Deo inires gratiam. Quae Nos tua promerita libenter hac animi grati significatione prosequimur, atque auspicem divinorum munerum, tibi, dilecte Fili, ac tuis omnibus apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv mensis octobris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo, *t*

PIUS PP. X.

IV.

AD LEONEM ADOLFUM CARDINALEM AMETTE, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS INSTITUTI CATHOLICI PARISIENSIS PATRONOS.

Dilecte Fili noster, venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Nolumus studia, per ferias aestivas intermissa, in ista nobili disciplinarum sede cui praesidetis ante revocari quam vobis plane appareat quo Nos erga ipsam animo simus. Quamquam quis ignorat quanti a Nobis fiat institutum Catholicum Parisiense, ex quo tanta optimorum fructuum copia late dimanavit? Et quidem iis ipsis de fructibus gratulamur vobis, simul optantes, ut in posterum in dioeceses vestras multo profluant uberiores. Ceterum, ut vobis ad Institutum tuendum Nostra non defuit opera, ita posthac non defuturam pro certo

habeatis. Quod si per epistulam *Offlciosissimis litteris,* mense augusto datam, tres dioeceses Venetensem, Corisopitensem et Briocensem consortione vestra seiunximus, ut in tuitionem catholicae Andegavensis studiorum Universitatis opes suas conferrent, idcirco fecimus tum quia necessitas urgebat eius avertendi intentus, tum quia plurimum confidebamus vobis. Etenim, si unusquisque vestrum eam pecuniae vim in Instituti usum attulerit quam est sancte pollicitus, et optimum quemque dioecesis suae ad maiorem largitatem studiose excitaverit, persuasum habemus, fore ut, quantum sustentando Instituto Parisiensi opus est, abunde suppetat.

Iure autem Nos vobis confidere argumento est quod paulo ante accepimus, disciplinarum istic numerum magisteriis de re oeconomica et de commerciis auctum esse. Consilium vehementer laudamus; quod ipsum copiosioribus inter catholicos Parisienses qui vel mercaturam faciunt vel artificia exercent, ita probari velimus, ut, oblata largiter stipe, eorundem magisteriorum stabilitati et incremento prospiciant. Nam quo in genere beneficentiae aliquid de iis opibus rectius collocaveris, quibus Dei benignitas eos locupletavit?

Pergite igitur in incepto fidenter; neque enim fit, cum christiani populi salus agitur, ut Dei providentis auxilium diu desideretur. Cuius auspicem et paternae benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecte Fili Noster, venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII mensis octobris anno MCMXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. **X.**

V.

AD AUGUSTINUM CARD. RICHELMY, ARCHIEPISCOPUM TAURINENSEM, OB LITTERAS DEVOTIONIS PLENAS BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS OCCASIONE ANNUI CONGRESSUS AUGUSTAE TAURINORUM AB EPISCOPIS PE.DEMONTANAE REGIONIS NUPER CELEBRATI.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Nuperrime Augustae Taurinorum, ut quotannis assoletis, congregati, litteras ad Nos dedistis, cum vestrae in Nos pietatis testes, tum nuncias fructuum satis uberum quos omnem Pedemonta-

nam regionem percepisse testamini ex piaculari hoc anno. Gratum utrumque Nobis, qui in fratrum ac filiorum amore conquiescimus ac de omni popularis pietatis incremento ita gaudemus ut nihil magis. Quod quidem incrementum non ita sane est laus vestris propria fidelibus, ut non sit vobis etiam communis, cum diligentia potissimum sollertiaque vestra foveatur.

Pergite, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, Nobis navitatem vestram observantiamque probare: pergite vestra in Eucharistiam studia ita urgere, ut concrediti vobis greges caelesti huic convivio sancte assuescant vitamque inde habeant et abundantius in dies habeant.

Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis singulis, clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXX octobris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

22 augusti 1913. — Cathedrali ecclesiae Monopolitanae praefecit sacerdotem Nicolaum Monterisi, canonicum-parochum cathedralis ecclesiae Barolensis.

27 augusti. — Cathedralibus ecclesiis Potentinae et Marsicensi sac. P. Robertum, in saeculo Achillem, Razzoli, Ordinis Fratrum Minorum unionis Leonianae, iam custodem Terrae Sanctae.

— Titulari ecclesiae episcopali Hippusensi sac. Ioannem Plaza et Garcia, magistrum scholae ecclesiae cathedralis Calaguritanae.

9 septembris ***1913.*** — Titulari ecclesiae episcopali Philadelphiensi sac. Dominicum Pasi, parochum ecclesiae S. Margaritae in dioecesi Faventina, quem constituit Auxiliarem Emi ac Revmi D. cardinalis Iulii Boschi, archiepiscopi Ferrariensis.

27 octobris. — Titulari ecclesiae episcopali Gisamensi sac. Henricum loeppen, vicarium castrensem exercitus Borussici.

28 octobris. — Cathedrali ecclesiae Brixiensi Revmum Hyacinthum Gaggia, hactenus episcopum titularem Hadrumetinum.

— Cathedrali ecclesiae Iaccensi sac. Emmanuelem de Castro et Alonso, canonicum metropolitanae ecclesiae Vallisoletanae.

10 *novembris.* — Titulari ecclesiae episcopali Pentacomiensi sac. Franciscum Assissiensem Vidal et Barraquer, archipresbyterum metropolitanae ecclesiae Tarraconensis.

12 novembris. — Titulari ecclesiae episcopali Germensi sac. Eduardum Kozlowski, dioecesis Grandormensis, quem constituit Auxiliarem^ Revmi D. Sebastiani Messmer, archiepiscopi Milwaukiensis.

IL

NORMAE

AD CONSTITUTIONEM « IN PRAECIPUIS » EXSECUTIONI MANDANDAM.

Affinchè le disposizioni della Costituzione « In praecipuis » del 28 giugno 1913 trovino una giusta e facile applicazione, il S. Padre, tenuto calcolo dei voti della commissione Cardinalizia e della sotto-commissione Prelatizia, deputate allo studio di questa materia, e sentiti in particolare il Card. Vicario e il Card. Arciprete della Basilica Vaticana, ha stabilito le seguenti norme, che debbono avere eguale valore della menzionata costituzione in conformità al prescritto della medesima.

Í. Le attuali deputazioni del seminario Romano e del seminario Vaticano, del seminario dei Ss. Ambrogio e Carlo, e del collegio Leoniano, pel nuovo ordinamento dei seminari italiani in Roma, cessano dal loro ufficio, onde dar luogo alle nuove disposizioni.

L'officio di Canonico Prefetto nel seminario Vaticano è abolito.

2. 11 collegio Leoniano conserva il suo Cardinale Protettore.

3. Una nuova deputazione disciplinare ed economica sarà istituita per il seminario maggiore al Laterano: ed essa varrà anche per il collegio Leoniano, al quale dovrà quindi estendere le sue cure.

•**4.** In conformità al cap. xvin sess. xxin dei Tridentino, la deputazione disciplinare sarà composta di due sacerdoti, scelti direttamente dal Sommo Pontefice, come Vescovo di Roma.

I sacerdoti deputati per l'economia saranno quattro: due parimenti da nominarsi direttamente dai Sommo Pontefice: e degli altri due, uno da eleggersi dai Patriarcali Capitoli Lateranense e Liberiano sotto la presidenza del Card. Arciprete dell'Arcibasilica Lateranense, l'altro da un delegato di ciascuno dei capitoli delle Basiliche minori e collegiate di Roma e dalla Congregazione segreta dei Parroci, sotto la presidenza del Card. Vicario.

5. I deputati dureranno in carica per un quinquennio. **E** se per morte, o per allontanamento da Roma od altro motivo alcuno venisse a mancare, il surrogare il mancante spetterà a chi ne avrà fatta prima l'elezione. Chi sarà così eletto, rimarrà in carica sino alla fine del quinquennio in corso.

Gli uscenti potranno essere rieletti per un secondo quinquennio, ma non oltre.

6. Il seminario Romano minore al Vaticano avrà pure una deputazione disciplinare ed economica speciale e distinta dall'altra, fino a che le circostanze lo richieggano o consiglino, e sarà analoga a quella del seminario maggiore.

La nomina dei due deputati della disciplina e dei due primi dell'economia è parimenti riservata al S. Padre: per gli altri due dell'economia,, la elezione di uno è attribuita al Capitolo Vaticano, la elezione dell'altro al restante clero della stessa Basilica, cioè al collegio dei beneficiati e chierici beneficiati.

II disposto dell'art. 5° vale anche pei deputati del seminario Romano minore al Vaticano.

7. *a)* Le deputazioni del seminario Romano maggiore al Laterano e del collegio Leoniano si aduneranno sotto la presidenza del Card. Vicario: quelle del seminario Romano minore al Vaticano sotto la presidenza dell'Emo Arciprete.

Ognuno dovrà col consiglio e con l'opera coadiuvare il proprio Cardinale per le cose di rispettiva competenza in conformità delle leggi canoniche generali. i[1]

6) Dovranno adunarsi ogni qualvolta la necessità o l'utilità lo richiegga, ma non meno di quattro volte l'anno, in tempi da stabilirsi.

c) I deputati della disciplina saranno convocati separataineùtè da quelli dell'economia, quante volte le loro risoluzioni non impliehaeo

l'amministrazione temporale del seminario, oppure il Cardinale presidente crederà utile o necessario radunarli separatamente.

In pari modo potranno essere convocati a parte i deputati dell'economia.

d) Tutti i deputati sono *sub gravi* obbligati al segreto d'ofïïzio pei- le cose disputate e concluse nella deputazione.

e) Ogni deputazione potrà eleggersi nel suo seno un segretario, il quale potrà essere incaricato dal Cardinale presidente per le convocazioni degli altri deputati, e per le comunicazioni da farsi ai terzi. Egli dovrà redigere i verbali dell'adunanza e custodirli nella sede a ciò stabilita.

/) In seno alle deputazioni potranno essere chiamati anche i superiori e maestri per dare le spiegazioni che fossero necessarie. Il voto però consultivo è riservato ai deputati.

8. Il seminario maggiore al Laterano^ il minore al Vaticano*e il collegio Leoniano, avranno ciascuno un Rettore, un Direttore spirituale, un Vice-rettore ed un Economo propri.

Gli alunni del seminario Pio, sia nel seminario maggiore al Laterano, sia nel collegio Leoniano, avranno i medesimi superiori degli altri alunni con cui convivono. L'amministrazione però dei beni rimarrà distinta e separata: ed il Rettore del seminario maggiore al Laterano avrà la rappresentanza legale dell'ente, come Rettore del seminario Pio.

9. Il seminario Romano maggiore al Laterano e il collegio Leoniano avranno un Prefetto degli studi comune, il quale avrà cura di tutto ciò che riguarda l'insegnamento nell'uno e nell'altro pio luogo in conformità del diritto comune.

Il seminario Romano minore al Vaticano avrà un Preside degli studi suo particolare con le attribuzioni proprie a questo officio.

10. I rettori dei due seminari e del collegio Leoniano^ i direttori spirituali dei medesimi, il prefetto ed il preside degli studi, di cui negli articoli precedenti, saranno direttamente nominati dal S. Padre.

11. Il vicerettore del seminario Romano maggiore al Laterano e del collegio Leoniano saranno nominati dal Card. Vicario, col voto della deputazione disciplinare, del rettore,e con l'approvazione del S. Padre: in egual modo i due economi, ma richiesto anche il voto della deputazione economica: egualmente i maestri, richiesto però il voto, oltre che della deputazione disciplinare, anche del prefetto degli studi.

12. Il vicerettore del seminario Romano minore al Vaticano sarà nominato dal Cardinale Arciprete della basilica Vaticana con il voto della deputazione disciplinare e del rettore, sentito secondo le norme generali

il Card. Vicario, con l'approvazione del S. Padre: in egual modo l'economo, ma richiesto anche il voto della deputazione economica: ed egualmente i maestri, ma richiesto il voto, oltre che della deputazione disciplinare, anche del preside degli studi.

13. La deputazione economica, quanto alla scelta dei superiori e maestri, dovrà essere interpellata solo nel caso che si tratti di modifica degli stipendi.

14. Rimane inalterato quanto il diritto ha stabilito ed è in uso circa la tassa del clero. E l'importo relativo sarà in ogni caso raccolto dall'economo del seminario Romano maggiore al Laterano. Rimane egualmente fisso il contributo speciale che il Capitolo Vaticano suole dare al seminario Vaticano.

15. Per la custodia dei valori in titoli, saranno date disposizioni a parte.

16. Rimangono ferme le norme stabilite ed in uso per il concorso ed assegno dei posti gratuiti e semigratuiti di alunno nel seminario Romano maggiore e minore, e nel seminario Pio.

17. Per i giovanetti romani che, ottenuto un posto gratuito, dovessero entrare nel seminario minore al Vaticano per gli studi ginnasiali, l'economo del seminario maggiore pagherà all'economo del seminario minore la borsa di studio o retta in uso, finche essi per gli studi rimangano colà.

Egualmente farà verso l'economo del collegio Leoniano per gli alunni romani, dei seminario Pio, o di altre istituzioni e diocesi, i quali, ordinati sacerdoti, avendo a compiere il corso legale al Leoniano, avessero diritto al mantenimento gratuito o semigratuito.

Parimenti l'economo del seminario minore pagherà a quello del seminario maggiore od a quello del collegio Leoniano la borsa di studio o retta in uso per gli alunni propri della Basilica Vaticana ed educati per suo conto nel seminario Romano maggiore al Laterano o nel collegio Leoniano.

18. Quanto al seminario dei Ss. Ambrogio e Carlo le rendite non affette a fini speciali si divideranno in tante borse, di cui godranno a turno, secondo una norma da stabilirsi, le varie diocesi dell'alta Ralia contemplate nel *Motu proprio* di Leone XIII di s. m.

19. **A** tempo opportuno, iniziato l'anno scolastico, gli economi dovranno presentare il bilancio consuntivo dell'anno precedente ed il preventivo dell'anno nuovo, collo stato patrimoniale attivo e passivo del pio luogo, stabilendo le somme necessarie per la manutenzione dei locali, Pinsegnamento, il culto, il mantenimento degli alunni e superiori, la biblioteca, i gabinetti scientifici od altro.

In particolare l'economo del seminario maggiore al Laterano prov-

vederà ehe abbiano un capitolo a parte nei suoi bilanci le rendite e spese del patrimonio del seminario Pio, ed eventualmente di altri enti che avessero fondi propri separati.

20. Entro un anno dalla data del presente regolamento gli economi dovranno redigere un inventario esatto dei capitali e di tutto il mobilio del pio luogo alla cui custodia sono stati preposti.

Questo inventario sarà custodito dalla rispettiva deputazione economica. Ed avvenendo aumenti o perdite, queste dovranno essere diligentemente notate, ed, in occasione della presentazione dei bilanci, segnalate alla stessa deputazione,rimanendo responsabile in proprio l'economo, se alla cessazione del suo mandato si trovasse alcuna cosa mancante e non segnalata nei bilanci.

•21. I deputati dell'economia sono *in solidum* obbligati a richiedere, iniziato l'anno scolastico, i bilanci consuntivi e preventivi, l'esibizione dello stato patrimoniale e dello stato mobiliare del rispettivo pio luogo.

22. I capitali e le rendite che hanno proprie speciali determinazioni, debbono essere religiosamente custoditi, e fedelmente erogati al fine loro proprio, dovendone i moderatori dei pii luoghi e le rispettive deputazioni rispondere in proprio, se per loro colpa avvenisse altrimenti.

23. L'Emo Vicario dovrà essere esattamente informato dei suoi alunni del seminario Romano minore al Vaticano, avendo diritto di sorvegliarli e di regolarne l'ammissione e dimissione, come loro Ordinario secondo le norme del diritto comune.

Egual diritto ha l'Emo Arciprete di S. Pietro per gli alunni di sua giurisdizione dimoranti nel seminario maggiore al Laterano od al Leoniano.

Egualmente per tutti quegli alunni non romani che vengono educati nel seminario Romano o nel collegio Leoniano, i diritti dei rispettivi Ordinari restano salvi, in conformità delle leggi canoniche.

In tutti i casi poi i rettori daranno sempre ai rispettivi Ordinari le informazioni necessarie.

24. Quanto alle sacre ordinazioni, sarà osservato il privilegio della Basilica Vaticana per coloro che sono destinati al servizio della medesima, fermo il diritto comune per tutti gli altri.

25. Per l'assistenza al coro, gli alunni dei seminario Romano maggiore interverranno all'Arcibasilica Lateranense, quelli del seminario minore alla Basilica Vaticana, secondo le norme speciali, che saranno opportunamente stabilite a parte.

Roma, 30 Ottobre 1913.

G. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM.

CONSTITUITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LINDI IN AFRICA ORIENTALI GERMANICAE DITIONI SUBIECTA.

Ut ad orientales oras Africae centralis consultius indigenarum conversioni provideretur, Emi Patres S. huius Consilii Fidei Propagandae, in plenariis comitiis die 10 vertentis mensis habitis, a vicariatu apostolico Daressalamensi, qui latissime patet, universum eius territorium quod ad meridiem iacet inter *Massa* lacum et Oceanum, dismembrandam et in separatam Praefecturam Apostolicam erigendum esse censuerunt, cuius limites sint:

Ad boream *Mbemkuru* flumen ab eius osti o ad fontes, mox recta linea quae exinde ducitur usque eo ubi *Pitu* flumen in *Ruhuje* influit, hinc *Ruhuje* flumen usque ad eius fontes, ac demum linea quae a praedictis fontibus ducta, *Massae* lacus verticem septentrionalem attingit. Ad occidentem autem lacus *Massa.* Ad meridiem vero confinia civilia quae territorium Germanicum a Mozambiquensi colonia dirimunt. Ad orientem tandem Oceanus. Porro sic definitam Praefecturam a *Lindi*, urbe territorii principe, nuncupandam, ac alumnis Congregationis Benedictinae de S. Othilia concredendam esse statuerut.

Quam sententiam, Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in audientia eiusdem diei relatam. Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, praesensque ea de re Decretum fieri iussit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 12 novembris anno Domini 1913.

Fr. **H.** M. **CARD. GOTTI,** *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

• S. CONGREGATIO INDICIS

DECRETUM.

Feria V, die 13 novembris 1913.

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X sanctaque Sede apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, de peculiari Ssmi D. N. Pii Papae X mandato damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat opus inscriptum:

ANTONIETTA GIACOMELLI, *Per la riscossa cristiana. Milano 1913.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedictum opus damnatum atque proscriptam, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut editum legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Datum Romae, die 13 novembris 1913.

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. £& S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius**

SACRA ROMANA ROTA

MELEVITANA *(Meliten.).*

FUNERUM.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 7 iunii 1913, RR. PP. DD. Guilelmus Sebastianelli, Ponens, *Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Meliten. - Funerum, *inter* Capitulum collegiatae ecclesiae B. V. Immaculatae in civitate « Cospicua », *repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum adv. Astorri, et Revmum can.* D. Iosephum Azzopardi, *vicarium curatum perpetuum eiusdem ecclesiae, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium adv. Sacconi, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

A iudice Meliten, primum, deinde ab H. S. O., partibus acriter dimicantibus, decisum fuit a vicario curato Collegiatae civitatis *Cospicua* celebrandam esse Missam exsequialem praesente cadavere, eidemque competere ius praecinendi antiphonam *Exuliabunt Domino,* et horas viamque determinandi funeris deducendi. Quibus decisionibus gravatum se persentiens Capitulum, convola vit ad supremum Signaturae Tribunal; et die 20 iulii 1912 responsum prodiit: « Sententiam rotalem circumscribendam « esse ad tramitem legis particularis, quae exercitium curae actualis «in collegiata ecclesia B. M. V. Immaculatae civitatis "Cospicua,,, « vicario curato perpetuo attributum moderatur, videlicet Bullae Pii VIII « sub die 25 sept. 1830, et Conventionis Ordinarii cum Capitulo per « Bullam Pii IX sub die 1 oct. 1850 approbatae et confirmatae, habita « etiam ratione subsequentis observantiae ». Causa igitur iterum hodie proponitur sub dubio a partibus morem praefati Tribunalis decisioni gerentibus concordato; i. e.: *An ad tramitem decisionis Signaturae Apostolicae diei 10 iulii 1912 in hac causa latae competat Capitulo ecclesiae collegiatae civitatis « Cospicua », ius inchoandi exsequias per intonationem antiphonae* Exsultabunt Domino, *ius adspergendi cadaver aqua benedicta, ius designandi horam et vias exsequiarum, nec non ius ad*

Missam exsequialem praesente cadavere. Quod dubium RR. DD. Auditores dimittendum esse censuerunt *affirmativa responsione.*

Ante omnia RR. Patres diversas animadverterunt phases, quibus cura animarum in ecclesia collegiata civitatis « Cospicua » obnoxia fuit.

Per Bullam Pii Papae VII 1822 parochialis ecclesia sub invocatione B. M. V. sine labe conceptae in Collegiatam evecta fuit et archipresbytero, primae novi Capituli dignitati, concredita fuit cura actualis animarum, relicta Capitulo cura tantum habituali. Exortis deinde controversiis ac dissidiis super iure, quod archipresbyter sibi independenter a Capitulo tribuebat quoad ecclesiasticas functiones ordinandas, et ut melius provideretur congruae sustentationi canonicorum, quorum praebenda ob varias calamitates quibus insula Meliten, fuit divexata, summam tantum triginta circiter scutatorum monetae romanae annuatim pertingebat, a Pio VIII per Constitutionem *Ad supremum Ho* sept. 1830, cura actualis ab archipresbyteratu dismembrata et tributa fuit Capitulo, ita ut in eodem cura tum actualis tum habitualis cumuiaretur. Quam curam animarum Capitulum exercere poterat per ipsos pro tempore exsistentes Capitulum et canonicos per turnum, vel per presbyterum saecularem, vicarium curatum ad nutum ipsius Capituli amovibilem, cum congrua ei mercedis assignatione. Omnia autem et singula emolumenta, certa et incerta, ab exercitio curae quoquo modo provenientia, Capitulo et canonicis tribui debebant. Exsecutioni haud demandatae fuerunt Pii VIII dispositiones ob magnas et novas succedentes difficultates. Qua de causa res amice composita luit per conventum Ordinarium Melitensem inter et Capitulum initum, quod Pio IX pont. maximo per Bullam *Inter caetera,* 1 oct. 1850, placuit approbare et in forma specifica confirmare. In hac Bulla, aliis omissis, haec habentur: « Firmae rema-
« neant et confirmentur praefatae litterae Pii papae VIII praedecessoris
« quoad ea quae unionem respiciunt curae habitualis cum actuali favore
« praefati Capituli, moderato tamen curae exercitio sequentibus legibus:

« I° Ut nempe cura actualis sic unita cum habituali exerceri debeat
« perpetuo et inamovibiliter a vicario curato per Capitulum universum,
« comprehenso archipresbytero, eligendo, et per Ordinarium confirmando
« modo et forma inferius decernenda.

« 2° Ut ad vicarium ipsum curatum spectet tantum administratio
« Sacramentorum, et quidquid memoratum actualis animarum curae
« exercitium ei commissum stricte respicit, salvis et reservatis favore
«Capituli ceteris iuribus et privilegiis, etiam super huiusmodi exer-
« citio, quae eidem Capitulo, uti ecclesiae rectori, reservata sint et
« remaneant ».

Ex his patet per Bullam Pii VII in ecclesia B. M. V. Immaculatae parochialitatem fuisse divisam inter Capitulum et Archipresbyterum, ut uni habitualis, alteri cura competeret actualis: per Bullas vero Pii VIII et Pii IX utramque curam adnexam fuisse Capitulo, quod proinde, indivisam obtinens parochialitatem, absolutus et unicus evasit ecclesiae rector, sponsus et parochus repraesentatos ab ipso corpore mystico, seu politico constituente unam personam moralem, seu intellectualem.

Quod etiam ostenditur, sive ex instrumento diei 23 martii 1852, quo Capitulum per suum procuratorem immissum fuit « in vacuam, « liberam, expeditam, realem et corporalem possessionem curae tam « actualis quam habitualis animarum dictae ecclesiae ad tenorem Lit- « terarum Apostolicarum », sive ex ratione immittendi novos canonicos in possessionem proprii canonicatus, quae ratio aequiparatur reali institutioni veri ac proprii beneficii parochialis. Quae omnia certe locum non habent illis in Capitulis quibus cura tantum competit habitualis.

Hoc idem ulterius eruitur ex eo quod iuxta Pii VII dispositionem, manente tantum penes Capitulum cura habituali, archipresbytero ius concessum fuit eligendi sibi tamquam adiutores in curae animarum exercitio presbyteros saeculares ad nutum ipsius archipresbyteri amovibiles, et ab eodem congrua mercede compensandos. Ex adverso, unione facta in Capitulo curae actualis cum habituali, eidem data fuit facultas duos vice-parochos deputandi ad eiusdem Capituli nutum amovibiles, cum congruae assignatione. Haec autem deputatio ex parte Capituli denotat ipsum esse parochum habitu et actu. Ad rem Pignatelli (tom. III, consult. 24, n. 3). « Quia ex eo quod non Dignitates sed Capitulum deputat « vicarios annales pro exercitio curae, a quibus illa exercetur, sequitur « quod rector curam habens sit Capitulum, non autem aliqua Dignitas, « atque ideo Dignitates ab actuali et habituali exclusae maneant; idque « eo magis, quia sicut Capitulum deputat, ita idem Capitulum non « Dignitates congruam assignat deputatis, sicque cura est penes illud ». Pitonius, *Discept, eccles.,* 104, n. 30.

Haec omnia animadvertentes RR. PP. DD. alterius turni in sententia circumscripta scripsere: « Procul dubio cura animarum actualis « penes Capitulum est » addito tamen: « at non minus indubie ab eodem « exerceri nequit ». Verum in primis, hoc admisso, rem prorsus inutilem peregisset Pius VIII dismembrando curam actualem ab archipresbyteratu, eamque tribuendo Capitulo, quam dismembrationem confirmavit Pius IX. Deinde in Constitutione Pii IX exercitium curae partim tribuitur vicario curato, partim Capitulo. Pars quae respicit vicarium curatum his enun-

ciatur verbis: « Ad vicarium ipsum curatum spectat tantum administratio «Sacramentorum, et quidquid memoratum animarum curae actualis « exercitium stricte respicit » ; pars quae se refert ad Capitulum sic exprimitur: « salvis et reservatis favore Capituli ceteris iuribus et pri- « vilegiis, etiam super huiusmodi exercitio, quae eidem uti ecclesiae « rectori debeantur ». Unde clarissime reservatur Capitulo pars aliqua exercitii curae, et sic vicario curato non plenum, sed strictum tantum exercitium curae tribuitur. Cum autem exercitium habeat in perpetuum et vi Constitutionis, sequitur quod non sit mandatarius, minister, coadiutor aut auxiliator Capituli, quamvis non sit vicarius ad iuris communis tramites, quatenus nempe ei concredita sit universa cura actualis, manente habituali penes Capitulum.

Neque dicatur aliter decisum fuisse a S. C. Concilii, quae interrogata « An iuxta Constitutiones Apostolicas universa actualis cura ani- « marum vicario curato competat in casu? », die 20 dec. 1902 reposuit: « Affirmative quoad exercitium curae animarum ». Etenim I° non agitur hic de interpretatione authentica Constitutionum Apostolicarum, uti vult vicarii patronus; praeterquamquod enim S. C. Concilii assumpta fuit a Summis Pontificibus generaliter ad decreta disciplinaria Conc. Trid. interpretanda, forma illa in casu desideratur, quae iure vigente ante Constit. *Sapienti* ***Consilio,*** adhiberi debebat a Romanis Congregationibus in legibus pontificiis authentice interpretandis. Animadvertendum 2° est quod ex una parte vicarius, non distinguens forsan curam actualem ab eius exercitio, putabat sibi universam curam actualem competere; ex alia Capitulum praetendebat vicarium non esse nisi personam ab eo delegatam ad administranda Sacramenta et quosdam actus peragendos ministerii parochialis; hinc S. C. mediam veluti viam tenens edixit vicario- iuxta Apostolicas Constitutiones competere universae curae actualis exercitium, qua de causa dici non poterat delegatus aut minister Capituli. De extensione autem praefati exercitii, utrum videlicet stricte vel late intelligi deberet, nullum verbum facit (cfr. *Thesaurus S. G. G,* tom. 16, p. 1065-1085). Proinde, admisso etiam quod decisio transierit in rem iudicatam, inutiliter adducitur ad praesentem controversiam dirimendam; hac de causa supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, circumscribens H. S. O. sententiam, nullam rationem habuit Conciliaris responsi, quod certe non fecisset, si per illud vicario tributum fuisset universum curae actualis exercitium ; haec enim basis et fundamentum est rotalis sententiae. Nullo etiam in calculo Patres habuerunt quae a vicarii patrono afferuntur circa sensum verborum « salvis et reservatis « favore Capituli ceteris iuribus et privilegiis, etiam super huiusmodi

« exercitio, quae eidem uti ecclesiae rectori debeantur ». Neque enim I° haec verba referri possunt ad incerta et emolumenta stolae; haec enim de iure communi possunt reservari parocho habituali, vel computari in congrua quae vicario curato debetur. Deinde de praedictis stolae fructibus, aut incertis longe lateque agitur in apposito articulo conventus, seu concordiae, in quo ex professo decernitur hos reditus pertinere ad Capitulum, salva congrua vicarii curati et quibusdam aliis pecuniae summis ad finem specialem destinatis, unde inverosimile est de his reditibus agi in art. 2, ubi sermo est de exercitio curae.

Neque multo minus 2° respicere valent quaedam iura parochialia quoad forum externum et contentiosum, prouti sunt ecclesiae defensio; reparatio aedificii, custodia suppellectilium etc., siquidem haec iura, praeterquam quod sacri canones parocho tribuant habituali, Pius IX integra esse voluit favore Capituli verbis quae immediate sequuntur ea de quibus agimus « caetera vero iura et privilegia eidem Capitulo uti « ecclesiae rectori reservata sint et remaneant ».

Neque tandem intelligi possunt de quibusdam iuribus honorificis Capitulo reservatis, uti v. g. est ius praecedentiae in funeribus. Etenim haec iura honorifica dici nequeunt iura et privilegia super curae animarum exercitio; nam omnino abstrahunt a quolibet exercitio curae, et illud exercitium non includunt, aut nullo modo supponunt, sed significant tantum praeeminentiam Capituli super omnes alios cleri ordines et personas.

Post haec RR. Patres propius ad dubium accedentes, admittunt ius ad Missam exsequialem praesente cadavere, et ius levandi corpus, quod complectitur reliqua iura controversa, i. e. ius inchoandi exsequias per intonationem antiphonae *Exsultabunt Domino,* ius adspergendi cadaver aqua benedicta ac ius designandi horam et vias exsequiarum, competere vicario curato qui institutus sit ad normam iuris communis, i. e. cum pleno exercitio curae actualis, relicta Capitulo sola cura habituali, prouti diserte et abundanter ostenditur in sententia circumscripta. At hoc aptari nequit praesenti controversiae. Nam iuxta Piañas Constitutiones uni Capitulo tribuitur cura habitualis et actualis; et quamvis Pius IX in articulo I° concordiae indeterminate ac generice concedat vicario curae animarum exercitium, in 2° praefatum exercitium ita determinat: « Ut ad vicarium ipsum curatum spectet tantum administratio « Sacramentorum et quidquid memoratae actualis animarum curae exer- « citium ei commissum stricte respicit, etc. ». Hoc proinde iure particulari inspecto, certum est iura de quibus agimus, haud pertinere ad Sacramentorum administrationem. Neque se referunt ad strictum curae animarum exercitium, quod ostenditur generice et specifice.

Generice quidem I° quia strictum animarum curae exercitium excedere non debet utilitatem et sanctificationem viventium, iura vero funeraria non explicantur nisi post mortem^ 2° quia ratio ob quam iura funeraria parocho tribuuntur est, quia cum parochus « vita durante « curam spiritualem suorum parochianorum sustinet, ipsisque loco patris « est, aequum est, ut et defunctis iusta persolvat et locum sepulturae « concedat. Et sicuti pro ipsis vivis orare et sacrificium offerre debuit, « ita convenit, ut pro defunctis preces Missasque offerat » (Van-Espen, tit. *De sepult.,* 28, c. 3, n. 1 et sq.). At ecclesiae B. V. Immaculatae civitatis « Cospicua » rector et parochus est Capitulum, quod proinde parochianorum loco patris est, quamvis Sacramenta administrare et quaedam spiritualia ministeria exercere teneatur per vicarium. Pariter Missa pro populo a vicario quidem celebratur, sed eleemosyna accepta a Capitulo (art. 7, *Concord,* in fine). Nec cum patrono vicarii curati dicatur, S. C. Concilii iura funerum vicario attribuisse in decisione 30 iunii 1906, in qua edixit ius deferendi stolam spectare ad vicarium curatum *(Thesaurus,* tom. 165, p. 656-664). Nam hoc valde dubium est; cum enim episcopus Melitensis sua sententia diei 3 febr. 1905 decrevisset in deducendis defunctis « ius stolae spectare ad digniorem in Capitulo », vicarius curatus appellavit ex hac sententia ad S. C. Concilii, quae die 30 iunii 1906 respondit: « Decretum episcopi esse confir- « mandum, salvo vicario curato iure deferendi stolam, si incedat loco « proprio sui officii ». Unde S. Congr. potius decidit favore Capituli confirmando decretum episcopi; reservavit quidem vicario curato ius deferendi stolam, si incedat loco proprio sui officii ; sed praecise quaestio est, quando incedat loco proprio officii sui, quod nullo prorsus modo determinavit S. Congregatio; unde Capitulum supplicem libellum porrexit eidem Congregationi, ut determinaret sensum suae decisionis, prouti narrat Episcopus Melitensis in sua sententia diei 28 iunii 1907.

In specie non competit vicario curato Collegiatae « Cospicua » ius celebrandi Missam exsequialem praesente cadavere, quia non potest dici ad strictum curae animarum exercitium pertinere quod ab illo potest separari et quidem iubente iure communi. Hoc autem verificatur v. g. quando defunctus in alia ecclesia regulari, aut saeculari sepulturam electam, familiarem, aut gentilitiam habet: tunc enim non parochus proprius defuncti, sed rector ecclesiae tumulantis, quicumque sit, superior scilicet regularis, vel parochus, vel alius, Missam exsequialem praesente cadavere celebrat et absolutionem ad feretrum impertitur, unica facta exceptione quoad ecclesias confraternitatum, ad normam decreti Ss. Rituum Congr., diei 10 dec. 1703 ad 20. His addendum est celebrar

tionem Missae exsequialis adeo parum stricte curam animarum respicere, ut, summo iure, non sit de praecepto; etenim in Rituali Romano (tit. VI, cap. 1, n. 4) dicitur tantum: « Illud, quantum fieri poterit, reti« neatur, ut Missa, praesente corpore defuncti, pro eo celebretur », quod dici nequit v. g. de explicatione Evangelii, instructione puerorum in christiana cathechesi, aliisque actibus, qui curam stricte respiciunt, quique omnes sunt de stricto praecepto.

Quoad reliqua iura quae veniunt nomine iuris levandi corpus, animadvertere praestat Missam exsequialem cum absolutione, quae eam sequitur, partem esse officii funebris praecipuam ac principalem, into nationem vero antiphonae *Exsultabunt Domino,* adspersionem cadaveris aqua lustrali, ac designationem horae et viae exsequiarum esse partes secundarias et ordinatas ad eamdem Missam; hinc sicuti Missae celebratio, ita cetera iura veluti accessoria, non attingunt strictum curae animarum exercitium ex regula XLII Iuris in VI. Speciatim vero quoad postremum ius designandi videlicet vias et horam exsequiarum, hoc supponit exercitium publicum et solemne iurisdictionis parochialis, quod exercitium curae nonnisi a longe respicit. Nec refert quod levatio corporis non separatur ab exercitio curae ne in casu quidem sepulturae electae, familiaris aut gentilitiae in alia ecclesia, quo in casu ius levandi corpus non spectat ad rectorem ecclesiae tumulantis, sed ad parochum proprium defuncti. Hoc enim ex eo est repetendum, quia rector ecclesiae tumulantis ex. gr. superior regularis, vel parochus alienus non habent iurisdictionem extra muros proprii monasterii vel ecclesiae, aut saltem non habent in parochia defuncti iurisdictionem.

Igitur, si ius particulare attendatur inductum per Constitutiones Pii VIII et Pii IX dubitandum non foret de bono iure Capituli. At Patres ulterius adnotarunt magno in pretio habendum esse argumentum ex observantia desumptum. In processu enim Curiae Meliten., quem, Capitulo instante, H. S. O. fieri curavit, testes omni exceptione maiores, ab utraque parte adducti ac iudicialiter excussi, incunctanter asseruerunt per quinquaginta et amplius annos Capitulum constanter et pacifice iura controversa exercuisse. Iamvero neminem latet quanta sit vis observantiae in interpretandis statutis, constitutionibus, et praesertim contractibus, qualis in re nostra transactio, cui per Bullam Pii IX inviolabilis et irrefragabilis firmitatis robur, vis et efficacia adiecta fuit. Etenim nemo melius cognoscere potest intentionem contrahentium, quam ii qui tempore initi contractus aut proximis temporibus vivebant. Unde etiam in iurisprudentia canonica et praesertim in S. Rota dictum est observantiam esse optimam et fidelem cuiuscumque dispositionis interpretem, imo eam

esse reginam interpretationum, et tollere omnes dubitationes, in contractibus praesertim intelligendis. Inter *Decisiones Recentiores* S. Rotae, Dec. 76, num. 68, P. VII, dicitur: « Nulla certior actus interpretatio haberi «potest, quam ab observantia», Dec. 175, num. 12, P. VIII observat tia vocatur « regina omnium interpretationum »; quod repetitur in Dec. 99, num. 6, P. IV, et in Dec. 653, num. 20-21 ; P. IX, T. 2, ubi additur: « Talis observantia debet attendi non secus ac si a principio « inter partes fuisset conventum, observantia enim habet vim novi cori« tractus ».

Notandum est autem observantiam non procedere per modum praescriptionis, sed per modum interpretationis, uti patet ex ipsa indole observantiae, et ex locis mox e decisionibus S. Rotae recitatis: unde etiam pluries in S. Rota decisum est ad vim observantiae non requiri ut sit praescripta. Sic inter *Recentiores,* Dec. 14, n. 4-5, P. VII, dicitur: « Quae (observantia) cum sit potius cuiuslibet dispositionis interpres, « nec egeat praescriptione, sed sufficiat aliquando ita fuisse observatum », quod repetitur iisdem fere terminis in Dec. 5, n. 25-26, P. IX. Sic pariter in Dec. 154, n. 6-7, P. X, ita legitur: « Observantia interpretativa optime « declarat qualis fuerit a principio mens contrahentium, et ad inducen« dam hanc interpretativam observantiam non requiritur spatium longi « temporis nec praescriptio, sed sufficit aliquando ita fuisse observatum ». Ita etiam in Dec. 337, n. 26-27 et Dec. 334, n. 30-31, P. XII. Unde erronee a patrono Capituli in sua defensione apud tribunal alterius instantiae observantia confusa fuit cum praescriptione; et cadunt quae iudices eiusdem instantiae, innixi cap. 1 *De praescriptionibus* in VI, dicunt in praesenti casu de necessitate tituli; cum enim non agatur de praescriptione, non requiritur titulus, sed sufficit observantiam extendi ad tantum tempus, ut iudex prudenter aestimare possit, talem observantiam referre verum intellectum contractus, aut alterius dispositionis. Cum ergo in nostro casu militet observantia continua et pacifica non tantum longi, sed et longissimi temporis, scilicet quinquaginta annorum et amplius, certo certius sufficit ad determinandum verum intellectum Concordiae et Bullarum, de quibus agitur.

Neque validissimum hoc de observantia argumentum infirmari potest ex supra relata decisione S. C. Concilii diei 20 dec. 1902. Etenim tunc quaestio non erat de iuribus ad praesens controversis, sed de iuribus explicandi Evangelium, instruendi pueros in christiana catechesi et celebrandi Missam pro populo, quae iura, cum stricte se referant ad animarum curae exercitium, S. C. iure meritoque deçisit pertinere ad vicarium Capituli, nulla habita ratione anteactae observantiae, quae de

cetero non erat continua. Ex allegatis enim in causa constabat modo Capitulum modo et saepius vicarium curatum praedicta iura exercuisse (Cfr. *Thes.,* T. 16, p. 1082-1085).

Quibus omnibus sedulo diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondendum esse: *Affirmative in omnibus;* i. e. *Capitulo competere ius inchoandi exsequias per intonationem antiphonae* Exultabunt Domino, *ius adspergendi cadaver aqua benedicta, ius designandi horas et vias exsequiarum, nec non ius ad Missam exsequialem praesente cadavere.* Volumus etiam expensas inter partes compensari.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Eef.* Concilii Tridentini, adhibitis iis mediis exsequutivis et coercitivis, quae magis efficacia et opportuna futura sint.

Romae, 7 iunii 1913.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*
Seraphinus Many.
Franciscus Heiner.

Ex Cancellaria, 20 iunii 1913.

Sac. T. Tani, ***Not. S. R. Rotae.***

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

L

AD R. P. GARNIER, DIRECTOREM ASSOCIATIONIS SIC GALLICE NUNCUPATAE « LIGUE DE L'ÉVANGILE », OCCASIONE QUARTI EIUSDEM ASSOCIATIONIS CONGRESSUS LUTETIAE PARISIORUM PROXIME CELEBRANDI.

Monsieur l'Abbé,

Le Souverain Pontife s'est réjoui en apprenant que la *Ligue de l'Évangile,* fondée par vous, il y a vingt-cinq ans, avec les bénédictions de Léon XIII, d'heureuse mémoire, et encouragée par Sa Sainteté elle-même à plusieurs reprises, doit tenir à Paris en novembre prochain son IV[e] Congrès, sous la présidence de l'éminentissime cardinal Amette, archevêque de Paris.

Le Saint-Père ne peut qu'applaudir aux développements considérables qu'a pris une oeuvre si excellente, et souhaite vivement qu'elle continue à produire de plus en plus des fruits salutaires pour le bien des individus, des familles et de la société toute entière. Son érection récente en confrérie, enrichie d'indulgences, est une nouvelle preuve de l'importance que le Saint-Siège attache à la diffusion et à la connaissance pratique du *Livre Sacré.* Il n'est pas douteux que le sujet choisi pour les travaux du prochain Congrès, à savoir *Vaction de l'Évangile au sein de la société,* répond aux désirs du Saint-Père et au but que se proposent les membres de cette association.

C'est pourquoi le Souverain Pontife vous accorde bien volontiers, ainsi qu'à tous les congressistes et à leurs travaux la bénédiction apostolique.

Avec mes meilleurs vœux pour le succès d'une entreprise si digne d'éloges, recevez, monsieur l'Abbé, la nouvelle assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Le 16 octobre 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. D. IOANNEM GHESNELONG, ARCHIEPISCOPUM SENONENSEM, OB LITTERAS DE FIDEI ET RELIGIONIS SENSIBUS IN EADEM ARCHIDIOECESI EXCITATIS MAGISQUE EXCITANDIS, BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS.

Monseigneur,

Les renseignements si consolants et si réconfortants que renfermait la lettre de Votre Grandeur du 2 septembre courant, au sujet du réveil de la foi et de la pratique religieuse dans votre diocèse, ont causé au Saint-Père une grande joie. Assurément il reste encore un long chemin à parcourir, avant que les masses populaires reviennent aux traditions du passé; mais la vaillance avec laquelle une élite courageuse manifeste ses sentiments chrétiens et les traduit dans sa conduite, ne saurait manquer d'exercer peu à peu une influence salutaire.

Le Saint-Père applaudit au zèle joyeux et confiant avec lequel Votre Grandeur poursuit une œuvre déjà si heureusement commencée. Il implore sur votre personne et sur vos diocésains, spécialement sur votre clergé et les aspirants au sacerdoce, les meilleures bénédictions d'En-Haut.

Je prie Votre Grandeur d'agréer mes félicitations personnelles et de croire à mes sentiments bien dévoués en Notre Seigneur.

Le *m* septembre 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE PARTICOLARE.

Il giorno 11 novembre 1913, nel palazzo apostolico Vaticano, fu tenuta la Congregazione dei sacri Riti Particolare, nella quale gli Emi signori Cardinali, nonché i Rmi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto: .

I° Sopra il dubbio se consti della validità e rilievo del Processo apostolico costruito nella curia ecclesiastica di Viterbo sulla fama della santità

di vita, delle virtù e dei miracoli in genere dei Ven. servo di Dio Giovanni Domenico Lucchesi, sacerdote professo dell'ordine dei Carmelitani calzati.

2° Sopra il dubbio se debba confermarsi la sentenza pronunciata dal giudice delegato dall'lllmo e Rino Vescovo di Tropea e Nicotera, intorno al culto non mai prestato al Ven. servo di Dio Michele Vito Di Netta, sacerdote professo della.Congregazione del Ssmo Redentore, e intorno all'osservanza dei ì)ecreti di Urbano Vili.

3° Sopra il dubbio se consti della validità del Processo apostolico, se i testi siano rettamente esaminati e legittimamente compulsati i documenti nella Causa di beatificazione o dichiarazione di martirio del Venerabile servo di Dio Girolamo ab Arce, delle ventiquattro ore nuncupato.

4° Sopra il dubbio se consti della validità dei Processi con autorità apostolica ed ordinaria costruiti ; se i testi siano rettamente esaminati e legittimamente compulsati i documenti nella Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. servo di Dio Fratel Benilde della Congregazione delle Scuole Cristiane.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

1 aprile 1913. — Mons. Giuseppe Fameli, prelato domestico di S. S., e il Rmo D. Enrico Benedetti, *Consultori della S. Congregazione del Concilio.*

31 ottobre — L'Emo signor cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo,*Prefetto della S. Congregazione dei Religiosi.*

— I RR. PP. Mariano Fernandez dei Minori e Ludovico Rivet della Compagnia di Gesù, *Consultori della stessa Congregazione.*

3 novembre. — Mons. Alfonso Alessandro Nouel, arcivescovo di San Domingo, *Delegato Apostolico di Cuba e Porto-Rico.*

9 novembre. — Mons. Luigi Sincero, Uditore della S. Romana Rota e Mons. prof. Salvatore Luzio, *Consultori della S. Congregazione dei Religiosi.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

11 ottobre 1913. — Mons. Michele Colucci, canonico teologo della cattedrale di Lucera.

13 ottobre. — Mons. Vincenzo Pecorelli, can. della cattedrale di Policastro.

18 ottobre. — Mons. Giovanni Battista Murray, vicario generale dell'archidiocesi di Cincinnati.

Prelati Domestici di S. S.:

26 luglio 1913. — Mons. Antonio Pottier, canonico liberiano.

25 settembre. — Mons. dott. Giuseppe Goni, della dioc. di Vittoria (Spagna).

4 ottobre. — Mons. Pietro Norza, vicario generale della diocesi di Biella.

22 ottobre. — Mons. Ladislao Kochowski, rettore dell'ospizio polacco in Roma.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerarii di S. S.:

19 ottobre 1913. — Mons. Francesco Hrubik, dell'archidiocesi di Praga.

— Mons. Francesco Òerny, della medesima archidiocesi.

— Mons. Carlo Hilgenreiner, della medesima archidiocesi.

— Mons. Candido Petrini, della diocesi di Lugano.

5 novembre — Mons. Gerolamo Piccione, della diocesi di Acqui.

Cappellano Segreto d'onore di S. S. :

25 ottobre 1913. — Mons. Stefano Schultz, della diocesi di Alba Reale.

Cameriere d'onore extra Urbem:

29 ottobre 1913. — Mons. Giuseppe Stubendeck, della diocesi di Rosnavia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

5 ottobre 1913. — Mons. Francesco d'Assisi Pires, dell'archid, di Bahia.

— Mons. Gioacchino Ayres de Almeida Freitas, della medesima archid.

— Mons. Manoel Olympio Pereira, della medesima archidiocesi.

— Mons. Moyses Gonçalves do Couto, della medesima archidiocesi.

21 ottobre. — Mons. Rodolfo de Oliveira, deli'archid, di Marianna (Brasile).

22. ottobre. — Mons. Tommaso Panigada, dell'archidiocesi di Lucca.

5 novembre. — Mons. Luigi Battelli, dell'archidiocesi di Urbino.

— Mons. Giovanni Bjazic, della diocesi di Sebenico.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

30 ottobre 1913. ****—*** Il sig. conte Vincenzo Maria Petrangolini, dell'archidiocesi di Urbino.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

6 novembre 1913. — A S. E. il sig. don Firmino Calbetón y Blanchón, già ambasciatore di Spagna presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

22 ottobre 1913. — Al sig. comm. Antonio Thonier, della diocesi di Moulins.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 ottobre 1913. — Al sig. barone Massimiliano Reinlein-Marienburg, di Vienna.

La Commenda, dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 ottobre 1913. — Al sig. Pietro Thibaut Maria Carlo, marchese de Tristan, sindaco di Cléry nella diocesi di Orléans.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 ottobre 1913. — Al sig. dott. Edoardo L. Keyes, dell'archidiocesi di New York.

18 ottobre. — Al sig. Tommaso W. Hynes, della diocesi di Brooklyn.

22 ottobre. — Ai signori Arturo d'Auteroche e Marcello Devaulx, della diocesi di Moulins.

4 novembre. — Al sig. Luigi van Asten-van Thiel, della diocesi di Bois-le-Duc.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 ottobre 1913. — Al sig. Alfonso Luy, sergente maggiore della Guardia Svizzera Pontificia.

NECROLOGIO.

Ottobre 1913. — Mons. Francesco Maturino Guichard, vescovo titolare di Torone e vicario apostolico del Kuy-Tcheou.

Annus V. - Vol. V. Die 20 Decembris 1913. Num. 18.

ACTOPÍST0imlEDÍ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE.

• , " I.

AD DOMINUM FRANCISCUM VEUILLOT, QUI NOVISSIMAM PARTEM VITAE PATRUI SUI LUDOVICI VEUILLOT, TAMQUAM FILIALE VENERATIONIS OBSEQUIUM BEATISSIMO PATRI EXHIBUIT.

Très cher Fils,

C'est avec une bien douce et grande satisfaction que Nous avons reçu l'hommage de la dernière partie de la « Vie de Louis Vernilo!», votre oncle, et Nous vous félicitons de tout notre cœur d'avoir mené à si heureuse fin cet ouvrage de haute importance, laissé inachevé par votre très digne père.

La publication de votre beau travail ne pouvait se faire à une heure plus opportune, puisqu'elle a précédé de peu de temps la date mémorable du centenaire de naissance de Péminent publiciste catholique, dont le nom désormais est glorieusement fixé dans l'histoire.

A l'exemple des deux Papes qui Nous ont précédé sur ce Siège Apostolique, et principalement de Pie IX, de sainte mémoire, il Nous est agréable de rendre témoignagne à ce grand, homme de bien, défenseur irréductible des droits de Dieu et de l'Église.

Avec la flamme de son zèle d'apôtre, il entra dans la lice, orné des dons précieux qui font l'écrivain, l'artiste et le penseur de génie, par lesquels il a égalé et surpassé les Maîtres les plus illustres; car,

dans les saintes batailles de la défense des principes sacrés, sa plume était à la fois un glaive tranchant et un lumineux flambeau. Ce qui entraînait la vigueur de son esprit, ce qui l'enveloppait de lumière, ce qui en centuplait l'énergie, c'étaient, avec sa foi profonde, l'amour de l'Église dont il désirait le triomphe et l'amour de sa patrie qu'il voulait fidèle à Dieu.

Guidé par cette foi, inspiré par ce double amour, il sut repousser comme une impiété toute diminution de la souveraineté de Jésus-Christ et toute renonciation aux enseignements de la Chaire Apostolique. Il comprit que la force des sociétés est dans la reconnaissance pleine et entière de la royauté sociale de Notre-Seigneur et dans l'acceptation sans réserve de la suprématie doctrinale de son Église. Avec quelle âme droite et fière, avec quel coeur indomptable, il fit entendre, sur ces questions fondamentales, les proclamations les plus courageuses, confessant sans hésitation et sans atténuation la vérité catholique, ne voulant jamais distinguer entre les droits que le monde moderne admet et ceux qu'il prétend proscrire. Avec quelle généreuse franchise, il sut démasquer les théories libérales, aux déductions si funestes, dans les sophismes dissimulés sous le nom de liberté.

Convaincu que la nation qui porte à travers les siècles le nom de Fille aînée de l'Église, doit à sa foi, à son génie, à la logique de son histoire de reconnaître dans leur plénitude les droits du Saint-Siège et l'autorité du Pontife Romain, il s'appliqua avec toute l'ardeur de son âme à dissiper les préjugés et les équivoques du Gallicanisme, et fut d'une aide puissante dans le grand mouvement vers le Siège Apostolique qui signala son époque. Nul n'ignore la persévérance avec laquelle il s'éleva toujours contre les esprits pervertis qui s'attaquaient aux sources vives des traditions chrétiennes, force et gloire de sa patrie.

C'est assurément un grand honneur pour un serviteur de l'Église d'avoir, pendant près d'un demi-siècle, projeté sur les événements qui se sont succédé dans le monde la pure lumière de la doctrine catholique et d'avoir poursuivi sans trêve ni merci l'erreur qui s'étale au grand jour et l'erreur qui serpente dans l'ombre. Il lui reste le mérite et la gloire de l'avoir fait avec le courage, l'entrain et l'enthousiasme d'un homme qui possède la Vérité et qui sait que cette Vérité a des droits imprescriptibles. Il lui resté le mérite et la gloire de l'avoir fait dans l'obéissance et la discipline, le regard fixé sur les directions du Saint-Siège. Il lui reste le mérite et la gloire de l'avoir fait avec un désintéressement complet, ne cédant jamais aux séductions, aux louanges, aux promesses, bravant l'impopularité, les intrigues, les antipathies»

les accusations calomnieuses de ses adversaires, parfois la désapprobation même dé ses compagnons d'armes, « heureux d'avoir été trouvé « digne de souffrir des affronts pour le Nom de Jésus » *(Acta,* V, 41).

L'ensemble de sa carrière illustre est digne d'être présenté comme modèle à ceux qui luttent pour l'Église et les causes saintes, et qui sont sujets aux mêmes contradictions, aux mêmes déchaînements de la passion. Qu'à l'exemple de Louis Veuillot, ils soient fiers de leurs titres de chrétiens et de serviteurs de l'Église; qu'ils sachent que Dieu combattra avec eux et leur donnera la victoire à l'heure marquée par sa Providence.

Avec le témoignage de toute Notre satisfaction, Nous vous accordons, très cher Fils, comme gage des faveurs célestes, à vous et à tous les membres de votre famille, à tous les descendants de Louis Veuillot, la bénédiction apostolique.

Donné à Rome près de Saint-Pierre, le 22 octobre de l'année 1913, de Notre Pontificat la onzième.

PIUS PP. X.

IL

AD BERNARDUM MARTÍNEZ MODERATOREM CONGREGATIONIS VULGO « TALLERES DE CARIDAD DE SANTA RITA DE CASIA », DE CONGREGATIONE EADEM EXTENDENDA AD AMERICAE LATINAE REGIONES.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Petiisti a Nobis ut apostolicas Litteras « Multiplices » quibus diei **VIII** novembris **MCMVii** Congregationem vulgo *Talleres de Caridad de santa Bita de Casia,* Matriti olim conditam, ad universas extendimus Hispaniae dioeceses, ad quascunque nunc proferamus Americae Latinae regiones, utque die **XXII** maii, in omnibus ecclesiis et oratoriis in quibus Congregatio quam supranominavimus sit canonice erecta et a Consilio centrali Matritensi dependeat, liceat singulis annis papalem benedictionem sollemniter populo impertiri.

Precibus hisce libenter quidem annuimus. Probe enim scimus qua actuosa urgeantur caritate piae mulieres quae in Congregatione eadem recensentur, et quo studio opera prosequantur sibi proposita. Quod dum laetamur in Domino tibique atque illis ex animo gratulamur, addimus spem Nos bonam fovere fore ut, auctis adsimilibus institutis, latius pa-

teat adsimilis caritas, fructusque multiplicentur illius beneficentiae qua nostra potissimum indiget aetas, quamque vos, Rita auspice benignoque afflatu Ecclesiae, tanta provehitis alacritate.

Auspex divinorum munerum benevolentiaeque Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, ac singulis Congregationis quam moderaris sociis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII novembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. D. NICOLAUM SEBASTIANI, DOCTOREM LITTERIS LATINIS TRADENDIS IN SEMINARIO LATERANENSI, OB EXHIBITUM REVERENTER BEATISSIMO PATRI PRIMUM VOLUMEN OPERIS TESNIERIANI « SOMME DE PRÉDICATION EUCHARISTIQUE » IN EPITOMEN ITALICE REDACTI, ET ANTEA OBLATUM « SUMMARIUM THEOLOGIAE MORALIS ».

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Alberto Tesnière, sacerdoti e Congregatione sanctissimi Sacramenti, cum suorum iniret editionem voluminum, quibus rerum de Eucharistia praedicabilium summam complexus est, novimus a decessore Nostro non vulgarem tributam laudem, quod iis qui de tanto Mysterio Fidei acturi essent, maximeque sacris concionatoribus, uberrimum in primisque utile opus suscepissem Ea se dignum laude vir egregie doctus et pius confirmavit, cum alium ex alio omnes eodem argumento libros, quos destinarat, protulit in lucem, complurium quidem, ut audimus, Episcoporum praesertim ex Gallis ingenti cum approbatione plausuque. Iam vero ad alendum animorum ardorem, qui nunc Dei beneficio excitatus est erga augustum Sacramentum, apprime factus hic videtur auctor, quem eucharistico studio ac spiritu sui Patris legiferi plane scimus imbutum. Itaque scripta ipsius optimo consilio sodales instituerunt disseminare latius, eaque ut apud italos quam plurimorum volvantur manibus, sapienter a te contracta atque in italicum sermonem conversa voluerunt. Te autem bene et feliciter, ut ex libro quem nuper vulgasti videre licet, demandati muneris initia posuisse gaudemus; teque, ut pari diligentia ad cetera pergas, hortamur. Profecto opus aggressus es et magnum et laboriosum; sed, quae tua est pietas, cogitatio utilitatum quas bonis allaturum est,

omnes tibi laboris molestias consolari debet. - Atque hoc loco alium ingenii solertiaeque tuae fructum, id est *Summarium theologiae moralis* commemorare libet. Huius enim, ut accepimus, ob sinceritatem doctrinae, copiam rerum, lucidumque nervosa cum brevitate ordinem, non mediocris apud intelligentes commendatio est. Quare satis est causae, cur tibi Nos quoque gratulemur; id quod facimus ex animo. In testimonium autem paternae benevolentiae Nostrae apostolicam benedictionem habeas, dilecte Fili, quam tibi peramanter impertimus.

Datum Romae apud -sanctum Petrum die x decembris anno MCMXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

CIVITAS « GALATINA » ARCHIDIOECESIS HYDRÜNT1NAE SPECIALI INTERDICTO SUBIICITUR.

Pervenuta la notizia della sacrilega aggressione, alla quale fu esposto il venerando Mons. Arcivescovo di Otranto Mons. Giuseppe Ridotti, questa sacra Congregazione, dolorosamente commossa per la colpa gravissima di cui si è fatta rea tanta parte del popolo di Galatina, a salutare punizione, coli'approvazione del S. Padre, intima la pena dell'interdetto generale locale e personale alla città e suburbio di Galatina da computarsi dalla pubblicazione del presente decreto fino a che non siasi data congrua riparazione del male commesso.

Per tale censura è proibita nelle Chiese di Galatina e suburbio :

I. La celebrazione della santa Messa con tutte le altre sacre Funzioni.

IL II suono delle campane.

• III. La pubblica amministrazione dei Sacramenti.

IV. I funerali solenni.

È permesso soltanto:

I. L'amministrazione del Battesimo ai bambini e degli altri Sacramenti col Ssmo Viatico agli infermi.

II. La privata celebrazione dei Matrimoni.

III. Una sola Messa alla settimana per la rinnovazione della Ssma Eucarestia.

Si avverte poi che, se gravemente peccano i violatori dell'interdetto, i sacerdoti incorrono nell'irregolarità.

Roma, dalla sacra Congregazione Concistoriale, 10 Dicembre 1913.

C. **CARD. DE LAI,** *Secretarius.*

Ioannes Baptista Rosa, *Substitutus.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES.

Decretis S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

8 octobris 1913. — R. P. Petrus N oyen, e Societate Verbi divini de Steyl, *Praefectus Apostolicus Instilar um Sondae minorum.*

25 novembris. — R. P. Willibrordus Lay, e Congregatione Benedictina a S. OthMia in Bavaria, *Praefectus Apostolicus Lindien. in Africa centrali.*

S. CONGREGATIO RITUUM

L

ROMANA.

ADPROBATIONE KALENDARII ALMAE URBIS EIUSQUE DISTRICTUS.

Praesens Kalendarium ecclesiae universalis cum additionibus et variationibus propriis cleri Romani, ad normam rubricarum et decretorum, potissimum Motus Proprii diei 23 octobris 1913 et subsequentis decreti diei 28 eiusdem mensis et anni redactum, atque ab Emo et Rmo domino cardinali Basilio Pompilj in Urbe Vicario generali exhibitum, sacra Rituum Congregatio, revisione rite peracta, probari posse censuit.

Quibus omnibus per subscriptum sacrae Rituum Congregationis secretarium relatis, sanctissimus Dominus noster Pius Papa X praedictum Kalendarium cum enunciatis additionibus et variationibus ratum habuit et probavit; illudque ab universo clero almae Urbis eiusque districtus inde ab anno 1915 servandum benigne concessit atque praescripsit. Mandavit insuper Sanctitas Sua, ut huiusmodi Kalendarium cleri Romani adhibeatur tum in Basilicis patriarchalibus Lateranensi et Liberiana, tum in minoribus almae Urbis Basilicis, Collegiatis, ceterisque Ecclesiis non exemptis, itemque in Religiosis Familiis quae Romae degunt et proprium Kalendarium non habent; facta potestate • eisdem Basilicis, Collegiatis, Ecclesiis et Religiosis Familiis Festa respective propria adiiciendi iuxta rubricas et decreta; ea tamen sub lege et conditione, ut horum Festorum elenchus ad tramitem Instructionis sacrae Rituum Congregationis diei 12 decembris 1912 confectus, intra proximum mensem martium anni 1914 propositus et a sacra Rituum Congregatione revisus, antea Apostolica auctoritate adprobetur.

Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die 10 decembris 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. ©S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

IL

CORISOPITEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI MICHAELIS LE NOBLETZ SACERDOTIS ET MISSIONARII.

Super Dubio: *An constet de Virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum ac Proximum, necnon de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia, iisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

inter viros gloriosos, dignos qui ab Ecclesia laudentur, procul dubio recensendus est servus Dei Michael Le Nobletz, cuius nomen in Armorica seu Britannia minori vivit de generatione in generationem. Hic nobili genere natus die 29 septembris A. D. 1577 in castro Kerodern, dioeceseos tunc Leonensis nunc vero Corisopitensis, patre Hervaeo Le Nobletz, matre Francisca Lesguernes, inde a prima infantia pie educatus, ineuntis adolescentiae pericula indolisque ardorem fortiter superavit, mire adiutus a beatissima Virgine Dei Genitrice, cuius in tutela iugiter vixit, ita ut modestia, gravitate morumque candore aequalibus praeluceret. Ipsa Deipara hortatrice ac duce totum se Christo Salvatori tradidit, Ecclesiae animarumque saluti unice serviturus. Prius penes quosdam pios sacerdotes, deinde apud Patres Societatis Iesu litteris ac philosophiae sedulam operam navavit, quibus feliciter absolutis, theologiam et sacram Scripturam sacrosque canones impense coluit eo successu, ut inter condiscipulos longe princeps haberetur. Quo factum est ut pater Michaelis, magna spe concepta, temporalia emolumenta eaque non modica a filio exspectaret, quippe cui Episcopus Leonensis amplum beneficium ecclesiasticum sua sponte iam obtulisset. Quod tamen cum piissimus iuvenis constantissime recusasset, minus propterea parentibus probatus atque paterna domo eiectus, greges pascere coactus est. At tali contumelia minime fractus, imo maiori fervore incensus, cum probe intellexisset prospera mundi nihil esse facienda, solumque Christi pauperis imitatorem vere divitem habendum, prudentis viri consilium secutus, cum patris etiam ad mitiores sensus reversi benedictione, Parisios se contulit ad studia theologica perficienda, ibique, cum esset annos triginta natus, sacerdotio est auctus. Mox in solitudinem loci, cui nomen Tremenach, in patria regione ad oram maris se recepit, ubi per

annum eremiticam vitam agens missionibus obeundis, vitae austeritate, sacris studiis et assidua oratione se praeparavit. Qua vivendi ratione proprios etiam parentes ita commovit, ut ad mundi contemptum caelestiumque desiderium plane afficerentur. Ut deinceps Episcopo suo morem gereret, parochi munus nonnullis in locis diligenter obivit. At paulo post, suasionibus ac precibus motus amici cuiusdam ac quondam condiscipuli sui, nomine Petri Quintin, qui claustrum S. Dominici ingressus fuerat, etiam ipse Michael eundem sacrum Ordinem amplecti statuit. Fuit igitur in novitiatu Ordinis FF. Praedicatorum Montis Relaxi receptus. Verum, non sine divino numine post aliquos menses dimissus, cum animadvertisset christianos in Armorica degentes, religionis fere oblitos, ob rerum fidei ignorantiam, et superstitionibus inservire et corruptis moribus tabescere, magno animi dolore correptus, totus in eis erudiendis curandisque incubuit, per annos ultra quadraginta nulli parcens labori, industria nulla neglecta. Maxime vero ad catechizandos rudes plane ingenioso utebatur invento, tabulis nimirum pietis ab ipso ita compositis, ut praecipua doctrinae christianae capita per eas veluti ob oculos ponerentur ac simplici addito commento facile vel a pueris et incultis hominibus intelligerentur. Nil mirum igitur si plurimus undique ad Virum Dei fiebat concursus. At humanae salutis acerrimus hostis, qui *circuit ut leo rugiens quaerens quem devoret,* intrepidum Apostolum, cuius opera paulatim ex Armorica exsulare cogebatur, saevissime persequi nunquam desistebat. Sed et occultis machinationibus id effecit, ut Michael odium quorumdam et invidiam sibi attraheret, qui, cum laborum suorum felicem exitum graviter ferrent, ei*m calumniis appetierunt, ita ut Servus Dei iterum atque iterum de loco in locum fuerit eiectus, verberibus etiam afflictus et ad necem quaesitus. Quas adversitates et vexationes ita tulit, ut gratias Deo ageret et pro persecutoribus insidias sibi parantibus exoraret. Imo fideles, qui adversariorum conatus interdum vi coercere volebant, omni qua pollebat in eos auctoritate impedivit, quominus huiusmodi consilium exsequerentur. Cumque tandem, calumniis succumbens, per mandatum Vicarii generalis Corisopitensis ex loco Douarnenez, unde per annos vigintiquinque circumquaque zeli sui apostolici beneficia sparserat, abire iuberetur, vir humilis atque vere obediens ipse litteras Vicarii generalis genibus flexis coram amicis legit, atque navícula ascensa absque mora et querimonia Conquestum se recepit. Magna etiam fuit abstinentia, perpetuo pauper ac paupertatis amator, ea tamen christiana liberalitate excellens ut, cum proximum egentem videret, collecta stipe, vel subtracta sibi cibo, eidem subvenire!/ imo, si cetera deessent, ipsas vestes suas interdum dederit. Hanc nimirum ardentem erga proximum

caritatem summa qua erga Deum flagrabat caritas generaverat, generatam iugiter augebat.

Aetate provectus, cum Vir Dei quamplurimos homines ab interitu retraxisset, mortemque adventare sentiret, de sorte futura missionum, quas ipse tam feliciter instituerat, pie sollicitus, enixis precibus Deum rogabat, ut sibi apostolatus sui continuatorem concedere dignaretur. Nec frustra; nam divino lumine cognovit virum ad hunc finem a Deo electum ex inclyta Societate Iesu, qui fuit pater Iulianus Maunoir, vir omni virtutum genere ac zelo animarum adeo insignis, ut et ipsius Beatificationis Causa in hoc foro agitetur. Quem magno studio sibi adiunctum Michael in partem laborum adscivit, tradita ei methodo ac regulis quibus ipse in missionibus habendis utebatur, ad gloriam Dei semper maiorem per animarum salutem promovendam.

Tandem Servus Dei, cum annum iam quintum supra septuagesimum ageret, laboribus fractus, post morbum diuturnum in quo et dire a daemone vexatus et mire Christum infantem et patientem fuerat imitatus, sacramentis Ecclesiae refectus placidissime in Domino obdormivit die 5 maii anni 1652. Mortis nuntio celeriter propagato, omnes Aere, etiam adversara in eo laudando consentire, Armoricarum gentium parentem praedicare, vitae sanctitatem admirari, frequentes ad funus accurrere. Corpus defuncti, ut ipse iusserat, Lochristum primo delatum, ibique contra eius voluntatem non inter pauperes sed honorifico in tumulo conditum fuit, anno vero 1858 cum permissu auctoritatis ecclesiasticae in novam parochialem ecclesiam Conquesti translatum.

Cum porro sanctitatis fama, qua Vir Dei i» vita et post mortem gaudebat, in dies augeretur, absolutis in sacrorum Rituum Congregatione quae ad normam Constitutionum Apostolicarum sunt praemittenda, de virtutibus Venerabilis Servi Dei tribus vicibus disceptatum est: primo in aedibus Rmi cardinalis Sebastiani Martinelli, S.R. Congregationi Praefecti atque Causae Relatoris, die 3 decembris anni 1912; tum ad Vaticanum die 11 martii anni 1913; denique in generalibus comitiis coram sanctissimo Domino nostro Pio Papa X habitis die 29 iulii eiusdem anni 1913. In quibus a Rmo cardinali Relatore proposito dubio : *An constet de 'Virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, item de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, 'Temperantia ac Fortitudine, iisque adnexis Ven. servi Dei Michaelis Le Nobletz in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?* singuli qui convenerant Rmi Cardinales et Patres Consultores suffragium tulerunt. Ssmus vero Dominus noster in aliud tempus, superni luminis copiam impetraturus, sententiam ferre distulit.

Hodierna autem die, oblato sacrosancto Missae Sacrificio, in hanc Aedis Vaticanae aulam accivit Rmum cardinalem Sebastianum Martinelli, sacrorum Rituum Congregationi Praefectum et Causae Relatorem, R. P. Alexandrum Verde sanctae Fidei Promotorem et me infrascriptum Secretarium, iisque adstantibus solemniter edixit: *Constare de Virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum, item de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis Ven. servi Dei Michaelis Le Nóbletz in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit die 14 decembris 1913.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

SEGUSINA..

IURIS CANENDI MISSAS ADVENTICIAS.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 12 iulii 1913, BR. PP. DD. Antonius Peratlioner, Ponens, *Iosephus Alberti et Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa* Segusina, Iuris canendi Missas adventicias, *inter Revmum D. Antonium Tonda, praepositum Cathedralis Segusinae, repraesentatum per legitimos procuratores sac. Antonium Lombardi et sac. Carmelum Conte, advocatos, et Rev. D. Petrum Vigliane rectorem ecclesiae a Suffragio, repraesentatum per legitimum procuratorem sac. N. Patrizi, adv. ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Anno 1890 in civitate Segusina, coemeterium quod ecclesiae Gratiarum, cathedralis ecclesiae adiutrici, adiacebat, a Municipio iuxta leges hygienicas vigentes translatum fuit procul ab urbe. Pro funeribus persolvendis, quae antea in praefata ecclesia Gratiarum peragebantur, designata interim fuit ecclesia S. Caroli, quae tamen paucos post annos

Municipio visa est haud idonea. Quapropter Municipium voluit ut funebria celebrarentur in ecclesia cathedrali, quod tamen facere Capitulum detrectavit. Ideo episcopus tunc temporis, nomine Eduardus Rosaz, ad tollendas difficultates et contentiones, stipe fidelium collata, novam statuit erigere ecclesiam prope viam quae ducit ad coemeterium. Nova haec ecclesia sub titulo B. M. Virginis a Suffragio anno 1900 divino cultui inservire coepit. Eodem anno dictae ecclesiae praefectus fuit R. D. Petrus Viglione, qui demortuo episcopo Rosaz, i. e. post quinque fere annos a sua constitutione, a novo episcopo Rmo Carolo Marozzi petuit, ut sibi liceret inconsulto parocho Missas adventicias canere, quas hucusque propter decretum episcopi Rosaz infra citandum cantare non erat ausus. Annuit episcopus, simul tamen sacerdotem Viglione monuit de querelis quas probabiliter Rmus D. Antonius Tonda praepositus et parochus ecclesiae cathedralis movebit. Reapse dictus praepositus protestata est, asserens, ob consuetudinem in dioecesi Segusina vigentem, rectorem ecclesiae non parochialis ius non habere decantandi eiusmodi Missas adventicias absque parochi venia, simulque instituit actionem apud curiam Segusinam quae, sententia die 20 iulii 1908 prolata, dictum ius sacerdoti Viglione adiudicavit. Ab hac sententia praepositus appellavit ad S. C. Concilii, quae tamen rem definiendam commisit S. R. Rotae, quae die 6 aprilis 1909 proposito dubio : « An constet de iure sacerdotis « Viglione, rectoris ecclesiae a Suffragio, canendi Missas adventicias « etiam funeraticias absque parochi licentia in casu », *Negative* respondit. Sacerdos vero Viglione iure suo utens ad normam can. 33, n. 2 *Legis propriae,* ad proxime sequentem turnum appellavit, qui dictam sententiam rotalem die 5 martii 1910 infirmavit. Quum tamen praepositus Tonda a supremae Signaturae Apostolicae tribunali impetraverit et obtinuerit causae restitutionem in integrum, quaestio hodie denuo proponitur sub nova et generaliori rogandi formula: *An constet de consuetudine legitime praescripta, qua vetitus est cantus Missarum adventiciarum in ecclesiis non parochialibus sine parochi venia, tam in civitate quam in dioecesi Segusina in casu?*

Ius quod attinet, Domini imprimis observarunt, rectori ecclesiae non parochialis ea sacra inconsulto parocho celebrare licere, quae non stricte parochialia censenda sunt. Celebrationem Missarum solemnium per annum sive pro vivis sive pro defunctis de iuribus parochialibus non esse declaravit S. C. Rituum per decretum Urbis et Orbis, diei 10 decembris 1703, in quo ad quaestionem sub numero 10 « An celebratio Mis- « sarum solemnium per annum sive pro vivis sive pro defunctis sit de

« dictis iuribus parochialibus? » respondetur: *Negative prout iacet.* Iuxta praefatum decretum (n. 20) ad parochum tantum spectat facere officium funebre. Unde omnes commentatores huius decreti in eo conveniunt, quod, excepto casu funeris praesente cadavere, omnes alias Missas quae celebrari solent occasione tertiae, septimae, trigesimae vel anniversariae diei celebrari possunt a rectoribus aliarum ecclesiarum, parocho irrequisito. Quod confirmatur etiam ex declaratione S. Rituum Congregationis secundum quam nulla laeduntur parochi iura, si, post expletas exsequias (absque Missa) in ecclesia parochiali defuncti, heredes vel consanguinei Missam celebrare faciunt in alia ecclesia praesertim Regularium, ad quam etiam licet advocare seu invitare propinquos, amicos, etc. (S. R. C, 13 Maii 1879). Item est in arbitrio heredum vel consanguineorum exsequias tacere diebus 3, 7, et 30, ubi voluerint (eadem C, 24 iulii 1638. Cfr. etiam Alberti, *'Vheolog. pastor,* P. V, pag. 65, VII).

Attamen in aliqua dioecesi potest exsistere contraria consuetudo derogans iuri communi. Citatum enim decretum « Urbis et Orbis », diei 10 decembris 1703, episcopi iurisdictionem hac in re non impedivit nec restringere voluit, uti declaravit Benedictus XIV *(Inst.* 105, § 5. Cfr. etiam Berardi, *De Parocho,* pag. 358, n. 3). In praesenti controversia igitur tantum agitur, an in dioecesi et civitate Segusina quoad cantum Missarum adventiciarum adsit consuetudo iuri communi contraria et legitime praescripta.

Consuetudo alia *facti* est, alia *iuris:* ea est frequentia actuum similium communitatis, haec est ius ipsum, quod ex hac frequentia oritur. Ad hoc autem, ut consuetudo facti transeat in consuetudinem iuris, debet introduci a maiori communitatis perfectae parte nec non peractus saepius et constanter iteratos, proinde non interruptis. Consuetudo praeterea debet esse rationabilis, i. e. naturae et spiritui Ecclesiae conveniens, et legitime praescripta, i. e. durare debet absque interruptione per tempus a iure statutum. Quae conditio tamen non requiritur si ad consuetudinem facti accesserit vel expressus vel tacitus legislatoris consensus (Wernz, t. I, p. 286). Quodsi autem de consensu generali seu legali agitur, consensus legislatoris perperam supponitur antequam elapsum sit illud tempus certum determinatum ve ad consensum legalem. Ex disciplina autem hucusque vigenti, ad consuetudinem contra ius inducendam canonistae communiter quadraginta annos requirunt, dum alii pauci decem annos sufficere asserunt.

Consuetudinis particularis exsistentia, cum sit res facti, non praesumitur, sed a parte illam allegante ordinarie probari debet, nisi aliunde sit publica et notoria (Cfr. Schmalzgrueber, cap. 1,1, 2, n. 33). Plena et

concludens fit probatio consuetudinis per testimonium authenticum Ordinariorum aut per statuta synodalia, in quibus consuetudo allegata commemoratur, aut per duos saltem testes fide dignos. Speciatim ad probandam consuetudinem immemorabilem requiritur, ut testes conformiter deponant sese saltem per 40 annos consuetudinem illam observatam vidisse atque a maioribus audivisse eam semper fuisse observatam, quin ipsi testes vel maiores viderint aut audiverint aliquid factum fuisse in contrarium. Ad rem ait Card. De Luca ***(De Iurisdict.,*** 1. 3, p. 2, n. 16) : « Praecipuum et essentiale immemorabilis consuetudinis requisitum est « illud, quod testes post pubertatem deponant de visu quadragenariae « pacificae possessionis, subducto tempore litis, absque quod quidquam « in contrarium dictum vel auditum fuit iuxta celebrem Gloss, in cap. ***De « Praescribi.,*** in VI, quotidie in foro decantatam » (Cfr. Reiff., h. t. n. 8; Wernz, tom. I, p. 290 sq.).

Hisce in iure praelibatis Domini Auditores, ***factum quod attinet,*** animadverterunt, Praepositum ecclesiae cathedralis Segusinae consuetudinem in themate probare, tum per authentica documenta, tum per testium depositiones.

Et in primis per authentica documenta. Anno scilicet 1728 diebus 19 et 20 octobris in cathedrali Segusina cum adhuc esset Abatia Nullius, celebrata fuit synodus dioecesana, in qua cap. XV ***De ecclesiis et oratoriis*** statutum fuit: « Ut autem parochiali debita servetur observantia ab ecclesiis filialibus, mandamus ut in festis solemnioribus « nemini liceat in capellis campestribus celebrare absque nostra vel «parochi licentia sub poena suspensionis, nec ullo tempore in his « aliisque quibuscumque, nisi de parochi mandato, parochiales functiones « et a parochis tantum fieri solitas explere, nec celebrare Missam cum « cantu irrequisito parocho ». Dicta synodus haec statuit non obstante decreto « Urbis et Orbis » diei 10 decembris 1703 a S. G. R. lato, quod cantum Missarum adventiciarum in ecclesiis non parochialibus permiserat. Ex quo concludere licet, illo tempore in dioecesi Segusina iam consuetudinem exstitisse non canendi Missas adventicias inconsulto parocho. Et sane hanc consuetudinem in dioecesi Segusina esse antiquissimam elucet ex documento die 15 maii 1477 peracto et demum anno 1911 reperto, ex quo haec eruitur facti species: In paroecia loci Salbertrand cives sibi constituere voluerunt novum Oratorium, in quo etiam Missae canerentur; parochus tamen renuit. Tandem ex communi sententia statutum fuit, ut dicti oppidani in novo Oratorio Missas cantare facere possint diebus ferialibus absque parochi licentia, non autem possint

diebus solemnitatum et festivitatibus Apostolorum omnium sine licentia, velle et auctoritate dicti domini curati praesentis et successorum suorum. Anno igitur 1477 iam consuetudo aderat non canendi Missas absque parochi licentia. Nam si haec consuetudo non adfuisset, parochus non obsistere potuisset, ne in Oratorio noviter erecto Missae canerentur, nec oppidani consensum praebuissent de non canendi Missas in diebus dominicis et festivis absque parochi licentia. Et certo certius propter hanc immemorabilem consuetudinem etiam synodus dioecesana anni 1728 contra ius commune vetuit Missas canere in ecclesiis non parochialibus irrequisito parocho. Hanc autem prohibitionem a synodo anni 1728 rite fuisse inductam non obstante decreto « Urbis et Orbis » anni 1703 iam supra innuimus, ubi diximus, decretum illud episcopi iurisdictionem hac in re restringere non intendisse. A decreto igitur synodali anni 1728 saltem incepit consuetudo facti, vi cuius rectoribus ecclesiarum non parochialium vetitus est cantus Missarum adventiciarum irrequisito parocho.

Hanc autem consuetudinem perdurasse, exceptis rarissimis casibus, patet ex decreto episcopi Segusini Rosaz diei 13 iulii 1885, ubi inter alia haec referuntur: « ...Iamvero synodus inditae Abatiae S. Michaelis de « Ghisa, quae hodie magna ex parte pertinet ad nostram dioecesim, « habita... anno 1879, cap. XXI, n. IV, p. 103 haec habet: " Sacerdos « ab iis (confratribus) delectus Nobis probandus in eorum (confra- « tram) templis neque Missas canat neque confessiones audiat.nisi « parocho consentiente „. Idem iam fere statuerat synodus eiusdem Aba- « tiae anni 1761, cap. VII, pag. 52, qua in re consonant etiam synodi « recentes plurium dioecesium Subalpinarum tali consensu, ut videatur « supponere morem antiquissimum longe lateque in Subalpinis rece- «ptum... Huiusmodi vero consuetudinem immemorabilem, vi cuius « capellanis non licet Missas adventicias cum cantu absque parochi « consensu celebrare in hac nostra civitate vigere indubium videtur, « licet synodus nostra de hoc omnino sileat, quum talem consuetudinem « viri idonei et fide digni testentur, uti sacerdos Riva, qui ab anno 1829 «ad annum 1849 capellanus fuit confraternitatis Spiritus Sancti et affir- « mat se talem usum constanter sequutum fuisse, tum quia audierat a « duobus suis praedecessoribus semper servatum fuisse, tum quia cum « semel apud episcopum accusatus fuisset de eius violatione, ab eodem «vocatus fuerat ut se purgaret, simulque districte prohibitus ne quasi «parochi iura usurparet et tales Missas sine episcopi scripta venia cele- « braret; item dominus Iosephus Prevez, canonicus nostrae cathedralis, « qui annis 1847-1850 vices curati in hac urbe gesserit, quique etiam « affirmat ex usu recepto quoties aliqua Missa adventicia cum cantu esset

« celebranda, toties licentiam a parocho esse petitam; quod si omitteretur, «parochus tamquam de violato iure reclamabat; tandem Ignatius Del-« lavedova, annos natus 72, qui cantoris et olim sacristae munus obiit ».

Hoc igitur decreto episcopus approbat consuetudinem circa cantum Missarum adventiciarum in dioecesi Segusina vigentem, citans in eius favorem duas synodus anni 1761 et 1879 habitas. In praefato decreto nulla quidem mentio facta est de dispositione synodali anni 1728, imo expresse dicitur, alteram synodum anno 1828 celebratam de consuetudine quoad cantum Missarum adventiciarum omnino silere. Ast per hoc praesumptio exsistentis consuetudinis vim suam minime amittit, nam prohibitionem Missarum de quibus in themate, si non expresse, tacite tamen admisit synodus anni 1828, cuius decreta fere de verbo ad verbum transcripta dicuntur a synodo Taurinensi. Episcopus enim Rosaz, qui utpote « Ordinarius tamquam de iure optime informatus habetur singulorum statuum suarum ecclesiarum », in iam citato decreto diei 13 iulii 1885 dicit: « In his quae synodus nostra praeterit, regimur iure finitimarum « dioecesium ». In praedicta autem synodo Taurinensi prohibitio Missarum de quibus agitur, expresse continetur. Ceterum nil mirum, si nec synodus Segusina anni 1828 nec decretum episcopi Rosaz diei 13 iulii 1885 de prohibitione a synodo Segusina anni 1728 statuta expressam mentionem non fecerint. Nam illius synodi ante 100, respective ante 157 annos celebratae, nullam memoriam servatam fuisse facile supponi potest. Et revera vetustissimum volumen dictam synodum anni 1728 continens, demum anno 1907 in bibliotheca seminarii Segusini casu fortuito repertum est.

Ex documentis hucusque allatis iam sequitur consuetudinem qua in dioecesi Segusina vetitus est cantus Missarum adventiciarum irrequisito parocho, vim legis obtinuisse ex voluntate legislatoris ecclesiastici.

Plena autem huius consuetudinis probatio habetur ex nova instructione post causae restitutionem in integrum. Longum est singulorum testium depositiones referre. Sufficit animadvertere ultra quadraginta parochos et sacerdotes pietate, prudentia et animarum zelo conspicuos sub religionis sanctitate deposuisse tum in civitate tum in dioecesi Segusina reperiri uniformem, numquam interruptam et ab immemorabili observatam consuetudinem non canendi Missas adventicias in ecclesiis non parochialibus sine parochi venia. Unanimi voce - ut nonnulla saltem afferamus - testes asserunt « che nessun beneficiato ha cantato o pre-« teso cantare Messe senza l'autorizzazione e l'accordo del parroco »; «che nessuno dei cappellani pretese mai tal diritto, nè alcuno cantò

« mai Messa senza avere ottenuta esplicita permissione dal parroco »; « che la consuetudine di cantare Messe avventizie è sempre stata in « favore del parroco »; « che esiste nella diocesi di Susa la consuetu- « dine per cur è esclusivamente riservato ai parroci il canto delle Messe « avventizie, anche fuori delle chiese parrocchiali, per modo che nessun « sacerdote può cantare tali Messe senza espresso permesso del parroco »; « che tanto in città quanto in diocesi esiste questa consuetudine », et similia. Iidem testes non solum deponunt de praesenti consuetudine, sed persuasi etiam sunt hanc consuetudinem esse perantiquam, imo immemorabilem.

Verum quidem est, nonnullos testes adduci, qui contra consuetudinem, de qua agitur, deponere videntur. Ast hi testes per illecebras, minas et dolos inducti fuerunt, ut contra consuetudinem deponerent, dum alii, qui de consuetudine exsistente iam deposuerant, iisdem artificiis coacti sunt suas depositiones retractare. Unde perperam obiicitur subscriptiones parochorum in favorem consuetudinis non fuisse liberas nec spontaneas, sed per vim metumque extortas. Ex nova enim instructione contrarium constat, sci. minas et illecebras adhibitas fuisse ab illa parte quae exsistentiam consuetudinis non canendi Missas adventicias absque parochi venia impugnavit et negavit.

Quod in specie civitatem Segusinam spectat, testes quidem deponunt tantum de facto, Missas in ecclesiis S. Caroli, S. Spiritus aliisque cantatas fuisse, sed non indicant an ex delegatione seu venia parochi. Ceterum ex actis constat quandoque etiam fraudulenter Missas cantatas fuisse absque nolarum sonitu, praeviis occultis invitationibus, idque factum est ne notitia huius abusus perveniret ad parochum. Ita v. g. testis Verquera, canonicus Cathedralis et pro-vicarius generalis deposuit: « Il prevosto Peynatti mi significò ancora che don Viglione (Giuseppe) « aveva introdotto l'abuso di cantar Messe fin da quando viveva il pre- « decessore prevosto Emiliano Brayda, il quale pure aveva protestato. « Seppi più tardi e compresi che sotto il prevosto Brayda D. Viglione «lavorava per quanto poteva alla chetichella, p. e. non facendo dare «con le campane il segno delle Messe cantate, sopprimendo talvolta « ogni segno e avvertendo i cantori, gli offerenti dell'ora in cui avrebbe « celebrato, celebrando in ore in cui sapeva che il prevosto si trovava « in coro ed usando altre pie industrie ». Similiter etiam praepositus loci Giaglione, ex civitate Segusina oriundus, refert sacerdotem Ioseph Viglione clandestine Missas defunctorum cecinisse et ne parochus id animadverteret, campanarum sonitum omisisse. Iidem testes aliique simul declarant se cantum Missarum adventiciarum in urbe Segusina

tamquam abusum considerasse, imo scandalum passos esse eo quod in praefatis ecclesiis contra omnem consuetudinem et contra voluntatem parochi Cathedralis Missae adventiciae cantarentur. Quae si prae oculis habeantur, erumpit exstitisse et exsistere in civitate Segusina consuetudinem non canendi Missas in ecclesiis non parochialibus inconsulto parocho. Argumentum saltem indirectum pro exsistentia* dictae consuetudinis in civitate Segusina deduci etiam potest ex facto, quod episcopus qui rectori ecclesiae a Suffragio cantum Missarum adventiciarum permisit, de quaestione iuris anceps erat, ideoque dictum rectorem monuit, fore ut praepositus Cathedralis querelas moveret. Id quoque notandum est, D. Petrum Viglione, vivente episcopo Rosaz, i. e. per spatium quinque circiter annorum, non ausus esse Missas adventicias canere sine parochi venia. Quae circumstantia non tantum demonstrat sac. Viglione novisse episcopi dispositionem anni 1885, sed etiam novum saltem indirectum subministrat argumentum pro exsistentia consuetudinis a praeposito Cathedralis allegatae.

Nec aliquid valet obiectio, vetustissimam hanc consuetudinem interruptam novamque consuetudinem institutam fuisse eò quod in ecclesia S. Caroli aliisque ecclesiis Missae adventiciae *de facto* absque parochi licentia cantatae fuerunt. Nam ut praescriptio contra consuetudinem exsistentem legitima sit, requiritur inter alia bona fides et tempus a lege statutum. Ast in casu neutrum adfuit. Non adfuit bona fides sed potius dolus maius, ut dictum est, ad decipiendum fallendumque praepositum Cathedralis, cum Missae cantarentur absque campanarum sonitu, vel tempore quo praepositus in choro versabatur. Ubi bona fides si unus testis parochus scil. loci Châteaux-Beaulard narrare potest: « Seppi poco* « tempo fa, della questione sorta tra D. Viglione, cappellano della chiesa «del Ponte in Susa e il parroco della Cattedrale per il fatto che costui « cantava Messe avventizie. Mi fu riferito in proposito che questo D. Vi- « glione alle volte suonava anzi le campane per Messe solenni e poi non « cantava, e ciò faceva unicamente per far dispetto al parroco della Cat- « tedrale. Da coloro che ne parlavano ho potuto capire che il D. Viglione « predetto ciò faceva abusivamente ».

Nec aderat tempus legitimum ad .consuetudinis exsistentis praescriptionem. Primus enim, qui contra consuetudinem agere coepit fuit sac. Iosephus Viglione, contra quem dein episcopus Rosaz mox tulit decretum anni 1885. Adfuit igitur tempus breve, scil. ad summum usque ad mortem dicti sacerdotis Viglione, dum ad praescribendum contra ecclesiam longius tempus requiritur. Factum igitur abusivum sacerdotis Iosephi Viglione non potuit interrumpere consuetudinem antiquis-

simam et ab immemorabili et multo minus contrariam constituere, cum haec a Superiore seu episcopo Rosaz non solum non adprobata, sed prorsus et apertissime reprobata fuerit per decretum anni 1885.

Quibus omnibus in iure et in facto consideratis et sedulo perpensis, Nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus proposito dubio respondendum esse : *Affirmative,* seu *constare de consuetudine legitime praescripta, qua vetitus est cantus Missarum adventiciarum in ecclesiis non parochialibus sine parochi venia tam in civitate quam in dioecesi Segusina in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 12 iulii 1913.

Antonius Perathoner, *Ponens.*
Iosephus Alberti.
Petrus Rossetti.

Ex Cancellaria, 21 iulii 1913.
T. Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

ROMANA.

STIPENDII SEU NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS.

In ordinario coetu seu Congressu habito die 1 mensis decembris 1913 inter Emum ac Revmum P. D. Vincentium card. Vannutelli, Supremi huius Tribunalis Praefectum et infrascriptum a Secretis, propositum fuit dubium, an ad plenariae sessionis Emorum Patrum iudicium admittendus esset necne recursus interpositus a Professoribus Romani Instituti *Angelo Mai* contra Rotalem sententiam editam die 13 ianuarii

c. a. 1913, quae confirmaverat alteram sententiam eiusdem S. Rotae Tribunalis sub die 25 iulii 1911, secus ac expetierant sua nova instantia praefati Professores, ut scilicet decerneretur de iure ipsorum exigendi integrum stipendium in casu.

Recursus a Patrono huius causae eo fine penes Supremum hoc Tribunal interpositus est, ut praedicta Rotalis sententia declararetur nulla, vel saltem circumscriberetur.

Iamvero omnium et singulorum summa argumentorum, quibus iste fulcitur recursus, duo rationum capita complectitur. Primum versatur in disquisitione circa privatarum scholarum perpetuitatem; alterum excutit quaestionem de iure Professorum in casu, ad integrum stipendium aut *iubilationem,* si forte scholae illae desiissent, certo percipienda. Atqui, omnino patet, disquisitionem de charactere perpetuitatis scholis privatis attribuendo, necessario pendere a iuridica interpretatione legis Italicae, vi cuius Gubernium scholas privatas tolerat vel permittit ; quaestionem vero de iure percipiendi stipendii seu iubilationis, quod sibimet Professores inesse contendunt, totam inniti *facto,* nempe utrum promissiones et cautiones, sive oretenus sive per scriptum, quas iidem Professores sibi a viris auctoritate praeditis datas praesumunt, revera, quemadmodum ipsi asserunt, datae fuerint.

Verum, legis interpretatio, nec non factorum examen ad *litis aestimationem* procul dubio spectant; haec autem attingit causae meritum, de quo Supremum hoc Tribunal non videt.

Praeterea, Patronus Actorum, cui etiam R. P. Promotor Iustitiae suffragatur, elicit argumentum deductum, prouti ipse ait, ex « omissione « completa e non giustificata di tutta la seconda istruttoria » ; quae quidem suppletoria instructio, repugnante quamvis parte adversa, a Tribunali per decretum diei 26 martii 1912, postulantibus Actoribus concessa fuit. Exinde Patronus ita ratiocinatur : « È quindi necessario concludere « che la S. Rota, contrariamente a quanto si assumeva *ex adverso,* « ritenne concludente ai fini della causa la prova stessa, ecc. ». Ergo, Patronus sequitur: « Dato ciò, ed attesa la concludenza della prova ai « fini della causa, la Rota non poteva dispensarsi dal tenerne il rendi- « conto, esaminandone i risultati. Viceversa la S. Rota ha saltato a « pie pari tutta questa istruttoria, come se non fosse mai esistita, senza « neppure accennare il motivo di tale omissione, ponendosi così in « contradizione non solo coi principi generali di diritto, che obbligano « il giudice a vagliare le ragioni addotte dalle parti, ma persino con « se stessa, ecc. ». Promotor autem Iustitiae emergere facit istius omissionis gravitatem, eo quod punctum capitale controversiae, numquid

Professores decretum pensionum cognovisset, non attingitur. Id punctum, in prima instructione, ipse ait, perperam atque obscure tractatum prostat; in altera instructione, *con schiacciante evidenza,* 14 testes sub iureiurando deposuerant, omnes Professores Decretum (vulgo: *il Regolamento circa le pensioni)* prorsus latuisse. Deinde idem Promotor Iustitiae prosequitur ita: « Questa omissione in se gravissima diventa più « grave per il fatto che l'istruttoria contiene il giuramento suppletorio ».

Quid igitur censendum erit de huiusmodi argumento, quoad vim suam ad Rotalem Sententiam in casu irritandam ? Forsitan, rem primo obtutu perspicienti, videretur quaedam iuridica species exposito argumento subesse. Attamen huiusmodi speciem, iuxta Constitutionem *Sapienti Consilio* necnon nostras *Regulas,* attente consideranti, occurrit, procul dubio argumentum hoc ipsum recidere in illud *aestimationis litis,* cuius arbiter, pro sua scientia atque conscientia, est iudex; proindeque agi heic quoque *de causae merito,* de quo Supremum Apostolicae Signa,-turae Tribunal non videt.

Postremo, ad controversiam istam funditus exhauriendam, animavertendum est, perperam (ne dicatur absurde), sustineri a Patrono Actorum, Sententiae Rotalis in casu nullitatem, eo quod generalia iuris principia clarissime violata fuerint, propter aliorum motivorum, quae in secunda *Instructoria* allata sunt, praeteritionem a iudice in sententia factam. At vero, quaenam sunt, et ubinam haec generalia principia iuris, seu civilis et canonici, seu tantum naturalis tradita prostant? Nemo sane inficiari auserit, rite legitimeque posse a iudice ea praeteriri rationum momenta seu motiva, quae sibi, pro sua scientia et conscientia, in sententiae suae confirmationem, pro ducenda non videantur. Id adeo verum certumque est, ut usque ad promulgationem Const. *Sapienti Consilio,* Romanae Congregationes, quae causas etiam *iuris ordine servato* iudicabant, ex adductis a Patrono motivis non omnia et singula in sententiae contextu recensebant. Nostrum autem Tribunal nullum suarum sententiarum motivum profert. Id profecto non fieret, si ex aliquo iure unum, vel plura omnino semper sententiae motiva essent prodenda. Nullo igitur *iure* sive *scripto* sive *naturali,* ad motiva suae sententiae omnia et singula declaranda iudex tenetur.

Hisce positis, atque attento etiam r. p. Consultoris voto, propterea quod in sententia Rotali in casu, ea vitia seu deiectus non reperiantur, vi quorum, iuxta laudatas *Legem Propriam* et nostras *Regulas* in iudiciis penes Supremum hoc Tribunal servandas nullitatis querela admittitur recursus iste adversus praefatam sententiam Rotalem delatus, e limine reiiciendus omnino est.

Emus igitur et Revmus card. Vincentius Vannutelli, huius Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis Praefectus, ita statui praecepit, prouti in supra memorato Congressu conclusum est, et consequenter decretum hoc confici et expediri iussit* cum omnibus solemnitatibus et clausulis, quae sunt de iure, et ad *Legis Propriae* normam requiruntur.

Datum Romae ex aedibus S. T., die 9 mensis decembris 1913.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L.&S.

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD DNAM T. P. DB URIBURU, CONFERENTIARUM SANCTI VINCENTII A PAULO IN CIVITATE BUENOS AIRES PRAESIDEM, OB ANNUAM « MEMORIAM » EARUNDEM CONFERENTIARUM, BEATISSIMO PATRI REVERENTER OBLATAM.

Pregma Signora,

Ho il piacere di parteciparle che il Santo Padre ha ricevuto ben volentieri la Memoria annuale della Conferenza di S. Vincenzo de' Paoli a cui Ella degnamente presiede, e si è vivamente compiaciuto nel rilevare quale operoso ed edificante spirito di cristiana carità animi i buoni cattolici della Republica Argentina.

Coli'augurio pertanto che questo perseveri e si accresca ognora più, Sua• Santità invia a Lei, signora presidente, alle opere che Ella promuove ed alle pie Signore che la coadiuvano ed insieme a lei cooperano a far prosperare una così benefica istituzione, la benedizione apostolica, pegno della Benedizione di Dio e delle celesti ricompense.

Con sensi di ben sincera stima passo al piacere di raffermarmi

di Lei

Roma, li 28 ottobre 1913.

Devino

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

IL

AD ILLUSTREM VIRUM P. TILLI, PRAESIDEM SOCIETATIS, QUAE SIC NUNCUPATUR « CENTRO CATTOLICO DEGLI STUDENTI », IN URBE BUENOS AIRES CONSTITUTAE, OB GRATIARUM ACTIONEM DE FILIALI DEVOTIONIS OBSEQUIO SANCTITATI SUAE REVERENTER EXHIBITO.

Illmo Signore,

Il Santo Padre Pio X si è benignamente compiaciuto del nobile attestato di affetto e di devozione filiale, che il « Centro Cattolico degli studenti », degnamente presieduti da V. S., Gli ha umiliato per mezzo di Monsignor Espinosa, Arcivescovo di Buenos Aires.

Ed affinchè il medesimo Centro sia sempre informato dallo spirito di carità e di obbedienza sincera, ed aumenti sempre più la sua benefica azione in favore della religione e della società, l'augusto Pontefice, invocando le più elette grazie del cielo, imparte di cuore a V. S. ed a tutti i membri della suddetta associazione, nonché alle loro famiglie, l'implorata benedizione apostolica.

Con sensi di sincera stima passo al piacere di raffermarmi

di V. S. Illma

Roma, li 31 ottobre 1913.

Affino per servirla

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

III.

AD R. D. CANONICUM LAHARGOU, PRAESIDEM CONSOCIATIONIS << ALLIANCE DES MAISONS D'ÉDUCATION CHRÉTIENNE », OB VOLUMEN SANCTITATI SUAE REVERENTER EXHIBITUM, QUOD AGIT DE CONGRESSIBUS AB EADEM CONSOCIATIONE HABITIS.

Monsieur le Président,

Le Saint-Père le Pape Pie X a daigné agréer avec une particulière bienveillance le volume où sont consignés tes Comptes-Rendus de vingt-six Congrès tenus par F« Alliance des Maisons d'éducation chrétienne ». Les fondateurs^ votre Alliance ont eu pour objet d'accroître par l'union les forces de l'enseignement chrétien en mettant en commun leurs

connaissances et leur expérience pour le plus grand profit de l'éducation de la jeunesse catholique. Ces pages imposantes constituent une démonstration de la fécondité des travaux de votre Association. Le Souverain Pontife vous félicite de placer au premier rang de vos préoccupations la formation religieuse des élèves, basée sur une connaissance approfondie des vérités de la foi et soutenue par une piété active et bien dirigée; car il n'y a de véritable éducation que celle qui élève l'enfant au dessus de lui-même et le rapproche de Dieu.

Il est, en particulier, très doux au Saint-Père d'entendre témoigner des heureux fruits de sanctification que l'application fidèle des décisions du Saint-Siège sur la Communion a produit dans les établissements catholiques. Sa Sainteté fait des voeux pour que ces consolants résultats se multiplient encore dans l'avenir.

L'«Alliance des Maisons d'éducation chrétienne» a aussi le grand mérite d'avoir fait de constants efforts pour conserver les méthodes éprouvées de la pédagogie traditionnelle de l'Église, malgré les entraves des programmes officiels. L'Église a toujours été l'asile et la sauvegarde des belles-lettres, et on peut dire assurément que si la culture classique fleurit encore dans le monde, on en est redevable, à l'heure présente, à l'enseignement chrétien.

Il convient également de féliciter ce même enseignement de tout ce qu'il fait pour prémunir l'esprit des élèves contre la séduction des faux systèmes si funestes à l'intelligence de la saine philosophie.

Touché des sentiments de profonde vénération et de filiale obéissance que vous exprimez à l'égard de son auguste Personne, le Saint-Père accorde au Président et à tous les membres de l'« Alliance des Maisons d'éducation chrétienne» le bienfait de la bénédiction apostolique.

Avec mes remercîments pour l'exemplaire que vous m'avez gracieusement offert, veuillez agréer, monsieur le Chanoine, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 6 novembre 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. P. D. JANVIER, O. P., QUI EXEMPLAR VOLUMINIS NUPER EDITI SACRARUM ORATIONUM AB EODEM IN ECCLESIA METROPOLITANA « NOTRE DAME »• PARISIIS HABITARUM, AUGUSTO PONTIFICI REVERENTER EXHIBUIT.

Mon Révérend Père,

Le Souverain Pontife, se réjouissant des succès toujours croissants de votre Apostolat, a daigné agréer avec une particulière bienveillance l'hommage du volume de vos conférences du carême de 1913, consacré à la vertu théologale de l'Espérance.

En rappelant si opportunément aux générations entraînées par la fièvre des jouissances immédiates, que Dieu seul peut donner à l'homme la béatitude parfaite par le plein rassasiement de son intelligence et de sa volonté, ce nouvel ouvrage continuera le bien-déjà réalisé par votre parole et orientera les aspirations des âmes généreuses vers les biens éternels.

Le Saint-Père vous félicite de vous être appuyé sur les témoignages les plus certains de la Tradition catholique et sur l'enseignement des grands Docteurs scolastiques pour venger éloquemment la vertu de l'Espérance des accusations contradictoires accumulées contre elle par des esprits égarés, et pour établir solidement qu'elle fait partie essentielle de la vie militante du chrétien et que, loin d'être exclue par la charité, elle en est, au contraire, ici-bas, la préparation et le soutien.

Sa Sainteté demande au Seigneur de vous donner la force de poursuivre vaillamment encore un si fructueux ministère, et Elle vous accorde de tout cœur, ainsi qu'à vos auditeurs, la bénédiction apostolique.

Très sensible en ce qui me concerne personnellement à l'hommage que vous avez bien voulu me faire du même ouvrage, je vous prie d'agréer, mon Révérend Père, avec mes remercîments, l'assurance de mes sentiments bien dévoués en Notre-Seigneur.

Le 15 novembre 1913.

R. **GARD. MERRY DEL VAL.**

V.

AD STANISLAUM MEDOLAGO ALBANI, COMITEM, PRAESIDEM UNIONIS OECONOMICO-SOCIALIS PRO CATHOLICIS ITALIAE, DE LECTIONIBUS SOCIOLOGIAE APUD SCHOLAM SOCIALEM CATHOLICAM.

Illmo Signor Conte,

Con vero piacere ho rimesso al Santo Padre il corso di sociologia di cotesta Scuola Sociale Cattolica, a tal fine inviatomi da **V**. S. Illma. Sono lezioni uscite dalla penna maestra del P. Monetti S. J., e tanto basta per ritenerle di sicura dottrina e d'indiscutibile utilità. Ed utilità grande l'augusto Pontefice si augura che arrechino esse agli studiosi di problemi sociali, così da illuminarli su i veri principi che ne regolano la soluzione, e sulla regia via da segnare alla attività umana per renderla coefficiente poderosa di benessere comune.

E con questo voto Sua Santità invia a **V.** S. i paterni Suoi ringraziamenti uniti all'apostolica benedizione, che imparte ben di cuore alla medesima S. **V.** ed a quanti sono i soci ed i benefattori dell'Unione Economico-Sociale.

Aggiungo personali ringraziamenti per F esemplare cortesemente destinatomi, e passo volentieri al piacere di raffermarmi con sensi della più distinta stima

di **V.** S. Illma

Roma, li 30 novembre 1913.

Affino per servirla

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

VI.

AD STANISLAUM MEDOLAG-0 ALBANI, COMITEM, DE RENOVANDIS MUNERIBUS FOEDERATIONIS QUAE VULGO « UNIONE ECONOMICO-SOCIALE » NUNCUPATUR.

Illmo Signore,

L'avvicinarsi dell'epoca della rinnovazione delle cariche dell'Unione Economico-Sociale ha richiamata l'alta considerazione di Sua Santità sul cammino finora percorso dall' Unione medesima. Fecondo e laborioso cammino, quale appunto lo dimostra la larga rete d'istituzioni economiche fatte sorgere nel breve corso di pochi anni, e, recentemente, la Scuola Sociale, aperta dal grande Sodalizio per fornire ai nostri giovani un sicuro mezzo di sana cultura sociale e di formazione scientifica e pratica a quella nuova forma di cristiano apostolato, alla quale li invitano i tempi nuovi.

Sua Santità, mi è grato parteciparglielo, ne ha avuto argomento di consolazione, e ben volentieri se ne congratula colla S. V. e con quanti l'hanno coadiuvata nel difficile compito affidatole.

Guardando però nell'avvenire, un lungo cammino rimane ancora a percorrersi dall'Unione Economico-Sociale prima di raggiungere pienamente il suo scopo. E le molteplici istituzioni delle quali deve essa «occuparsi, le gravi e delicate questioni morali, che insieme ad interessi anche materiali, sono ad esse congiunte, i nuovi bisogni e le crescenti difficoltà persuadono che con una migliore organizzazione le si apra più larga e spedita la via ad un'azione più sicura ed intensa, e ad una vita più feconda. Opera di non lieve momento, com'Ella ben vede, alla quale per altro il Santo Padre ha già rivolto il Suo pensiero e le sollecite Sue cure. E perchè a ben maturarla è necessario tempo e consiglio, è volere dell'Augusto Pontefice che la rinnovazione delle cariche suddette sia rimandata a tempo più opportuno e si sospendano, nel frattempo, le ordinarie adunanze dell'assemblea e le riunioni del suo Consiglio, continuando la S. V. nel suo ufficio di presidente, affinchè, in attesa dei nuovi provvedimenti, continui a reggere e governare l'Unione, secondo le ben note direttive pontificie.

Con sensi di distinta stima passo al piacere di raffermarmi

Di V. S. Illma

Dal Vaticano, 2 dicembre 1913.

Affino per servirla

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato ***dì*** nominare :

15 novembre 1913. — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum,., ***Protettore dell' Ordine della santa Croce in Olanda.***

21 novembre. — L'Emo signor cardinale Gaetano De Lai, ***Proiettore* dell'Istituto di*** S. ***Anna e della Provvidenza in Torino.***

24 novembre. — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, ***Protettore delle Suore della sacra Famiglia di Bordeaux.***

25 novembre. — Mons. Alberto Vassallo di Torregrossa, ***Delegato Apostolico ed Inviato Straordinario della Santa Sede presso la Repubblica di Colombia.***

28 novembre. — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, ***Protettore dell'Istituto dei Fratelli di S. Gabriele e dell'Istituto delle Religiose del Buon Pastore di Angers.***

29 novembre. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito di Belmonte, ***Protettore della ven. arciconfraternita del Ssmo Sacramento e di S. Nicola- di Bari al Carcere Tulliano.***

4 dicembre. — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, ***Protettore dell'Istituto delle Figlie di Maria Immacolata per il servizio domestico.***

6 dicembre. — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, ***Protettore dell'Istituto delle Suore della sacra Famiglia del sacro Cuore.***

7 dicembre. — L'Emo signor cardinale Mariano Rampolla del Tindaro, ***Protettore dell'Istituto delle Suore Carmelitane della Carità di Vich.***

8 dicembre. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, ***Protettore dell'Istituto delle Figlie di Maria Ssma dell' Orto e dell' Opera di S. Francesco di Sales.***

12 dicembre 19Í3. — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, ***Protettore- delia Congregazione delle Figlie del santissimo ed immacolato Cuore della beata Vergine Maria.***

13 dicembre. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito di Belmonte, ***Protettore dell'Istituto dei Canonici Regolari dell'Immacolata Concezione.***

16 dicembre. — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, ***Protettore; delle Suore Missionarie del preziosissimo Sangue di Bois-le-Duc.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

5 novembre 1913. — Mons. Venceslao Manlick e Mons. Giuseppe Tumpach, canonici delia Chiesa Metropolitana di Praga.

12 novembre. — Mons. Raimondo Fuchs, decano della cattedrale e vicario generale della diocesi di Leitmeritz.

14. novembre. — Mons. Rodrigo Tavani, arcidiacono della Chiesa Metropolitana di Chieti.

18 novembre. — Mons. Aronne Tamási, preposto della cattedrale" di Transiivania.

Prelati Domestici di S. S.:

5 novembre 1913. — Mons. Eugenio Szuborics, canonico della cattedrale di Alba Reale.

10 novembre. — Mons. Geremia Casey, parroco di Lindsay nella diocesi «di Peterborough.

12 novembre. — Mons. Gustavo Mattauch, preposto della cattedrale di Leitmeritz.

— Mons. Antonio Òech, canonico della predetta diocesi.

13 novembre. — Mons. Patrizio Cody, della diocesi di Newark.

— Mons. can. Giovanni Pio dos Santos, dell'archidiocesi di Rio Janeiro.

— Mons. Daniele Zomora, canonico della diocesi di Transilvania.

15 novembre. — Mons. Gioacchino Antonio de Siqueira, della diocesi di Ribeirâo Preto.

16 novembre 1913. — Mons. Daniele Figueroa, direttore dell'ultimo pellegrinaggio argentino a Roma.

— Mons. can. Gustavo Matteoni, vicario generale della dioc. di S. Miniato.

21 novembre. — Mons. Carlo Reth e Mons. Giovanni Nepomuceno Ahle, -canonici della cattedrale di Augsburg.

22 novembre. — Mons. Giacomo P. Mac Closkey, vicario generale della diocesi di Jaro.

23 novembre. — Mons. Francesco Hogan, rettore e preside del seminario nazionale e irlandese a Dublino.

28 novembre. — Mons. Filippo Mauri, censore emerito della Pontificia Accademia Teologica di Roma. ^

1 dicembre. — Mons. Francesco Serafico Achtmann, canonico della chiesa metropolitana di Bamberga.

2 dicembre. — Mons. Bernardo J. Bradley, dell' archidiocesi di Baltimora.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerarii di S. S. :

19 settembre 1913. — Mons. Domenico Pogliani, dell'archid, di Milano.

28 ottobre. — Mons. Massimiliano Bódulió, della diocesi di Ragusa.

6 novembre. — Mons. Edoardo H. Murray, della diocesi di Peterborough.

7 novembre. — Mons. Francesco Tilmann, della diocesi di Treviri.

10 novembre. — Mons. Giovanni Dionisio Joren, della dioc. di Bois-le-Duc.

15 novembre. — Mons. Giovanni Battista Gruener, dell'archid. di Bamberga.

— Mons. Francesco di Paola Pangratz, della diocesi di Passavia.

17 novembre. — Mons. Ermanno Osburg, della diocesi di Paderborn.

24 novembre. — Mons. Giuseppe Gottwald, della diocesi di Breslavia.

— Mons. Lodovico Eccheli, della diocesi di Trento.

— Mons. Guido de Gentili, della medesima diocesi.

5 ***dicembre.*** — Mons. Cesare Boccoleri, arciprete di Rapallo, nella diocesi di Chiavari.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

7 novembre 1913. — Mons. Giovanni Siener, della diocesi di Secovia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

7 novembre 1913. —- Mons. Guglielmo Landel de Moura, della diocesi di Ribeirâo Preto.

— Mons. Giuseppe Liebisch, della diocesi di Secovia.

Camerieri d'onore extra Urbem:

20 settembre 1913. — Mons. Luigi Testa, dell'archidiocesi di Milano.

24 novembre. — Mons. Antonio Leonardi, della diocesi di Trento.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

23 novembre 1913. — Il sig. Federico di Mikusch-Buchberg, della diocesi di Breslavia.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

21 novembre 1913. — Il sig. Pietro Gámbaro, dell' archidiocesi di Genova.

29 novembre. — Il sig. Stanislao Sikovski, della diocesi di Culma.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

11 novembre 1913. — Al sig. conte Ermanno de Stolberg-Stolberg, della diocesi di Paderborn.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 novembre 1913. — Al sig. Stefano Esders, belga domiciliato a Vienna.

La Commenda dell'Ordine Piano:

10 novembre 1913. — Al sig. prof. Giustino Kintzinger, della dioc. di Metz.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 novembre 1913. — Ai signori Giuseppe Marin, di Bassora, e Abramo Medawaz, di Beiruth.

21 novembre. — Al sig. Ermanno Stock, assessore del Tribunale di Treviri.

29 novembre. — Al sig. Gioacchino Martinez de Pinillos.

30 novembre. — Al sig. Paolo Maria G. Vercruijsse,dell' archid, di Utrecht.

4 dicembre. — Al sig. cav. Francesco Giolo, di Rovigo.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

21 novembre 1913. — Al sig. Federico Spitzer, dell'archidiocesi di Vienna.

3 dicembre. — Al sig. dott. Lodovico Pollak, consigliere Imperiale in Austria.

H Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 ottobre 1913. — Ai signori Mattia Feltin e visconte Alberico di Truchis di Varennes, dell'archidiocesi di Besançon.

— Ai signori professor Giovanni Guiraud e Leone Maria Giuseppe Dhoutaut, della predetta archidiocesi.

30 ottobre. — Al sig. Guglielmo Diepenbrock, della diocesi di Harlem.

15 novembre. — Al sig. Carlo Gallet, della diocesi di Luçon.

16 novembre. — Al sig. Giovanni Cornelio Antonio Smits, presidente della Società Olandese di beneficenza.

19 novembre. — Al sig. Arnoldo Giovanni Maria Vos de Wael, dell'archidiocesi di Utrecht.

26 novembre. — Al sig. Luigi Müller, dell'archidiocesi di Praga.

28 novembre. — Al sig. Giovanni Topinka, dell'archidiocesi predetta.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

18 novembre 1913. — Al sig. Edoardo Zorzi, capitano dell "esercito austriaco.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 ottobre 1913. — Al sig. Giovanni Antonio Franke, della dioc. di Harlem.

18 novembre. — Al sig. dott. Ferdinando Stemmler, della dioc. di Limburgo.

NECROLOGIO.

19 novembre 1913. — Mons. Emmanuele Correa de Bastos Pina, vescovo di Coimbra nel Portogallo.

28 novembre. — Mons. Ignazio Zuccaro, vescovo titolare di Archelaide.

1 dicembre. — Mons. Firminio Leone Giuseppe Renouard, vescovo di Limoges.

4 dicembre. — Mons. Giovanni Giuseppe Laguarda y Fenollera, vescovo di Barcellona.

6 dicembre. — L'Emo signor cardinale Luigi Oreglia di San Stefano, vescovo di Ostia e Velletri, decano del sacro Collegio, camerlengo di Santa Romana Chiesa, ecc.

13 dicembre. — Mons. Stefano Antonio Denisewicz, vescovo titolare di Claudiopoli di Seleucia.

16 dicembre. — L'Emo signor cardinale Mariano Rampolla del Tindaro, arciprete della Basilica Vaticana, segretario della S. C. del S. Offizio, ecc.

Annus V. - Voi. V. Die 31 Decembris 1913. Num. 19.

AiGTAlplTOpAÍ^EDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO.

DE CANONICIS, QUI INTER PRAELATOS DOMESTICOS RELATI NON SINT, E CAPITULIS PRIVILEGIA PROTONOTARIORUM HABENTIBUS.

PIUS PP. x.

In litteris Nostris *Inter multiplices* editis Motu Proprio de Protonotariis Apostolicis, quo modo nonnulla capita essent interpretanda, declaravit ex Nostra auctoritate S. Rituum Congregatio decreto *Super legitima*, cuius haec est summa : qui adscribatur collegio Canonicorum seu Capitulo, quod privilegiis seu insignibus et iuribus ad Protonotarios Apostolicos vel supranumerarios vel ad instar participantium pertinentibus ornatum sit, non eum acquirere ius ad expeditionem Brevis, quo inter Praelatos Domesticos numeretur, sed huius adeptionem honoris et gradus e sola Summi Pontificis benignitate pendere.

Iam vero ne privilegiorum diversitas, quae inter homines eiusdem Ordinis animadvertatur, christianae plebis admirationem moveat, Canonicis qui, cum sint e Capitulis modo memoratis, inter Praelatos Domesticos relati non sint, damus et concedimus, ut collegialiter quidem omnibus fruantur privilegiis suo ipsorum Capitulo ab Apostolica Sede tributis, singuli autem tum praelatitium habitum et *pianum*, quem vocant, gestare, ut est

in illis ipsis Nostris litteris, ad § 16 et 17; tum, de speciali mandato Ordinarii, ornatu et more Praelatorum, de quo ibidem ad § 31'sermo est, Sacrum celebrare possint. Qua duplici potestate non eis licebit uti, nisi intra fines dioecesis, cuius erit Capitulum.

Atque haec Motu Proprio statuimus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Eomae apud S. Petram die xxn mensis decembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

EPISTOLAE.

I.

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS MEXICANAE REIPUBLICAE, DF FIDELIBUS EIUSDEM REIPUBLICAE SS. CORDI IESU SOLLEMNITER VOVENDIS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Consilium aperuistis cum vobis summopere decorum, tum apprime iucundum Nobis. De hominibus SS. Cordi Iesu vovendis iam anno MDCCCLXXXXIX scripsit decessor Noster f. r. Leo XIII encyclicis litteris *Annum Sacrum.* Quod, ut credimus, vos animo reputantes, in eam devenistis sententiam ut eidem sacratissimo Cordi, immortali saeculorum Regi, die vi proximi ianuarii Mexicanam consecretis Rempublicam, peractaeque rei sollemne prodatis vestratibus testimonium in imaginibus divini eiusdem Cordis regiae exornatis maiestatis insignibus. Id Nos probamus libentes. At vero cum aeternae gloriae Rex spinea corona fuerit redimitus, quae *gemmis et auro pulchrior vincit coronas siderum,* humani regis insignia, sceptrum nempe ac diadema, reponantur ad sacrarum imaginum pedes.

Gentem vestram rerumque vestrarum perturbationes solliciti iam diu conspicimus animo probeque agnoscimus quanti sit ad salutem et pacem in populis fovendam, homines compellere ad hoc salutis portum pacisque sacrarium, quod benignissimus Deus in augusto Christi Filii sui Corde patere humano generi voluit. Ab Eo igitur sit vobis, venerabiles Fratres, sit Mexicanae genti, tam diuturnis vexatae discordiis, et gratia, qua ad salutem indigetis, et pax, quam omnium altricem utilitatum, communia civium vestrorum expetunt vota.

Auspex interea utriusque muneris Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis, venerabiles Fratres, quam clero populoque cuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus;

Datum Romae apud S. Petrum, die xn novembris **MCMXIII**, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

IL

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPUM CARACENSEM CETEROSQUE DE VENEZUELA EPISCOPOS, OB LITTERAS BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITAS PRAECIPUE DE SEMINARIO IN URBE CARACAS NUPER INSTITUTO.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes vestrae litterae plura Nobis attulerunt laetabilia. Quod enim vosmet coniunctissimos Nobis profitemini eosdemque deditissimos ; quod per haec sollemnia, ob redditam undecim abhinc saeculis Ecclesiae libertatem debitam, opportunam nacti estis occasionem adhortandi fideles vobis concreditos ut Ecclesiae matri arctius adhaereant acriusque tueantur eius iura sanctissima: quod denique recens condito maiori seminario provisum voluistis aptiori cleri institutioni, agnoscimus cum novam pietatis in Nos vestrae significationem, quam pergratam sane habemus, tum voluntatem de clero, de populo, ut par est, sollicitam.

Plane videmus nullam officii partem vestram desiderare sollertiam ; et id quidem Nobis gaudemus, vobisque, venerabiles Fratres, gratulamur ex animo. Pro ea vero qua vos, qua Ecclesiam vestram caritate complectimur, locus admonet ut novum hoc seminarium, ad quod excitandum, non semel adhortati vel Ipsi vos sumus, diligentiae vestrae - si quidem currentibus addendi sunt Stimuli - etiam atque etiam commendemus. Quam lamentabiles, ad clerum quod attinet, sint Venezuelanae Ecclesiae conditiones, iam alias vobis scribendo attigimus; quibus occurrendum remediis, plane nostis, venerabiles Fratres, praeter plenam caritate vigilantiam in clerum qui iam vobiscum laborat in vinea Domini, curam quam maxime esse quae impenditur in rite formando clero iuniore. Quare instate, rogamus atque obsecramus in Domino, ut moderatorum vigilantia sollertiaque magistrorum, in maiore hoc seminario non secus ac in minoribus seu dioecesanis, floreat disciplina sancta ac doctrinarum studiis suus, ex Apostolicae Sedis praescripto, sit honos. Haec enim, expertis loquimur, una suppetit via ut adolescentes

qui in eisdem in Ecclesiae spem succrescunt, ingenii opes animique virtutes uberiores sibi comparent, utiliusque deinde, ad sua reversi, eas conferant in commune bonum.

Quod ut e sententia eveniat, caelestium vobis adiumentorum copiam a Deo poscimus; quorum interea sit auspex eademque testis benevolentiae Nostrae apostolica benedictio, quam cuique vestrum, venerabiles Fratres, vestro insuper clero populoque peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die v decembris **MCMXIII**:, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

SAGRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

ERECTIO DIOECESUM.

Ssmus D. N. Pius PP. X successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis:

20 octobris 1913. — Amplissimum territorium dioecesis Srmi Salvatoris de Bahia in Brasiliana republica, rogante ipso archiepiscopo, in quatuor partes divisit, creatis tribus novis dioecesibus Barrensi, Caetitensi et Ilheosensi.

Diocesi *Barrensi* attribuit paroecias vulgo *Barra do Bio Grande, Chique-Chique, Pilâo Arcado, Remanso, Casa Nova, Sento Sé, Joazeilo, Campestre, Brotas do Macahubas, Oliveira dos Brejinhos, Urubú, Bom Jesús da Lapa, Carinhanha, Sant'Anna dos Brejos, Porto de Santa Maria, Correntina, Angical, Campo Largo, et Santa Rita do Rio Preto.*

Dioecesi vero *Gaetitensi* paroecias vulgo *Caetité, Monte Alto, Gentío, Amparo de Umbaranas, Duas Barras, Jacaracy, Gonderiba, Caculé, Bom Jesús dos Meiras, Ituassú, Sincorá, Minas do Rio de Contas, Villa Velha de Minas de Rio de Contas, Bom Jesús de Bio de Contas, S. Joâo do Paraguassú, Lençoes, Remedios do Rio de Contas, Paramirim, Macahubas, Riacho do S. Anna, Sta Maria do Ouro, et Cannabrava.*

Dioecesi praeterea *Ilheosensi* paroecias vulgo *lïhéos, Olivença, Cannarieiras, Belmonte, Santa Cruz, Porto Seguro, Villa Verde, Tramoso,*

Nossa Senhora de Lourdes do Angelim, Prado, Alcobaca, Garavellas, Villa-Viçosa, S. José de Porto Alegre, Itabuna, Barra do Bio de Contas, Marahú, Barcellos, Camamú, Igrapiuna, Santarem, Nova Boipéba, Boipeba Velha, Cayrú, Taperoá, Serapuhy, Querem, et Valença.

Reliquam antiqui territorii partem *Ssmi Salvatoris de Bahia* reservavit.

2 decembris ,1913. — Dioecesim *Nicaraguensem* a metropolitico iure archidioecesis Guatimalensis subtractam et exemptam, in quatuor partes divisit, novis dioecesibus constitutis et in provinciam ecclesiasticam erectis.

Itaque Nicaraguensi episcopo, qui cathedralem habebat usque modo in civitate *Leon,* suam sedem reliquit, circumscripta tamen eius iurisdictione ad quatuor dumtaxat civiles provincias vulgo *León, Chimandega, Esteli* et *Nueva Segovia:* et suppresso nomine dioecesis Nicaraguensis, novam hanc dioecesim ita praefinitam vocandam decrevit *Leonensem in America centrali* et suffraganeam constituit Managuensis archidioecesis.

Metropolitanam sedem erexit in civitate *Managua,* reipublicae principe : et archiepiscopo iurisdictionem attribuit in quinque civiles provincias *Managua, Masaya, Carazo, Matagalpa* et *Qinotega.*

Tertiam territorii partem in novam dioecesim erexit, Granadensem denominandam, cum sede in civitate *Granada,* novoque episcopo iurisdictionem dedit in quatuor civiles provincias *Granada, Rivas, Chontales* et *San Juan del Norie:* et suffraganeam pariter fecit Managuensis archiepiscopi.

Quartam denique territorii partem in vicariatum apostolicus Bleufieidsensem erexit, et vicario apostolico iurisdictionem attribuit in sex civiles provincias videlicet *Bleufields, Cabo gracias á Dios, Bmzapolcka, Siquia, Rio Grande* atque in insulas orae Oceani Atlantici adiacentes et eidem reipublicae Nicaraguensi subiectas.

IL

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

20 novembris 1913. — Cathedrali ecclesiae Eperiesensi ritus graeci-catholici praefecit sac. Stephanum Novak, dioecesis Munchacsensis.

21 novembris. — Metropolitanae ecclesiae Cameracensi Revmum Ioannem Arturum Chollet, hactenus episcopum Virdunensem.

21 novembris 1913. — Cathedralibus ecclesiis Bellunensi et Feltrensi Revmum Iosue Cattarossi, hactenus episcopum Albinganensem.

— Cathedrali ecclesiae Insulensi, nuper erectae, Revmum Alexium Charost, hactenus episcopum titularem Miletopolitanum.

3 decembris. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Hemesensi sac.Albertum Vassallo di Torregrossa, dioecesis Calatanisiadensis, delegatum apostolicum in Republica Columbiana.

4 decembris. — Metropolitanae ecclesiae Cassiliensi sac. Ioannem Harty, eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali ecclesiae Bellevillensi sac. Henricum Althoff, eiusdem dioecesis, parochum loci vulgo *Okaville et Neshville.*

10 decembris. — Metropolitanae ecclesiae Managuensi sac. Ioannem Antonium Lezcano, archidiaconum ecclesiae cathedralis Leonensis in America centrali.

— Cathedrali ecclesiae Granadensi sac. Iosephum Candidum Pinol y Batres, archidioecesis de Guatimala.

11 decembris. — Titulari ecclesiae episcopali Toronensi sac. Isidorum Carrillo, dioecesis Leonensis in America centrali, ibique rectorem seminarii dioecesani.

16 decembris. — Cathedrali ecclesiae Sancti Galli, sac. Robertum Bürkler, canonicum eiusdem ecclesiae cathedralis, magistrum et rectorem seminarii dioecesani.

— Cathedrali ecclesiae Sanctae Marthae Revmum Franciscum Christophorum Toro, hactenus episcopum de Socorro. ,

S. CONGREGATIO RITUUM

BRIXIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE CRUCIFIXAE DI ROSA FUNDATRICIS CONGREGATIONIS ANCILLARUM A CARITATE.

Brixiae, e parentibus genere ac pietate claris, ortum duxit Maria Crucifixa Di Rosa, fundatrix Ancillarum a Caritate, in saeculo Paula, eodem die 6 novembris in lucem edita et baptismate regenerata. Adhuc puella, dilecta genitrice orbata, a patre in ephebeo Brixiensi instituenda

collocatur, ibique mansit usque ad xvii aetatis suae annum, quo, domum reversa, sedulam curam rei familiari impendit, domesticorum salutis imprimis sollicita, potissimum adolescentularum officinae sericariae addictarum, quas inter veluti missionaria se gessit. Asiatica lue per Insubriam grassante, Serva Dei, annuente patre, in nosocomio se tradidit in famulatum aegrotantium: postea quasdam sibi socias adiunxit ad cuiusvis generis infirmos iuvandos et ad adulescentulas educandas atque a periculis eripiendas, quibuscum novam familiam constituit, quae, Ancillarum caritatis nomine assumpto, a summo Pontifice Pio IX sa. me. probata prius, deinde die 8 aprilis 1851 confirmata fuit. Serva Dei vero insequenti anno sub nomine Mariae Grucifixae antistita renunciata, Congregationi praefuit usque ad diem 15 decembris 1855, cum, lethali iam morbo correpta, Ecclesiae sacramentis refecta, inter carissimas filias, quas ad misericordiam exercendam enixe hortata fuerat, placide obiit, aetatis suae anno **XLII**. Opinio sanctitatis, quam Dei Famula in vita adepta fuerat, post obitum magis clara et diffusa, usque in praesens, evasit, adeo ut super illa Inquisitiones Ordinariae Informativae in ecclesiastica Curia Brixiensi adornatae sint. Quibus absolutis et ad sacram Rituum Congregationem delatis, quum, ad normam iuris, omnia in promptu essent, instante R. P. Dominico Bonomi Congregationis Oratorii et Causae Postulatore, Emus et Rmus cardinalis Dominicus Ferrata eiusdem * Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam Commissionem si Sanctissimo placuerit,* die 9 decembris 1913.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino, nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum ipsius sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Crucifixae Di Rosa, fundatricis Congregationis Ancillarum a Caritate, die 10, eisdem mense et anno.

Fr. S. **CARD. MARTINELLI,** *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

COCINCINAE OCCIDENTALIS.

NULLITATIS MATRIMONII (DÒ-SÒ).

Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo, die 14 iulii 1913, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Gocincinae Occidentalis - Nullitatis matrimonii, *inter* Martham Sò *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem Rectorem De Angelis, advocatum ex officio, et* Petrum Dò, *interveniente et disceptante in causa Vinculi defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Anno 1910, Marta So, annos 18 nata, in loco vulgo Gu-Mi degens, matrimonium contraxit cum Petro Dò ; at, ipsius patre vix mortuo, domum maritalem dereliquit et a iudice ecclesiastico petiit ut suum matrimonium nullum declararetur ex capite vis et metus, aut saltem ut a Sancta Sede super rato et non consummato dispensatio concederetur.

Processu expleto coram vicariatu apostolico Cocincinae Occidentalis, acta transmissa fuere ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum. Quum autem S. Congregatio censuisset causam iudiciario ordine servato agendam esse, causa huic sacro Ordini delata fuit, et nunc in prima instantia, ex commissione Sanctissimi, Nobis definienda venit sub consueta dubii formula: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Factum quod attinet. Quomodo Martha Sò ad matrimonium ineundum cum Petro Dò a suo patre coacta fuerit, in primis ab ipsa actrice accipiendum est. Quum enim tractatus ad matrimonium praevii mediatoris ope expleti fuissent, ipse mediator patrem Marthae Sò rogavit, ut filiam suam advocaret. Ipse autem renuit dicens: « Eam in matrimo- « nium, velit nolitve tradam. Si me cogis eam arcessere, arcessam ; « siquidem consenserit, eam despondebo; sed si renuerit, quid faciam? ».

Martha autem in hoc matrimonium non consentiebat, quod et multoties parentibus declaraverat ingenuis his verbis: « Quia Petrum Dò non « amo, ideo non consentio ».

Interrogata autem quid tunc temporis pater suus fecisset, ipsa sub iuramento fassa est: « Tunc temporis pater meus gravissima tussi labo-
« rans, me arcessivit et interrogavit: " Nonne consentis? „. Respondi me
« non consentire eo quod eum non amarem. Et pater iratus iussit me
« numi procumbere, et, virga me tertio percutiens, minatus est se, si
« persisterem renuens, capillos meos abscissurum esse, caput pice resper-
« surum, vestes meas donaque omnia resumpturum, meque expulsurum
« et obnegaturum. Hac nimia ira quasi exanimatus, supremum spiritum
« iam iam redditurus erat. Quod videns frater meus iunior, nomine Dinh,
« et timens ne moreretur, mihi leniter suasit ut consensum exprimerem,
« ne pater vita cederet, meos fratres orphanos relinquens. Primum con-
« sentire me negavi, deinde autem instanti fratri ut consensum prae-
« berem, quem parentibus referret, dixi ut quidquid libuerit faceret. Ille
« patri retulit me consensum dedisse. Tum, matre iubente, patrem adii,
« veniam petitura: " Pater, inquiens, in posterum non committam ut
« tibi ultra contradicam „. Septem exinde sequentibus diebus prae tri-
« stitia cibo abstinui. Quod animadvertens pater me vocavit, volens me
« funiculis vincire et virga caedere, ego autem matris iussu refectionem
« cepi. Ex eo tempore matri nec non fratri Dinh pluries dixi me nulla-
« tenus consentire ».

Hinc factum est ut, cum de bannorum proclamatione ageretur, parocho interroganti ipsa responderit se consentire, sed externis tantum verbis, et in matrimonio celebrando exterius tantum, ut ipsa fassa esset, consenserit.

Quum igitur censeret matrimonium suum invalidum esse, sero in mariti habitaculum se recipere noluit, neque illuc ivit nisi iterum a suis parentibus coacta. Matrimonium vero, ut affirmat ipsa, consummatum non fuit; multoties enim a Petro Dò rogata, coacta, renuit in eodem vel cubili sterni, stragulo aut strato circumvoluta seorsum cubans. Patre autem vix mortuo, domo maritali derelicta, Martha ad parentes suos se recepit.

Porro Martham Sò ad matrimonium cum Petro Sò ineundum gravi et iniusto metu a patre incusso coactam fuisse, plures iique fide digni testes sub iuramento confirmarunt.

Nam Paulus Dinh, Marthae frater, testatus est: « Cum ultima vice
« venisset mediator, pater meus eam virga ceci dit, minans se eam, cae-
« sarie tonsa, abdicaturum depulsurumque esse. Ego autem videns patrem
« nimis fatigatum, sororem ut consensum exprimeret hortatus sum, ne
« ille subito moreretur, neque minores orphani fieremus. Tunc soror mihi
« dixit ut pro libitu facerem, et ego, introgressus, patri omnia retuli.

« Sororius meus, Petrus nempe Dò, mihi commisit thecam sorori per-« ferendam, quam traditam soror recipere renuit. Cum sororius patrem « meum moribundum visitaret, hic ab illo quaesivit quomodo res se « haberent, persuadens concordiam ... Deinde a patre interrogatus utrum « coniugale debitum nec ne redderetur, negative respondit... ».

Maria autem Vui, Marthae mater, fassa est: « Sò nulli adfuit qua-« tuor conversationum mediatoris. Negavit se consentire. Tn ultima con-« versatione pater eius se eam in matrimonium traditurum annuit. Ille «filiam verberavit, et voluit eam capillis privare; propterea Sò dixit « ut quidquid fieret pro libitu... Cum Dò, post confessionem sacra-« mentalem, venisset ad invisendum coniugem meum moribundum, et « hic ab eo seorsum inquisisset: "Utrum nec ne ambo invicem concor-« diam habeatis mihi sincere indica „.-." Minime, ait Dò, ne semel quidem « actum coniugalem habuimus „. Haec mihi retulit coniux meus, monens «ut post suam mortem filiam reprehenderem et admonerem... ».

Anna Binh, fratria Marthae Sò, deposuit se audivisse Martham Sò tum ante mediatoris adventum, tum post bannorum proclamationem dicentem se non consentire, quod bis vel ter audisse et Mariam Kinh, fratriam et ipsa Marthae, confirmavit.

Item Anna Thien, uxor mediatoris, testata est: « Paulo ante matri-« monii celebrationem pater Sò me rogavit ut hanc (Martham) ad con-« sentiendum inducerem. Quae mihi dixit: " Vehementer parentes mei « me incitant... „ ».

Et Anna Ngot: « Sò dixit parentes vim ipsi inferre, sed se nullo «modo consensum daturam ... ».

Nec satis: nam R. D. Ioannes Guèguend, missionarius apostolicus, degens in La-Gi, et curam habens districtus in quo paroecia Cu-Mi sita est, deposuit: «Ante bannorum proclamationem Martha Sò mihi dixit « se non consentire huic matrimonio, ad quod pater suus eam cogeret « vi et minis ; et me rogavit ut hoc dicerem suo parocho R. D. Lefebre, « quod feci ». R. Dominus autem Augustinus Lefebre, qui adstitit cele-brationi, fassus est: « Iniunxi ei (Marthae) ut clare diceret se consentire « aut non consentire... Tum pater eius, utpote praesens, acriter ait: « " Te consentire aut non consentire liquido profer... „ ».

Quinimo et inter testes ex adversa parte adductos, de imperiosa voluntate et obiurgationibus patris deponunt Paulus Can, et Martha Dan. Dominicus autem Minh testatus est se audivisse Martham Sò « negare « se velle maritum ».

Petrus Qua refert se a Martha Sò quaedam audisse, ex quibus non obscure infertur ipsam renuisse debito coniugali concedendo. Thaddaeus

autem Bòn affirmat se accepisse a medico qui patrem Marthae curavit, patrem ipsum questum fuisse quod ambo iuvenes non maritaliter cohabitar ent.

Nec silentio praetereundum est Vicarium apostolicum ita quoad matrimonii validitatem sui animi sensum aperuisse: « Connu la mentalité annamite, l'autorité paternelle, et la crainte révérentielle des « enfants, il semble bien que Marthe Sò n'a point consenti à ce ma- « riage. C'est également l'avis de deux Vicaires apostoliques voisins, que « j'ai cru devoir consulter ».

Ex testium igitur depositionibus, et ex circumstantiis tum matrimonium antecedentibus, tum consequentibus, nullum superest dubium Martham Sò gravi et iniusto metu coactam fuisse ad matrimonium ineundum cum Petro Dò.

Ius quod spectat. In cap. XIV, *De Sponsalibus et Matrimonio* statuitur: « Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio inter- « venit, necesse est ut ubi assensus cuiusque requiritur, coactionis « materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, et « ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est « animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et « sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire ».

Haec autem confirmantur ex cap. 15 et 28 eiusdem tituli, et ex cap. *De eo qui duxit...*

Hinc a theologis et a canonistis unanimiter infertur, atque a constanti iurisprudentia canonica firmatur matrimonium ex metu gravi contractum in utroque foro externo et interno esse irritum, si is metus iniuste ac directe ad matrimonium extorquendum sit incussus; S. Thom., *Suppl.,* qu. 47, a. 3; Sánchez, *De Matr.,* lib. 4, dis. 12, n. 18; Pirhing, lib. IV, *Decr.,* tit. 1, n. 98; Reiffenstuel, eod. tit., n. 325; Pichler, eod. tit., n. 119; Gasparri, *De Matr.,* II, n. 930 et seqq.; Wernz, *De Matr.,* II, n. 255, etc.

Species metus est metus *reverentialis.* Et ille, cum D'Annibale *(Theol, mor.,* I, n. 138), dicitur quem sui auctoritate facit is, in cuius potestate sumus; puta praelatus, dominus, pater, maritus, tutor (Ex 1. 22, *De Bit. Nupt. Pont. M.,* lib. IV, cap. 5; Salm. *IX,* 9, 34; S. Alph., VI, 1056). Definitur futuri mali existimatio, quod ab his metuimus, in quorum potestate sumus (Pont., n. 1; Salm. I). Et ab ingenio et moribus eius metiri cum primis debet (Less., II, 17, 35; Pont., n. 4). Nec eius est qui fecit ut morem eius gereret, si non fecit invitus (Lugo, n. 150). Hunc nonnulli esse putant eius, qui solam domini, patris, etc. offensam

veretur; alii contra, eius qui ab eo metuit aliquid grave; v. g. exheredationem, expulsionem, etc. Neutrum plene; non primum quia metus sine periculo alicuius damni non intelligitur (L. 6, c. *De his quae vi;* Pont., n. 3): non alterum, quia ubi tam grave damnum impendit, timor gravis simpliciter dicendus est. Itaque timor reverentialis dicitur, cum aliquis patris, domini, etc., indignationem (quae profecto malum est) metuit, licet absint (quod tamen limitat Sánchez, n. IV, VI, 7, 11, *1%* 13, 14) verbera aut minae. Quae si gravia et diuturna futura sint, maium grave, ideoque et metus gravis non immerito existimabitur (Sánchez, cit., n, 14; Pont., n. 6; Salm. *IX,* 9, 34; Reiff'., III, 31, 115).

Quamvis igitur metus reverentialis per se et in genere sit levis (Pichler, lib. IV, tit. 1, n. 108; Wernz, *De Matr.,* II, n. 264, etc.), tamen si indignatio quae timetur, gravis et diuturna existimatur, fit gravis in genere suo (D'Ann., cit; Sánchez, cit., lib. IV, dis. 6, 14), aut si adiungantur iurgia, minae aut verbera, etc., fit qualificatus, ideoque irritat matrimonium (Pirhing., lib. IV, *Decr.,* tit. 1, n. 109; Pichler, cit., ib.; Wernz, cit., ib., etc.), atque pro gravi in foro externo praesumendus, si hae circumstantiae adsint (Gasparri, *De Matr.,* II, n. 942; Santi, lib. IV, tit. 1, n. 144, etc.).

In casu metum fuisse gravem, qualificatum, et incussum iri ordine ad extorquendum matrimonium, evidens est, sed nec ullum dubium ipsum fuisse quoque iniustum; etsi enim parentes possint licitis mediis suadere filiis honestas nuptias, nullum tamen ius habent ad eos invitos cogendus imperio, vi aut minis, prout in casu verificatur. Neque opponi potest ex narratione actricis inferendum esse ipsam cessisse suasionibus fratris, ac proinde matrimonium magis pietati erga fratres suos adscribendum, quam metui per patrem illatum. Verba enim actricis fratri suadenti prolata consensum mere externum exprimunt, atque sui deditionem voluntati et imperio patris; vel si cessit, cessit omnino invita (Lugo, n. 150), et sub influxu imperii et minarum patris (D'Annib., cit. *in fin.).*

Neque dici potest metum tantum ab initio intercessisse; nam et postquam ipsa se dedidit et subiecit imperio et minis patris, iterum pater ipsius voluit eam virga caedere et funiculis vincire, eo quod hac de causa cibo abstineret; quumque parochus Martham interrogavit utrum consentiret necne, praesens erat ipsius pater, qui eam acriter increpavit, ideoque plena securitate iuxta caput XIV, *De Spons. et Matr.,* non gaudebat.

Ceterum metum perseverasse tum ante, tum post bannorum proclamationem usque ad celebratum matrimonium manifeste eruitur tum

ex narratione actricis, tum ex testimoniis Annae Binh, Mariae Kinh, ceterisque testimoniis ac circumstantiis; ipsam vero non ancipitem et haesitantem, sed vere invitam et reluctantem fuisse, omnia testimonia supra allata invicte probant.

Neque iterum officit iudicem actricem non interrogasse super legitima petitione Petri Dò, cur nempe initialem mutuam pacem Martha subvertens a die mortis patris eius, dixerit se consensum amplius non praestare. Nam ipsa satis superque dixerat se matrimonio vel omnino non consensisse, vel consensisse coactam metu gravi a patre incusso, atque credidisse invalidum esse suum matrimonium. Ceterum cohabitationem pacificam minime fuisse testantur, inter ceteros, Anna Binh, Maria Kinh, R. D. Ioannes Guèguend, Maria Viu.

Quibus omnibus tum quoad factum tum quoad ius perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, *Constare de matrimonii nullitate in casu,* seu proposito dubio respondemus: *Affirmative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Datum Romae, in sede Tribunalis sacrae Romanae Rotae, die 14 iulii 1913.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Ex Cancellaria, 11 augusti 1913.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

DE PROMULGATIONE QUARUMDAM PONTIFICIARUM CONSTITUTIONUM AC LEGUM.

Ex audientia Sanctissimi, die 26 decembris 1913.

Completa nuper editione voluminum quae *Acta Pii X* inscribuntur, ad dubitationem quamlibet praecavendam de legitima promulgatione Pontificiarum constitutionum ac legum in iis insertarum; Ssmus Dnus noster Pius divina providentia PP. X, referente me infrascripto Cardinali a Secretis Status, decernere dignatus est: omnes ac singulas Constitutiones ac leges, in quatuor praedictorum *Actorum* voluminibus contentas, plenissime promulgatas atque idcirco ratas firmasque habendas esse, perinde ac si in commentario officiali " *Acta Apostolicae Sedis,,* insertae verbo ad verbum fuissent. Contrariis quibusvis, etiam speciali ac individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria Status, die, mense et anno praedictis.

R. **CARD. MERRY DEL VAL.**

L. © S.

EPISTOLA.

AD R. P. D. HECTOREM IRENAEUM SEVTN, LUGDUNENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE ANNUO CONGRESSU IURISCONSULTORUM CATHOLICORUM GALLIAE, LUGDUNI HABENDO.

Monseigneur,

Le Saint-Père a éprouvé une vive satisfaction en apprenant, par la lettre de Votre Grandeur du 29 septembre dernier, que le xxxvn[e] Congrès annuel des Jurisconsultes Catholiques de France, qui se tiendra à Lyon, sous votre présidence, le 27 octobre prochain, aura pour objet de ses travaux les *rapports entre VÉglise et VÉtat.*

Pour l'étude et la discussion d'une matière si importante, les Jurisconsultes catholiques trouveront la route tracée avec toute la sûreté et la clarté désirables dans les enseignements pontificaux; c'est pourquoi ils ne sauraient mieux faire que de s'en tenir fidèlement à la doctrine

exposée dans les immortelles Encycliques de Léon XIII, et, pour ce qui regarde en particulier les événements survenus récemment en France, ils s'attacheront aux actes si sages du Souverain Pontife Pie X, actuellement régnant.

Cette doctrine du Saint-Siège a été mise en lumière par d'insignes théologiens et juristes, au nombre desquels, à côté des cardinaux Tarquini et Cavagnis, dont Votre Grandeur rappelle si opportunément les noms, il convient de mentionner aussi l'éminentissime cardinal Billot, honneur de l'Église et de la France.

On trouvera dans cet arsenal précieux de quoi réfuter les erreurs anciennes et modernes dont sont imbus les ennemis de l'Église, et desquelles ne semblent pas toujours tout à fait exempts quelques-uns même des écrivains catholiques, notamment quand ils conçoivent les deux sociétés, ecclésiastique et civile, comme simplement *coordonnées* entre elles, ou quand ils limitent à un pouvoir purement *directif* la *juridiction indirecte* que l'Église à le droit d'exercer sur les choses temporelles, lorsqu'elles ont un côté surnaturel.

Une fois que les Congressistes auront nettement affirmé les vrais principes fondamentaux, qui règlent les rapports entre l'Église et l'État, principes basés sur le droit divin et par conséquent immuables, il leur sera facile d'apprécier avec justesse les relations de l'Église avec les états particuliers, aussi bien dans leur évolution historique, que dans l'état actuel, aussi bien en général, que par rapport à chacune des institutions juridiques. Ils en arriveront alors à conclure, que si, d'une part, la réalisation de la concorde entre les deux pouvoirs, conformément aux vraies maximes du droit public ecclésiastique, est souverainement avantageuse au bien des âmes et à la félicité des peuples, par contre la situation, qui est faite à l'Église dans un bon nombre d'états, est bien loin de répondre aux principes sus-mentionnés, et, qui plus est, cette situation faite à l'Église est parfois en réalité injurieuse et intolérable, au grand détriment de la paix religieuse et même de la concorde et de la prospérité civile.

Plaise à Dieu que les études et les résolutions des Jurisconsultes Catholiques, suivies d'une action pratique, constante et féconde, contribuent à ramener les esprits vers la profession des pures et saines doctrines, et au respect des droits inviolables de l'Église, instituée par Jésus-Christ comme société indépendante et parfaite.

Pour procurer ces heureux résultats, le Souverain Pontife envoie bien volontiers à Votre Grandeur, aux Congressistes et à leurs travaux Sa meilleure Bénédiction.

Recevez, Monseigneur, avec mes vœux personnels pour la pleine réussite du Congrès, l'assurance de mes sentiments très dévoués en Notre Seigneur.

Du Vatican, le 14 octobre 1913.

R. **CARD. MERRY DEL VAL,**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

12 dicembre 1913. — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, ***Protettore della Congregazione delle Figlie del santissimo ed immacolato Cuore della beata Vergine Maria.***

13 dicembre 1913. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, ***Protettore dell'Istituto dei canonici Regolari dell'Imm. Concezione.***

20 dicembre — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, ***Protettore delle Suore di santa Croce in Ingebohl nella Svizzera, e della Congregazione delle Suore del Terz' Ordine di san Francesco Serafico e di san Felice da Cantalice.***

31 dicembre. — L'Emo signor cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, ***Protettore delle Suore Figlie del Calvario.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerarii di S. S.:

1 dicembre 1913. — Mons. Enrico Sánchez Paredes, dell'archidiocesi di Angelopoli (Messico).

— Mons. Ignazio Gonzalez, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giacomo Hoffelner, della diocesi di Budweis.

— Mons. Carlo Slavik, della medesima diocesi.

5 dicembre 1913. — Mons. Antonio Frollo, parroco di S. Giacomo dall'Orio in Venezia.

21 dicembre. — Mons. Enrico Benedetti, minutante della sacra Congregazione di Propaganda Fide per gli affari di Rito Orientale.

22 dicembre. — Mons. Pietro Erlacher, dell' archid, di Monaco (Bav.).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

30 novembre 1913. — Mons. Antonio Kugyelka, della diocesi di Neosolio.

— Mons. Arnoldo Bobok, della medesima diocesi.

1 dicembre. — Mons. Teodoro Kasper, della diocesi di Budweis.

4 dicembre. — Mons. Francesco Kelbl, della diocesi di Brünn.

5 dicembre. — Mons. Eugenio Lampe, della diocesi di Lubiana.

— Mons. Michele Arko, della medesima diocesi.

— Mons. Leonardo Martino lurgens, della diocesi di Bois-le-Duc.

7 dicembre. — Mons. Alfonso Gutiérrez, dell'archidiocesi di Puebla de ìos Angeles.

— Mons. Porfirio Ruiz, della medesima archidiocesi.

15 dicembre. — Mons. Lauro Ferrari, della diocesi di Tortona.

17 dicembre. — Mons. Barnaba Tost de Banyavölgy, della dioc. di Casso via,

22 dicembre. — Mons. Giuseppe Beniamino Scaiano, della dioc. di Livorno.

Cappellano Segreto d'onore di S. S. :

5 dicembre 1913. — Mons. Carlo Menegazzi, vicario di S. Moisè in Venezia.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

11 dicembre 1913. — Il sig. Barone Antonio de Ow Felldorf, della diocesi •di Passavia.

I.

INDEX GENERALIS RERUM

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

ASNO	MENSE	DIE	
1913	Iul.	15	*Per similes Litteras.* - Conceduntur indulgentiae plenariae et partiales archisodalitio « a suffragio sacerdotali » Neapoli erecto. . . . .
			Nostra plurimum. - Societas « ab oratione assidua pro Pontifice », Barcinone instituta, erigitur in archisodalitatem cum facultate aggregandi ubique terrarum . . . .
	Aug.	17	*Exstat in loco.* - Archiconfraternitas sancti Christophori in oppido « Saint-Christophe le Jajolet » dioecesis Sagiensis erecta, indulgentiis ditatur . . .

V. - EPISTOLAE.

1912	Nov.		*Tuae sane.* - Ad R. P. D. Iosephum A. Archambeault, Joliettensium episcopum, de fiorenti statu collegii .ioliettensi, gratulationis ergo . . . .
1913	Ian.	23	*Una cum ofíiciosis.* - Ad R. P. D. Petrum E. Garcia Naranjo, archiepiscopum Limanum, ceterosque Peruanae reipublicae. Episcopos, post concilium ab eisdem Limae celebratum . . . .
	Febr.		*Gratae Nobis.* - Ad R. P. D. Iosephum Angelucci, episcopum Civitatis Plebis, eiusdemque dioeceseos clerum utrumque, qui beatissimo Patri singularis venerationis adhaesionisque specimen exhibuerunt .
	Mart.		*Ubi reipublicae.* - Ad R. P. D. Antonium Mendes Bello, patriarcham Lisbonensem, recentiora reipublicae Lusitanae in Ecclesiam acta conqueritur . . . .
		23	*Quod propediem.* - Ad Vincentium card. Vannutelli, quem Parisios, ut saecularibus sollemnibus in honorem Friderici Ozanam habendis praesit, Legatum suum mittit, summis laudibus Ozanam eiusque operam prosecutus . . . .
		26	*Gratias vobis.* - Ad RR. PP. DD. Bernardum Herrera Restrepo, archiepiscopum Bogotensem, ceterosque Archiepiscopos et Episcopos reipublicae Columbianae, gratus ob litteras pietatis plenas, quas communiter miserant . . . .
			In tanta. - Ad virum illustrem Emmanuelem comitem De Torre Diaz, praesidem virorum coetus moderando operi « Catholic seamen's home and institute » nuncupato . . . .
	April.		*Quae nuper.* - Ad R. P. D. Germanum Breton, Antistitem domus pontificiae, rectorem Tolosanae studiorum Universitatis catholicae; gaudet de ordinatione studiorum, laudat incrementa disciplinae philosophicae, cupit numerum alumnorum augeri.
			Inter publicas. - Ad Dominicum card. Ferrata, archipresbyterum Lateranensem, quem renuntiat Lega-

VI. - **ALLOCUTIONES.**

II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

I. **SUPREMA** S. **CONGREGATIO** S. **OFFICII.**

SECTIO DE INDULGENTIIS.

IV. - OFFICIA.

SECRETARIA. STATUS.

EPISTOLAE.

ANNO	MENSE	DIE	
1913	Iun.	23	Ad R. P. J. Lintelo, S. L, ob numeros iam editos ephemeridis « Action eucharistique » beatissimo Patri, devotionis ergo, reverenter oblatos . . . . . .
	Aug.		Ad R. P. D. Alcimum Gouraud, episcopum Venetensem, qui librum *Pour l'action catholique* inscriptum, tamquam venerationis obsequium, beatissimo Patri, reverenter obtulit . . . .
	Sept.	22	Ad R. P. D. Ioannem Chesnelong, archiepiscopum Senonensem, ob litteras de fidei et religionis sensibus in eadem archidioecesi excitatis magisque excitandis, beatissimo Patri exhibitas . . . .
		23	Ad R. P. D. Iulianum G. Conan, archiepiscopum Portus Principis, ob filialis venerationis obsequium, occasione exercitiorum spiritualium cleri eiusdem archidioeceseos et dioeceseos Gonayvensis, beatissimo Patri per litteras exhibitum . . . . . .
			Ad illustrem virum Gerlier, praesidem associationis catholicae gallicae, ceterosque viros comitatus generalis eiusdem associationis, ob gratiarum actionem de litteris obsequentissimis augusto Pontifici exhibitis occasione peregrinationis foederalis iuventutis catholicae Galliae . . . .
		25	Ad R. P. Corbillé, ob numisma « Benemerenti » Dno Henrico Gerlier, praesidi societatis catholicae iuventutis Gallicae, a beatissimo Patre collatum . . .
	Oct.		Ad R. P. D. Victorianum Guisasola y Menendez, archiepiscopum Valentinum, qui beatissimo Patri litterarum pastoralium, devotionis ergo, exemplar misit.
			Ad R. P. D. Franciscum M. Gieure, episc. Baionensem, occasione congressus musicae sacrae proxime habendi . . . .
		Ii	Ad Ioachimum card. Arco verde de Albuquerque Cavalcanti, archiep. S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, ob litteras obsequentissimas beatissimo Patri exhibitas occasione peregrinationis catholicorum Brasiliae .
		14	Ad R. P. D. Hectorem Irenaeum Sévin, archiep. Lugdunensem, de annuo congressu iurisconsultorum catholicorum Galliae, Lugduni habendo . . . .
		16	Ad R. P. Garnier, directorem associationis sic gallicae nuncupatae « Ligue de l'Évangile », occasione quarti eiusdem associationis congressus Lutetiae Parisiorum proxime celebrandi . . . .
			Ad Dñam T. P. de Uriburu, Conferentiarum sancti Vincentii a Paulo in civitate Buenos Aires praesidem, ob annuam « memoriam » earundem Conferentiarum, beatissimo Patri reverenter oblatam .
	Oct.		Ad illustrem virum P. Tuli, praesidem societatis, quae sic nuncupatur « Centro cattolico degli studenti »,

m.

INDEX ANALYTICUS RERUM N0TABIL1UM

A

B

E

F

G.

H

I

K

L

N

IV.

INDEX PERSONARUM

I)

E

F

N

O

P

QUINTUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis* »

ABSOLVITUR DIE 31 DEC. 1913. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS.